

Epistole Enee siluſſ



w2 7098

Preconisatio Enee filii poete laureati

o Mnibus & singulis humanitatis studio deditis. sequētesq; eplās inspecturis nicolaus de vuile sacri lateranensis palatii auleq; imperialis consistorii comes .S.p.di. Eneas filius de senis ex nobili sanguine cretus oratorieq; ac poetice scientie admodum doctus . In concilio basilienſi cuidā prelato seruiuit pauper . Ibiq; dñs Caspar schlick diui friderici tertii protunc romauorū regis . ac austrie rē . ducis cancellarius . vir omnīū humanissimus & singulari prudentia pollēs : hunc Eneā in scribam & secretariū romane cancellarie conduxit . Rexq; illum ob eī scientiam & doctrinam excellentes : statim in poetam laureatum ci eaut . Qui exinde cancellarie annis cōpluribus non sine labore maximo inferuiens : diuersas itas & missiuas bincinde ad principes : prelatos : magnates : amicos & fautores suos latine arauit : adeo comptas ornatas & elegantes : vt magnā inde laudem consequeret . Demum vero post multos stinensem nactus est & ex eo loco in episcopum senensis ecclesie postulator . vnde per Nicolaum papam quintum ad fastigium cardinalatus est assumptus . Ac deinde statim post defuncto nicolao in summū pontificē canonice electus . & Pius secundus appellatus . Ita q; hic homo pauper breui tempore in ditissimum : & scriba modice reputatiōis in omnīū dignissimū virum & in caput vniuersalis ecclesie pperē creuit . Huius ego epistolas quas ipse (vt supra dixi) bincinde ad principes ac suos amicos & fautores obſignauit . in vnū collegi & impressum iri fideliter ordinauī . Et potius illas q; aliorum oratorū epistolas : quia etsi eorundē vt Tullii Petrarce : Leonardi aretini : Guarini : Pogii : Guileffi : Casperini : ceterorumq; epistole : elegātes compte & ornate existant . He tñ epistole Enee in stili claritate & latini familiaritate videntur antecellere . Quare illas du xi amplectendas & hominibus huius artis studiosis cōmunicādas fore vt ipsi his insudātes : ex earundē frequēti lectione habitū in seipsis hmoi latinitatis & ornatus adipisci queant vt vestigia Enee imitari . Attento quod Seneca dicit . Certis ingeniis immorari oportet si velis aliquid trahere quod fideliter sedeat . Stigit quis stilum huius hominis clarissimi imitatur : credo hunc citius euadere in virum ornatus stili scum q; si quibusuis aliorum ingeniis immoraret . aut sese traderet ducēdum . Valete

VLIANVS CARDINALISSANCTI ANGE

li apostolice sedis legatus. Doctissimo viro domino. Enee filio de senis amico charissimo regis romanorum secretario. Salutem dicit. Amantissime enea gaudeo te esse apud serenissimum dominum regem in loco bonorabili et te digno. Licet ut animi mei affectum fatear malle te esse in italia in loco etiam tua virtute digno. Congratulor cancellarie imperiali que talem virum sortita est: cuius ingenio non parum floreat. Jam locus ille latinam redolebit facundiam

Ego te propediem videbo & amplexabor: simulque redarguam quod iussisti me sub condicione salutari. Si scires quantum te semper dilexi & diligo: quantumque tuis afficior virtutibus: profecto misisses condicionem illam. Et cum per officium cui prees ad me como devenire non poteras: scripsisses saltem more tuo litteras suauissimas. Sed ignosco modestie tue: & quid quid facis ipse mecum in meliorem accipio partem. Sed deinceps velim te mecum confidentius agere: & non obliuisci eius: que inter nos semper fuit bene uolentie atque amicitie. Familiarem hunc meum ut celeriter expediat ad iuua. Cupio permaxime mox esse apud cesarem ut aliquid per quiete huius regni possim efficere quo melius faciliusque expeditio militaris contra turcos fidei catholice seuissimos hostes instituta parari possit. Ad hec enim duo sanctissima opera iuxta legationis apostolice mihi iniuncte officium. totus anbelo ac ferueo quemadmodum in rebus bohemicis olim me feruere conspexisti. Vale. Cilie comes imperatori reconciliatus est. EPISTOLA II

Neas filius. S. p. d. Reuerendissimo in christo patri domino Juliano cardinali sancti angeli apostolice sedis legato. Non cogit me necessitas: sed amor scribere. Litteris iamque vestris quas ex buda ad me designastis per magnificum cancellarium satis factum est. Nihil enim ex me ille petebat nisi ut creationem cuiusdam palatini comitis promouerem. In hoc quid factum sit. & quid non ex cancellario cognoscetis. Ego illud adiucio fecisse mihi verba super hac re nicolaum castellanum cum hac transiret. meque id respondisse quod nunc secutum est. Sic principes sunt fere omnes. cum opinionem aliquam induerunt: magna opus est arte ut sententiam mutant. Persuasum est regi inutilem esse hanc comitum creationem. Nec omnino errat. Quis enim non vituperaret usque ad mercatores sordidasque artes: hoc decus egregium descendisse. Rex tamen dum prohibere vult quod fieri non debet: id etiam vetat quod fuerat faciendum. Seruandus est in omnibus rebus modus: & quam philosophi ponunt mediocritas quedam tenenda. Sed hoc magnis autoribus persuaderi debet. Mihi non plus fidei est quam pecunie. Idque tolero pacenter. quando & me maiores eodem haberi modo tractarique video. Sed de his sine facio. nedum loqui. proponi videar oblocutus. Nouita

tes quoq; vix vlle sunt que per me scribi debeant: si quid erat cancellari-
os preoccupauit. Vnum tamen quod ille preterit ex me notum babe-
bitis. Comes em cille qui diu & vienne & hic fuit: petita errator; venia:
gratia regis meruit. omninoq; in cōcordia rediit. Nec aliquid regia ma-
iestas ex eo voluit: qd nō ex integro reportauerit. Senior comes nunc in
gracia venire debet regiq; se p̄sternere & oia filii facta cōprobare. Debe-
bat rex citius illuc p̄fiscisci: sed plures eū occupatōes detinere. Nūc scio
(sivera sunt q̄ ipsius ab ore cadunt) iturū ip̄m ante seprēdiū: quia reuerū
eum viennam ad res bohemicas infra mensem oportet. De cathelanis
mutatis gallicisq; variatis nihil scribam: q̄a ex aliis confluere ad vos no-
ua nō ambigo. Deus nobis vnionē cōcedat qualiscūq; ea fuerit tandem
quoniā si a deo erit: mala esse nō poterit. Ex ita illa minor nullā insignē p̄
bos dies nouitate missā. Frisigen. ep̄s qui vester amicus nō vulgaris fuit
preter opinatū omniū vita excessit. Rex successorē optat germanū esse
domini cācellariū. Res & in capitulo & apud eugenū & apud conciliū p̄
diuersos vētilat. nec certū ad huc nec verisimile habeo quis debeat voto
potiri. Ego desideris meis omnibus germano cācellariū maxime faueo.
Det deus illivt secūda sint vniuersa. Valete optime diuq; cōmēdatū bēte
Impator p̄lato suos reuocauit ex cōcilio basilien. p̄pter sedus euge-
nū pape aragonū & duce mediolanen.

EPISTOLA. III

Neas filius poeta. S. p. d. Reuerēdissimo in xpo patri dño iuli-
ano cardinali sancti angeli. Non opus est reuerēdissime pater &
domine mi colendissime multis in p̄sentia; agere: q̄a quod aliis
litteris eutrusco sermone: & mihi iam ob l̄rato scriptis optauerā: diligētī
opera p̄vestrā reuerendā paternitatē curatū est: si cut & maiestati regie &
domino cācellario: Tum p̄ vos: tū p̄ l̄renissimū dñm regē polonie scri-
ptum vidi: Solū aliqua scitu digna vestra reuerēdissime paternitati mo-
do tuleram. Scio nāq; q̄ apud hungaros nō quēadmodū apud vos ita-
lice nouitates sciunt: & tamē naturale ē de patria velle percrebro sentire.
Nec em̄ aut alpes iulie: aut danubius sicut arbitror amorem patrie exve-
stro pectore ademerūt. Sed puto idem cōtingere vestre reuerēdissime
paternitati quoq; mihi: quia quanto longius a paternis recedo laribus:
quantoq; diutius suauissimo ausonio celo priuor: tanto magis desidero
naturale solū videre. ibiq; viuere & mori. Sc̄ ibā igit̄ pauca de patria n̄ra
& magna & vera: si vera sūt que magni viri ad cesaris nostri deducūt no-
ticiam. Primū est bononiā more suo q̄ sup̄ mercurio fundata est motū fe-
cisse. Frācisq; p̄ piceniū in vīculis cōieciisse. Antea quoq; soror illius
ianua & sub eodē astro cōstructa: thomam vulgosū ducem suū de tribu
nali in carcere traxerat ei q; raphaelē ad vñū suffecerat. Sed hec paululū
antiquiora sūt. Credo recentiora cupitis nosse: nec ista desūt: vberē semp
materiam nouitatis habet italia. Eugeniū senis eē nō ignoratis. Is cū re-
ge aragonū & duce mediolani. ac nicolao piccinio: & cū tota factione illa

sedus percussit. Cuius rei vigore reuocaturus est rex suus ex basilicis concilio prelatos. Ea lege ut in eugeniana curia suis dignitatibus potiantur: quis antea gallici minati fuerunt: ulterius se non prestaturos obedientiam eugenio nisi is aperto bello regem illum impeteret. Veneti quoque florentini, Januenses & bononienses nouam inter se confederationem fecerunt. Jamque florentinorum & venetorum copie bononiam ingressae sunt. Nec spes est illam posse per piccinum recuperari: tametsi adhuc eius nomine arx defendatur. Marcbio ferrariensis: quoniam filiam regis aragonum desponsatam habet: armigeros venetorum per suum territorium transire prohibuit quod res eum suspectum valde reddit. Illi autem nauigio rauennam applicuerunt atque illinc in emiliam profecti sunt bononiamque ingressi. Circa quam solus aloysius de verme & dominus fauetie castrametabatur. Sed fauetinus iam ad sua turram reuersus est. ne se absente per florentinos qui agros fauetinos populabantur expugnari urbs posset. Nicolaus piccinus circa casteuellam & comes franciscus circa sanctum leuerinum castra tenent: quoniam sortiti prouincias deuastandas earumque lex sit ut iste una ille aliam exbaureat prouinciam. Et sic misera funditus italia laceratur: quae unica solum causa facit ut exilium quod mihi ad tempus delegeram breue diutius pertraham: quoniam minus graua sunt aliquantulum quam audiuntur quam videntur mala. Hec scripsi ne scribere nihil vestris humanissimis litteris puocatus. Non ut exinde mentem vestram perturbem: quae in viro sapiente quietissima est: sed ut mihi potius leuam auctupari narrando possem. Valeat optime vestra reuerenda prinitatis meae ut facit seruoque suo in numero se beat.

Las studere suadet quia maxie decorat.

EPÍSTOLA IIII

Neas siluius poeta Nepoti suo anthonio salutem. Retulit mihi nanes per tuus te dum puer adhuc fores miro scatur amore fuisse incensum postquam pro ex ephebis excessisti neminem esse qui tibi amplius ut studeas queat persuadere quae res non mira tamen mihi: sed stupenda fuit. Ceteri enim pueritiam sibi & stulticiam deponunt: virilem togam & prudentiam induentes. Tu contra sapiens puer: stultus vir cupis videri. Et barbam quasi umbraculum virtutis recipis. Doleo certe tui causa: nec quid de te facturum sit scio. Iubet cicero ut quilibet in adulescentia viam eligat & genus vite honestum quo uti debeat. Idem bercules factitauit. Nam cum per quietem duce sibi mulieres supra humanam formam venuste apparerent: & altera sibi voluptate: laborem altera promitteret hanc secutus est sciens quod post laborem premium certaminis datur. Nec coronatur (ut inquit apostolus) nisi qui legitime certauerit. Tu vero ut audio vagari vis: nec aliquid generis vite saltem honestum amplecti studes. Las quis puer amasti iam vir odio habes. pudet me tui causa. Nescio enim quid esse possis absque istis. nisi alius bipes. Quid enim bonum est absque doctrina quantumuis diues quantumuis potens. Quid inter boiema illatum & marmoream statuam inter est. Non dux non rex non impator aliquid pretii est ista ignarus. Videmus nostri seculi principes: quoniam rudes sunt: & nedum latinum. sed maternum quodammodo ignorantes simonem. quanto despectui sunt: quo negligunt: quo vitu-

A. iii

perant q̄ si quis eorū obediētiā in subditis habet: nō amor sed met⁹ id fa-
cit. Qui (vt cicerō ait) Non est diuturn⁹ mgi officiū. At vbi metus abest
mox deserūt. Interdū etiā neci danf. Quid ergo tu miser studia despicias
lram: q̄ paup es: q̄ nisi p magnā virtutē euadere in virū clarū non potes.
Quid facis obsecro: quid speras? Reris ne ip̄ iuuetutis florē tibi durare:
an nescis: quia tanq̄ flos agri iuuetus ē: q̄ mane nitet: vesp̄e vero arescit.
Nihil est velocius tpe: nihil qd̄ magis fugiat: volat ip̄ irremeabile tēpus
Tu tibi pulcer videris: dum etas robusta: dū iuuetus florida viret. Non
cogitas instare senectutē: nō vides quia dies q̄libet alig d̄ detrahit forme
tue. Aliqua forsitan formosa puella tuo capta nitore. te cepit: teq̄ q̄ si ca-
thenis ligatū retinet. Tu eius delicias seq̄ris. beatūq̄ te putas dū in am-
plexus venis illius. sed longe deceptus es. Nā dum formā istius miraris
formosiorē deseris adolēscē. Nō em̄ lucifer aut hesperus tā pulcer est:
q̄ sapiētia q̄ studiis acq̄ris lēarū: vñ & dicere plato solebat: q̄ si videri ei⁹
forma posset: mirabiles sui amores excitaret. Tu tñ hec oia deseruisti (vñ
tuus genitor dixit) vicit te (vt opinor) impet⁹ iuuentutis. Sed cogita mi
Anthoni: ga nō sp̄ iuuenes sum⁹. Redi obsecro in viā & tēp̄m vendica.
Linque ineptias iuuetutis: & virū te eē memēto. Oia hec p̄tereūt quib⁹
mō letaris: etas: valitudo: forma: deliciae: voluptates. Sola nos si semel re-
cepta fuerit. vsq̄ ad mortē sapiētia comit at: & post mortē vñ aliā beatit̄
simā p̄bet. Hāc igit̄ rogo mi Anthoni: vt oib⁹ reb⁹ aliis p̄ vrgū positis
adipisci studeas qd̄ tunc demū facies: si p̄bie dederis opam & qd̄ assidua
lectione didiceris in opus d̄ duxeris. Ad quā rem: iā tēpus est vt te accin-
gas: nec cum hodie possis bene viuere: cras dicas incipiam. Vale.

Agricoltura laudat̄.

EPISTOLA

V

Neas filius. S. p. d. Iohanni p̄bolomeo patruo suo. Elegisti vt
e audio senectuti tue cōueniētissimā vitā. Ortulis quidē rigandis
& rei rustice studes. Res ē te digna & senio tuo dulce hoc ocū ē:
honestū negociū modesta voluptas. Iam nō armis aptus est: grauis ga-
lea eēt: molesta lorica. Intolerabileq̄ scutū. Rursus quoq̄ in rerū ciuiliū
versari fluctib⁹. Carere somno: cib⁹ nō sumere in tpe: mortifera res ē senī
bus. At rusticatio vitā quālibet liberā: honestā & frugalitati cōuenientem
prebet. Nec tu primus ex sapiētib⁹ viris. In hoc viuēdi genus ex rebus
publicis cōuolasti. Nulla voluptas maior fuit boratio q̄ rure sese recipe-
re: quo cum venisset: vix illinc poterat octauiani cesaris. & totius mudi
domini iussibus euocari. Cum vō in vrbe foret. miro desiderio ruris assi-
due tenebat̄: hinc ad mecēnatē scribens. Orus inquit qñ ego te aspiciā.
Perlege epistolas senecae quid illic magis q̄ agroꝝ cultus collaudat̄. Plā-
tauit ille platanos sua manu piscinas fodit: aquas deduxit nullibi libet⁹
q̄ in agris erat. Quid in catbone maiore cicerō scribit. quas vtilitates ex
agricultura p̄cipi oñdit q̄ vberimos q̄stus: quātā illic voluptatē cōsiste-
re quantā metis quietā: quantā curarū remissionē quantā naturālē oble-

stationem. Hoc genus vite solum nature hominū vsuq; p̄cipue ē accō-
modatū: quod omīa ad victum cultūq; n̄m spectātia nobis suppeditat.
Sapis equidem q̄ banc vitam delegeris a tēpestatib⁹ ciuili infanie remo-
tissimā: hinc potes tanq̄ ex altissimo speculo nos curialib⁹ negociis im-
plicitos quasi naufragantes despicere hic potes tibi soli vacare: te colere:
te frui. Diocletianus cui orbis parebat: depositis impii fastib⁹. in villa sa-
lone agriculture studiis de se tradidit. Fecisset idē augustus vt quidā scri-
bit: nisi timuisset insidias. Cyrus psarū rex gl̄ari plimū solebat: cū venietū
bus ad se hortū oñderet suis manib⁹ cōsertū & arbores i ordinē positas.
Sed ne mortaliū tñ exempla scq̄mur. Deus ip̄e cum boiem prio creasset
vbi nam illum posuit: nisi i hortis deliciag. Et illū cum illinc expulit. quo
nā obsecro nisi i agros misit. Facis q̄ mī iobānes qd te deceat: qd & ego
si potero aliqñ facia. Nam degentē rure boiem cōmēdo. Curā laudo re-
rum rusticarū conferēdi plantandiq; solertiā p̄bo. Moneo tñ vt labor le-
uis sit: qui corp⁹ nō atterat. sed exercitio quodā corroboret. Ibi modeste
vives: integritatē vite seruabis. Non ibi curiositas supuacua & anxia te
tenebit sollicitudo: vt q̄cqd vbiq; gerat p̄noscat: nō tibi somnū adimere
poterunt cure: inuidie: p̄tilentia: & edaci carebis liuore. Nulli fraudi lo-
cus erit. Nulli scelerū officine patebit accessus. Sed dulcis securitas: qes:
tranquilla: otiū frugi: vita officio plena vrbani honoribus atq; diuitiis oī-
bus anteferenda te habebit. Sequere em̄ vt cepisti: & agrum sum⁹ & teipm
ita exculcum redde: vt cū egredi e vita oporteat: ad hortos illos puenias
quibus nec pluuia nocet nec estus. Vale.

Cōuersationem suam notificat.

EPISTOLA VI

Aspar nouariēsis. S. p. d. Enec filio poete preceptorī suo. Nihil
e lris meis preterq; singularē quandā dilectionē quā i te habeo si-
gnificare studeo. Intellexisti tñ p̄fecto vt opinor iādudū me tibi
illā h̄re tam etsi nullo effectu indicarim. Sed qd res mea atq; cōditio vsq;
hanc in diem effici passa fuit: vt effectu ipso voluntatē meā patefacere: so-
lū hoc mibi de te p̄missus fuit: vt ad te nūq; irē qn doctior abire. Idcirco
te accedere sepi⁹ sumope conabar: & id mibi op̄eciū fuit: tuosq; frui cōsi-
lio vsq; oblectat⁹ sū & me (vt ita dixerī) te mḡto v̄sificare puto Nec qdē
recessus tuū videre facile fuit: q̄ tñ & cōsilio & re ip̄a pderas: nēpe vt p̄is
mētis mee suauit̄ eras absens tristitia ipi⁹ fact⁹ es: atq; vt comici n̄t v̄bis
fruar: baud v̄x ē qd fulgo dici solet: diē adimē egritudine boim. Nā mī
bi q̄tidie n̄ de filio vt ip̄e ait: s̄ de te mḡto & p̄te itegressi dolor. Vnū tñ
est qd mentē meā lenit: tui vincet stat⁹ augmētū: qd incōmodo meo iter-
dū egparo: & ip̄e mee mētis archāo tibi statōnē facio meūq; taliter mā-
ducas & bibis. Et qm̄ de tuis v̄sib⁹ q̄s indices suauiores facis: null⁹ ad me
veit Expediet me qñq; q̄s fecer: singē & inde tāq; tuipe eos fecer: ill⁹ gau-
dē. Nouissime at vnā (& ego illā eglogā voco) feci. In q̄ martinū galliā
selcianū cōsecretariū tuū tecū altricitē mento qdē iu oduxi. illū qppe p⁹

A iiii

te in magis meū decreuerā me habiturū: illos pauculos dies potui sū
sed cōfessum cum felice nro ab hac vrbe decessit. Stephanū dein de auūcu-
lum meū altricatōnis nre iudicē statui. Et id duas ob cās factū est. Primū
euidē vt nec ipse arbitrarē mēoriā eius apud me prius peris̃se siue vi-
lem effectū esse. Altera vero vt illos versiculus nō tāq̃ a vobis sed a disci-
pulo vestro editos ipse corrigeret: priusq̃ in alias ptes diuulgant. Ha-
bes nūc oēm vsq̃ a principio cām quare bec cōdita sit egloga in hūc mo-
dum. Vale vt opto & me ama vt soles: atq̃ age vt nō diu nūsum expectē
Si quid tibi quod rei mēe cōuenire iudices euenerit: mei memineris q̃so
itidem & cesaris medico coitalico nro quē verbo meo saluere iubeas: ve-
lim supplico. Cupio quidē tecū esse. Iterum vale.

Represalia dissuadet.

EPISTOLA VII

Neas siluius poeta. S. p. d. Iobāni orlādo viro magnifico. Red-
didit mibi familiaris tuus: tum ex te: tū ex petro iuliani lras in eu
finē tēdētes: vt apud magnificū cancellariū rem tuā curarē: feci id
libenter. Sed mime opus erat curreti equo calcar ad mouere: sua etenim
sponte tantū ipse cancellariū inclināt⁹ erat. vt oēs apud eū pces sup̃tue vi-
derent & eēt. Diligit em̃ te sūmo corde: libēterq̃ se in his exercet q̃ tuū
respiciūt cōmodū. Itaq̃ adhibita ē in tuo negocio sūma diligētia. Factus
est cū rege & cū cācellariis de eo sūmo p̃lixus. Quid autē inde haberi po-
tuerit: ex lris cācellariū p̃cipies: puto bonū consiliū eē qd de plūbino dat⁹
& tu alias aperuisti. Nā ex illo recupares debitū tuū: & maiestatis regie
grām ad maiora nāscisceris. quāq̃ putē regū & principū grās tibi iā eē
fastidio: qui post martinū nullū es nisi onerosum exptus dnm. Intelligo
ex lris tuis te ad ius rep̃saliarū velle recurrere. Id est incertū & piculosum
remediū multūq̃ iniusticie secū defert: cū bi sepiissime luāt pena q̃ sunt ex
ptes peccati. Tū vero id incitamentū ē belloꝝ: qm̃ q̃ ledunt rursus se vl-
cilli volunt: totq̃ vndiq̃ rep̃salie: fiunt donec aptum exardescit bellū. Tu
tū quid tibi cōueniat magis scis. Ego dicā sicut ad curionē scribit dēcro
Aut te in meā sūiam ducā: aut certe testatū apud animū tuū relinqū qd
fenseri vt si qñ displicere tibi tuū consiliū cepit: possis meū imouer⁹ can-
cellariū recordari. Atq̃ de his satis. Respōdissem petro iuliani: nūi nūci⁹
tuus iterū illū ad regē aragonū ex parte ducis mediolanēsis significat et
Vbi cūq̃ tū sit: grās sibi refero. p̃ suis humanissimis lris: eiusq̃ filii tibi
efficio cōmendatū. Vale optime mei memor. Amicitia & dilectio-
nem notificat & se excusat q̃ raro scripsit.

EPISTOLA VIII

Neas siluius poeta. S. p. d. Nicolao amidano iuriscōsulto. Si nūc
rum eplārū vltro citroq̃ missarū p̃salamus: nihil est qd tibi debeā
Quippe cū lris vnīs dūtaxat vsitatū fuerim⁹ inuice. Rursus ve-
ro si verba cōputeim⁹ teneor tibi multa rescribere sicut multa significasti.
Accedit buc q̃ amicitia non est cōputatrix beneficiorū vt q̃ non ad nume-
rum vel qualitātē: sed ad effectū retribuit. Scribā igit̃ liue obligatus sūm

siue solutus. Respōdeboq̃ tuis lris q̃ potero breuiter & succincte: ne vel
tibi lecturo: vel mibi scribenti sum molestus. Congaudeo primū q̃ domū
grauissimi & oīm doctissimi iuriscōsultū reuerentissimi dñi cardinalis pa
normitanēsis intraueris. ibiq̃ magistratū susceperis. Nā id tibi admodū
pderit: q̃ ex illius vberatissimo sciārū fonte dicim potās doctior euades
& mibi utilis eris grām quā in sua. R. p. repi cōfirmās cōtinuāsq̃. Taceo
q̃ q̃ sub ei⁹ vmbra ad magnas tibi dignitates patebit accessus. Reliquū
est vt borter ad p̃seuerantiā quā demū adipisceris: si multe patiētie te tra
dideris: qđ vniciū est remediū cōtra inuidiā valentissimā. Vterer maiori
cobortatione si tua virtus mibi p̃specta non eēt. Sed noui q̃ sis aduersus
quoslibet fortune impet⁹ tuis doct⁹ & p̃bie institutis armat⁹. Qz vero
ad archiep̃sbyteratū electus fueris: id ita demū laudo si absq̃ desertiōe no
strarum partiū potes eo puenire qđ nisi possis: melius est officio q̃ fide
carere. Arbitror te sentire de autoritate ecclie non qđ multi sed qđ boni
doctiq̃ sentiunt. Ita mibi dum basilee fui de te cōcepta opinio est: & tum
ppter multas ṽtutes. tū ppter cōfortiū fidei: maxie te dilexi. ita q̃ nō puto
ep̃atū: ne dicā p̃sbyteratū posse te nobis auferre. Placet tñ qđ scripsisti te
viā inuenisse p̃ quā & fidē possis & dignitatē tenere. De tuo in me amo
re. nihil est qđ te scribere oporteat. Illum em̃ nō solum vidi oculis. sed pal
pauī & manib⁹ atq̃ bīne factū est vt te germani diligā loco qđ mibi q̃ ti
bi est longefacilius. Ego em̃ fratribus careo: tu fulcit⁹ es. Sed spero tuos
meos fore. Nihil plus de amicitia dicam ea em̃ nō verba sed facta cupit.
Aliud est in tuis lris qđ ad me scriptum de glicerio magne voluptati fuit
dum amoris p̃seuerantiā exprimis mirāq̃ fidē. Ea em̃ b̃mōi sunt vt etiā
si vera nō sint: titilationē tñ quondā p̃seuerant & pachos excitant. Es tu
quidē meo iudicio sapiens qui tibi talia facile p̃suades libētiusq̃ in bonā
q̃ in malā interpretaris partē: nam qđ p̃dest seipm affligere. Mea sp̃ opinio
fuit. bis in rebus q̃ multū fellis parūq̃ mellis habēt sapientissimi boīs eē:
qđ dulce est excerpere: & qđ malū foret lippis oculis p̃terire. Atq̃ idcirco
nuncq̃ q̃sitū ire placuit qđ inuentū molestiā afferret. Teq̃ exortatū volo
vt serues hanc cōsuetudinē: placita dātaxat queras. Acerba vero preter
mittas. Quibus obuiare nequirē & trīstari possem. De glicerio ista quā
tibi tueq̃ fidei q̃si animalā & corculū meū cōmēdatū scio. Si qñ Step̃ba
ni aut Francisci iuriscōsultorū scenas ingressa fuerit: finge te id nescire &
totū mibi claude: Nam etsi scio nihil ab īguine illorū eē tutū. decepi tñ
meipm volo & ignorātia potius delectabili q̃ scia molesta frui. Vltimū
est qđ de nouitatibus tetigisti. Ille etsi auditu grate fuerit: nō tñ faciet vt
tibi gr̃as agam: qđ est inter amicos absonū. Nihil em̃ amicus amico fece
re pot qđ non sit debitiū: atq̃ idcirco expers gr̃e. Rogo tñ vt sepe sic faci
as. Tu nunc audi ex nobis qđ noui sit. Ladislaus rex polonie quīs ado
lescēs hūgarīā habet: magnūq̃ conatū belli aduersus t̃burcos xpiani no
minis p̃peruos hostes fieri p̃curat inde fauorē suarū partiū q̃rens. Nam

cū sciat se regnū iniuste possidere: fauores hoīm sub colore bonorū opes-
querit. Sortitusq; ē hac ad rem optimū instrū cardinalē sancti āgeli: virū
& fama & eloquētia potentē. q sub colore passagii ptes suas tueri studet
Sed non cōsuevit hic hō fortunat? eē in bellis: sicut bohemia oñdit. De
us tamē opus nō finem spectet & xpianitati potius q; cupiditate hoīm.
Reliq; ex pigallo nostro qre. Reuerēdissimo dño cōmuni me dedi & amī
corum quicqd habeo meo noīe saluū dīcīto. Tu vale & amīcīe nre tan-
to tenacior esto quāto sumus remoti ores:

Excusatoria cor nō visitauerit amīcū.

EPISTOLA IX

Neas siliū? poeta. Reuerēdissimo in xpo pti dño Leonardo pa-
e tauienti epō. S. p. d. Q; me tuo cōspectui nō sepi? offero: q; tu-
as edes nō vīlito: nec supbie nec negligētie mibi debes ascribere
quarū alterā abominor: alterā ip̄ fūgi. Rursus quoq; nec occupatōibus
impedior meis: cui multū est oīi. Quid igit ē qd me retrahit: dicā si scire
vis. Nimiū magni dñi locū tenes: nō cōuenit mibi cū tāta dignitate. Ve-
niunt principes: cōmītes: barones: milites. illis patet ianua tua. Nil mea
toga inter tot aureas vestes momētū h̄. Pudet me illis admissis an ostiū
stare & expectare. Et fateor iustū eē illos pferri. Quid q̄ sup̄ est nīl ne te
cū cōicabo. Nō sic agā sed qā voce dicar? erā scriptis exprimā. Audio
abfuturū eē idq; breuiter paternitatē tuā reuerendā. Vñ dñdaxat ex il-
lis expeto: vt si qd sit in abntia tua: ei? qd mea cura possit absolui nec mī-
hi nec meis laborib; ignoscas: sed vt mācipio tuo me vtaris. Hoc dic u-
rus erā cum hodie ad tevenirē. Cūq; intrantib; aliis tetrocēdi ē. Sed nō
min? ē scriptū q; dictū. Cū illud fugiat hic maneat. illud negari hoc ppe-
tuo possit pbari. Suscipe igit cirographū hoc quasi me erga te fidei vadē
Et sicuti scribo: ita de mea mēte meoq; aio cōfide: quia & sum & eē volo
perpetuo tuus. Vale.

Quales magistratus esse debeant.

EPISTOLA X

Neas siliū? S. p. d. dño lupo de portugal legū doctori fratri opti-
mo. Eximie doctor & amice charissime: lris tuis q; basilice suce-
pi. iam ann? nō potui tūc rēdere: qā mox cesarē suū secut? ab eo
in secretariū recepi. Postea p quē scriberē nullus affuit tabellari? Sed re-
uertit nunc ad dñm suū Blas? alfonso in decretis baccalari? q apud regiā
maiestatē: infantis petri dñi cornubie fuit orator. is si valet hanc meam
eplam tibi reddet sibi em cōmissa est. Non tū nunc tangēda sunt q̄ dudū
scripsisti. illa em oīa imutata sūt. Tū volo scias. Me solide tua gaudia gau-
derē: magnāq; mibi leticiā attulisse nūciū: quo te pside olisbon. significa-
sti. Libuit em id mibi vebemēter. Tum q; amico bene cupio: tum q; in te
viro ex omī parte pbato q̄libet dignitas optime sedet. Scio namq; non
te ppter dignitatē: sed illā abs te illustrari. laudoq; ex hoc regii guberna-
toris circūspēctione: q; beneficia sua bene locare scit: & ad rem publicā gu-
bernandā viros aduocat sapiētie studiosos. Vtinā oībus principib; idē

anim⁹ eēt: qā nō sic om̄s ignorācie plene forēt puīcie: nec summi ma-
gistratus ppter iusticiā officialiū deturparent. Sed de hoc satis. Consiliū
basiliensis quis status sit: iā te arbitror audisse. Rex aragonū q more pri-
cipū nō regnū fidei: sed fidē regno seruare vult: platos suos ex basilea ius-
sit abire. in oībus rebus pclarus princeps: in hac mirabilis. Rursus gallici
veneti & florentini qui pontificē suū eugenū q̄si deū venerant ex dulo ex
apulia renato rege: fidē aliā iduerūt. Mira rerū mutatio q an fauebāt cōci-
lio iā impugnat. Et q impugnabāt: mō fauēt. Lusus iā ecclia ē. q̄le de pi-
la fieri videm⁹: dū huc atq; illud impellit lutorū ictib⁹ pculsa. Sed aspiciūt
illa ex alto de⁹: & q̄uis raro in terris expēdere boies digna supplicia co-
get. nullū tñ in sup̄mo ei⁹ iudicio malū impunitū relinquit. Liberū arbitriū
nobis dedit: viuere nos vt libet: sinit. laxas dimisit mortalibus habenas:
rōnē tñ rerū oīn dū iudicabit orbē exacturus est: tūq; videbūt principes
an ppter eos regna fuerūt insurta an ipi ppter regna: qui suis oīa fūire
libidinibus volunt. Spero tñ in hoc ecclie negotio p celerē nostrū & cle-
ctores impli bonos terminos inueniri q ad vniōnē & pacē eccliaſtici or-
dinis totis virib⁹ opas nauāt. Et puto in pximo nurebergēsi cōuentu: q
ad festū sancti martini indictus ē: nouū cōciliū cōuocari noiarūq; locū. de⁹
faxit vt cūctus habeat res ecclie salutare. Tu scis vbi terrarū sum & q̄tū
potestatis in me habeas non ignoras. nisi me vsus p arbitriū sum & q̄tū
mandatarū sed mandātis culpe ascribendū erit. Vale tam mei magis me
mor q̄ a me remotior. Ego p veteri familiaritate te colo obseruoq;.

De superbia gallicorum.

EPISTOLA XI

Neas silius poeta. S. p. d. Caspari nouariensi adoleſcētī prima-
rio. Recipio libēter sp̄ tuas lras: & ga te amo: gaudeo q̄ indies li-
mator fias & doctior. Expurgationē quā de gallo fecisti prono-
mio admitto: & vt scribis ita eē confido. Et q̄uis illū tibi eē humaniorē
velle tue vtilitatis causa: letor tamē opinionem de illo meam apud te re-
probatā fore. Cuius supbia nō ideo miror quia paternū vidum est
Mibi em̄ vt credas velim: nullam eē gentē que gallorū superet ambitio. *Gallic.*
nem: nostri preterea inimici sunt: nec vnq; nostri sanguinis hominē dili-
gunt. Nam cum sint ipsi pleni fastu: videriq; optimi velint potius q̄ esse
italos oderunt: maxime qui se precellunt. Et quia eos vītute nequeunt
imitari: inuidia psequuntur. Ex quibus ipsi potissimū abundant vitiis
ea generi nostro ascribunt. Sed de his satis que non scribo vt publices.
Nam hec scribere (q̄uis vera sunt) plenum discriminis est nobis qui pa-
pam habemus gallicum: alias loqueremur liberius. Nunc ista apud te
sepulta sint: sufficiatq; tibi soli scripsisse: aut Stephano viro & optimo &
doctissimo tantum cui vt me commendes peto. Te autem confidas mi-
bi esse charissimū: eamq; meā fore intentionē vt eo anio inter nos simus
absentes quo pñtes fuim⁹: quod de te semp sperare de me prestare pos-
sum vt ciceronis vtat verbis. Carmina habeo nulla nunc edenda: quia

orationi solite opam bis diebus prestiti. Vale & me reuerentissimo dño cardinali nostro effice cōmendatum.

De sicilia an sit duplex.

EPISTOLA XII

Neas filius poeta. S. p. d. Alberto malecte papienti comiti atq;
e doctori Magnifice comes ac doctor eximie. Serenissimi regis aragonū cuius p̄daras vtutes nō lolū hoies sed ip̄a facta loquūt: epl̄am quādā cesari n̄ro. N. Marchionis tabellarius reddidit: sicut & tu mihi futurū significasti. In ea titulus erat q̄ vtriusq; sicilie mētionē efficiebat: quā rē satis sum demiratus. Legi nāq; satis mltas hystorias. Cosmographiā quoq; p̄serutat⁹ sum: nec vnq; siciliā repperi nisi vnā q̄ tū sicania tū trinacria dicta est quā nōnulli ex veterib⁹ cōiunctā olim italie tradunt fuisse: sed impulsu cōtinuo sup̄i atq; inferi maris disiectā eē terrā q̄ regiū plerorūq; cōiūgebat moxq; scille atq; caribdis inter abrupta montiū & immania antra locū mōstris fabulose datū. Qz vero ea italie portio q̄ quōdam magna grecia dicebat: sicilie nomē habuerit. nec legi vnq; nec audī uī nisi nūc: qđ mihi absurdū videt: nec satis mihi cāc p̄bet q̄ reges sicilie q̄ neapolim tenuerūt duo regna fecerūt: alterū vltra farū: alterū citra. Nā hoc regnū apulie illud sicilie dicebat: n̄ vtrūq; sicilie. Hoc qđ ad lias regis Nūc ad tuas venio. Scribis te velle mihi r̄ndere duab⁹ epl̄is meis q̄s diuersis tp̄ibus suscepisti. Perlegi oīa q̄ scribis nībil inuenio q̄ meis petitis r̄ndear. De rebus nāq; eccl̄ie q̄s tibi cōmēdaui nullū facis verbū sed oīs fmo tu⁹ in marchionis cā versat. Plus amas vt video tuū principē q̄ putare. Cū em̄ sua ingrederis negocia: nībil est qđ ampli⁹ recorderis: vt nā ille sciret tuā fidelitatē. Nā cū sit in oēs bon⁹ in te optim⁹ eēt. Suades mihi vt rem suā cordi babeā: nō loq̄ris muto: sum tuī filis: nō min⁹ q̄ tu cupio marchioi cōsultū eē. Tū p̄pter mltas eius virtutes qbus nīm ornat seculū. Tū quia cū fauere ingenijs & scio & gaudio. Curā meā studiū & sollicitudinē vniuersam apud cācellariū & apud regē adhibui: si cām egissem meā: nec tam ardes fuissem nec tā facūdus. Cācellari⁹ nō indiguit si mulo: ipse sibi calcar erat. Qđ noui habitu est. hoc ē vt mille aurei q̄ venire quot annis incēsum petebant in pānos aureos: vt argentea vasa conuertant: ne sordida videat pecuniarū p̄statio. Nībil plus ē qđ p̄cibus sit cōcessum: vos nūc cōsultite qđ in rem vestrā sit Ego nō tātisfacere qđ mutari pōt. Qz mea deuotio. N. dño marchioi sit nota p̄charū ē si mō & sua erga me charitas extēdat. Cupit. n. oīs dilectio redāmari qđ tunc in me fieri scīā. cum mihi scripseris. Gaudēs silui: quia ex munificētia mei principis pingue nactus es bñficiū. Vale & iocis. vt iocis vttere. seria vt sunt recipe. Dominū danielē si quādo ad te veniat: aut si qñ ei scribis meis verbis saluum facito.

De la disflao rege.

EPISTOLA XIII

Neas filius poeta. S. p. d. Reuerētissimo in xpo patri Dyoniſio archiepo strigoniēsi sc̄te romāe eccl̄ie p̄ſyro cardinali. Res noua p̄:

colendissime & fortasse mira videbis q̄ ego tue p̄mitati scribā q̄ n̄bīl bā-
 beā tecū negociū: quicq̄ nec noīe nec corpe apud te sum not⁹. Sed post fa-
 cio ista dum me cōplaciturū tue reuerendissime paternitati non ambi gō
 Namq̄ cum ptes serenissimi dñi regis ladislaī inter primarios teneas de-
 fendatq̄: quis dubitat gratū tibi fore illius audire ospitatē: quē toto co-
 natu defendis. Ego quidē certus sum. p. t. r. n̄bīl in terris magis desidera-
 re q̄ puerū illum bñ optimeq̄ valere. De qua re cū dubia mes tua ex vie-
 na recesserit: nō est ab re meis lris scribi: qđ oculis vidi meis: vt cōfundā-
 tur qui passioni cōsultantes sue nō rei verba sed verbis rem aptare nitun-
 tur. Scribam igit̄ tue dignatōi. q̄ nup̄ in stiria respexi. Quod nisi verum
 fuere: subiticio me cuiusuis iudicio etiā inimici: meq̄ ascribo pene quam
 falsi testes merentē. Iamq̄ rem psequor. Stirie fluvius ē qui ex alpi⁹ pre-
 cipitatus dranū influit amnē: ac exinde p̄ bystrū fert̄ in pontū: quē murā
 incolē vocitāt. Prope hanc ripā oppidū iacet gentile noīe gretz dictum.
 Hic ex medio cāporū equore ingens cumulus surgit: pruptis vndiq̄ sco-
 pulis liber. Cuius cacumē arx tenet & natura loci & opis humane presi-
 dio munita ad regiā quoq̄ fastigiata magnificētiam. Hic spes austrie bñ-
 garie desiderū & bohemorū cura nutritus rex ladislaus puer quē idib⁹
 leptēbris in aula regiā coraz friderico cesare patruclē suo magna baronū
 stipante caterua sum contēplatus. Adhibe obsecro aures tibi: & puerū
 & mores describam: nec sine voluptate: (vt opinor) q̄ referā audies. An-
 nos natus tres erat puellus iamq̄ attigerat quartū. sed etatē maturiorē:
 tum p̄ceritas pueri: tum intellectus mentiebat̄. Tu em̄ aliqñ in vlnis ba-
 buisti qñ coronā regio imponēs capiti. Nunc dimittis dñe seruū tuū di-
 xisti: quia videt̄ oculi mei salutare tuū: Sed alia nūc pueri facies ē. Aspe-
 ctus eius oēs qui aderant: incredibili voluptate repleuit. Incedebat nāq̄
 p̄ aulā tanq̄ sciret se regē esse: deberiq̄ sibi ab oib⁹ reuerentiā: oculosq̄
 nunc huc nūc illuc non sine maiestate quadā deflectēs. Candidulā manū
 porrigebat astantib⁹: tantaq̄ lucebat in eo puero grauitas: vt sepe mino-
 rem grādeui reges p̄seuerāt. Anteq̄ patruclis adesset nutrice p̄contatus
 est sepe vbi nam esset. At vt veniente didicit: in honorātis modū suapte
 caput suum inflexit & tāq̄ sciret ducalis dignitas q̄tum ab impiali dista-
 ret. Aliter sigis mundo duci: aliter cesari se obuiā dedit. Dū hinc atq̄ hinc
 in circulo interpellaret̄ (ethiopē forte vidit) moxq̄ in cesaris fugies sinū
 beutq̄ inquit deformis. Demiratus est cesar cōfugiētis ad se pueri confi-
 dentiam: qui priori tpe nunq̄ in eū dirigere lumina voluisset: letusq̄ no-
 uitatem circūstantib⁹ exponebat. Tum magnificus cācellari⁹ caspar. Ne
 mirere inquit impator. Numē in puero ē: nec regius sanguis diuini sp̄s
 tutela caret. Matre habuit cū te antea spreuit. Nāc illa defuncta: preter te
 habet neminē. Ideoq̄ tibi tāq̄ p̄i alludit. Tu illi p̄i: tu mater tu auus es.
 In te illi spes: in te subsidium: in te salus est. Scit hoc puellus. Et quia pupil-
 lus est orphanusq̄. auxilium tuum implorat. Te sibi patronū petit: tutorē:

aduocatū: p̄fectorē. Ego desertus sum ait: huic poloni hūgarīā occupāti
huic bobemi nouas res moliri student. Etas mea contēnit. Et q̄a annos
non habeo nec ius credor habere. At si tu me cesar iuueris. maxima bec
duo regna mihi obediunt. Nec preter te maiorē regem q̄ ego ero euro-
pa videbit. Sin deferis. Ex rege coronato paruulus fiam dux. Ex quib⁹
rebus altera domū nostrā tollet in altum. altera in pfundam merget. Sed
obsecro vt curā mei habeas cesar vt familie nostre honori consulas & tuā
serues dignitatē: ne ius meum alieni vsurpent mea q̄ abutant etate. Hoc
vult puer o cesar: cum ad te venit. hoc ille blādicie postulant. Hoc est qđ
ad te con fugit: non sine aliqua diuinitatis instigatione. Tu pueri: tu pu-
pulli & orpbani & sanguinis tui miserere. Mouerunt cesarē: cum pupilli
blandimēta: tum casparis verba. At post morulā. Nō deferā inq̄ caspar
sanguinē meū: nec si romanū imperiū: aut austria quicquid poterit pidē
tari: iusticiā pueri sustinebo. Sicq̄ locutus patruelē brachiis eleuans me-
dia fronte suaniatus est. Erat puer vltra q̄ dici possit formosus. nasus aui
materni & frontē suscepit: oculus ex patre mutuatus fuerat pect⁹ & bu-
meros ex vtroq̄: cetera m̄is erant ore paruo malis ad grām tumescenti-
bus succi plenus: & plus lactis habens q̄ sanguinis. Capillis crispis & in
auri fulgorē nitētibus. Risu cum verecundia mixto. Nibū in puero emē-
da dignū. Si mundū solūq̄ in nemore quis reperisset regiū genus i pue-
ro cognisset. Nec aut illi canis aut lupa defuisset nutritrix. sicut de ciro re-
ferunt atq̄ romulo. O si puerū hunc viderent hungari tul: qui tecum in
fide manserūt. O si eum tangere aut audire possent: quos animos sume-
rent: quas acies ducerēt: q̄ bella gererēt: quas ederēt hostiū strages. Stu-
pebam olim ego cum legerem macedonas cum illirienſib⁹ preliātes: qm̄
prima pugna succubissent: sequētī die certamē instaurassē: infantēq̄ ob
cuius regnū certabāt ad bellum iacentē in cuius detulisse quo viso tant⁹
ardor inuasit milites q̄ hinc leones hic pecudes crediti fuerit preliātes
accendit nāq̄ virtutē cōmiseratio pueri. qm̄ indigne priuari regno cerne-
batur. Versi ḡ in fugam illiri victoriā hostibus reddiderūt. Recognoscē-
tes priori certamine non vires illis aut anios: sed regis auspicia defuisse.
Que cum mihi prius fabulosa viderent: ladiſlaus puer auitis regnis spo-
liatus credibilia prebuit. Nam si ego alienigena sub imperio natus roma-
no: cōmoueri viscera & omēs mutari affect⁹ ex aspectu pueri sensi. Quid
inquā facturi sunt illi gbus hunc natura dñm tradidit. quos p̄ ei⁹ & ma-
ter & auus rexere. qui eum inter se nasci viderūt qui caput eius adhuc in
fane dyademate cinxerūt. qui iureiurādo p̄miserunt obedientiā. Nēpe
si verū mea snia fert. non solum fideles p̄ntia pueri cōmiserationē traheret: imo &
etiam qui fidem cum fortuna mutarūt ad cōmiserationē traheret: imo &
ip̄os hostiū truces anios frangeret. nec telū esset tam asperū cuius acies
in puerū posset adeo generosum: nec vllius oratio tm̄ momenti haberet
in populos. quātū seipm puer in medio multitudinis erigens: siue is est

quē admirabant̃ arbene siue quem vniuersi sequebant̃ quirit̃es. Habet
 em̃ latentem quandā energiā regis facies. Nec vllus est tam durus: tam
 asper: tam ferus aut inanis: qui regibus indigna ferētib⁹ non cōpatiat̃.
 Sed nūc precipue misericordia crescit: cū is qui patit̃: suā calamitatē effa-
 ri per etatem nescit. atq; vbi flendum ēēt: risu diffundit vbi ridendū planctu
 qualem cernim⁹ ladiſlaum qui etſi maximā habeat plorandi materiā: se-
 pulcro patre orbat⁹ & mīre. ac regnīs nudatus alacritatē tñ ostēdit. equū
 ascendit lignēū. totamq; letabūdus obequitat aulam. O generosum pue-
 rum. quis est qui te spernit regem quis est qui tibi nolit lubellē. Que illi
 nobilitas satis erit: cui tua minor videt̃. Nemo est orbe toto. qui te gene-
 ris claritate pcellat: nemo par est: multūq; distet necesse ē: q tibi scāidus
 ponatur. Fabulant̃ gallici troianā pſapia: sed illa iam diu defecit: terq; p⁹
 francoꝝ in galliā trālitum regiā stirpē gallici variarūt. Aiunt anglici bru-
 tum quenda euerſo ilico ad se venisse vñ reges eoꝝ trabunt originē: qd
 nullus hystoricorū tradit preter anglicū quendā parū eruditū: q volens
 romano generi insularē equare sanguinē: qd liuius atq; salustius graues
 autores de enea narrant. finxit de bruto: quamq; & postea saxones brita-
 niam magna vi inuadētes pulsīs prioribus incolis: nouos cultores indu-
 xerunt: ac reges & linguā mutarūt. At tecū ladiſlae nihil oportet fingere
 vtinā veritatē satis faceret calamus: nraq; posset oſo fieri vero cōformis.
 Sed supat oēm simonē tua nobilitas. Nāq; vt pterea nobilissime austral̃
 dom⁹ originē ad altū vsq; iulii sanguinē repetēdā: genitorē tuū romanū:
 būgari atq; bobemi regē suū venerabant̃. Cui⁹ opa totū in orbē vulgata
 sūt. p tutela fidei & augmēto noīs xpiani gesta. Au⁹ tu⁹ isdē pſuit regnīs
 thurcos plūmos: plūmis plūis lacessiuit. Sircas plūmos domuit: oib⁹ iſide
 lib⁹ terrori fuit. Scīſſā eccliam tresq; colētē pōtiffices i cōſtātiēſi cōcilio tra-
 xit ad vnionē. Gallos anglicosq; iſenſiſſimos hostes cōposuit. Hispaniā
 pactauit. Italiā ter itrauit coronāq; cesareā suscepit. Cui⁹ frēs reges fuerūt.
 Pater illi karolus ōrtus fuit: Et illi an⁹ henric⁹ septim⁹ cesarū qui p⁹ theo-
 dosiū regnauere Tū sapiētissim⁹ tū gliosissim⁹ Sub q germāia & italia qī
 colābe sub aqla tremebūde tulerūt impiū Cui⁹ maiores loga serie romanā
 rēpub. gubernarūt: quā nūc & tu⁹ patruelis frederic⁹ administrat. O splē-
 didū genus pueri. O gloriā & laudē: vbi nā sanguis illustrior. vbi nā seri-
 es tante nobilitatis. Obscuritatē querūt q post tantā geuerositarē alium
 petunt regē. Mira res si tantū splēdorē būgari fugiat: quē nec macedo-
 nes nec babyloni nec rōani cōtēnerēt: s; vltro sibi regē deposcerēt. Cui⁹
 egregia idoles pſagiū facit paternā i eo fortitudinē: autā prudētiā & vni-
 usq; liberalitatē renatā. Nec tātā de se spē vt aſcani⁹ enee. aut bector priamo
 aut alexāder philippo p̄buit: quātū i hac etate ladiſla⁹ se videntib⁹ exhi-
 bet Hūc cesar p̄pediē i austrā secū adducet būgariēq; vicinū p̄bebit. vt vī-
 deri ab his possit q amāt: & timeri ab his q odiūt. Faxit de vīta ei⁹ vt illi
 lōgior sit: vt & nestor⁹ equet ānos: & augusti felicitatē supet. Hec būit q

de latissimā nūc scribere. que cum scirem tibi iocūda: filere nolui. Tu si visū fuerit & amicis & inimicis bec cōicare poteris. illis ad gaudium: istis ad penam. quorū tandē oculos diuina pietas adapiat. vt ad cor reuerſi dñm suum agnoscat eiusq; potius veniā q̃ ultionē expectēt. Tu vale feliciter bonoq; animo puelli regis etatē tolera: quo virilem togam sumēte: & tu & tui oēs plus inuenietis leticie q̃ sperare fas fuerit. Ex gressu.

Reppendit de mēdatio: fingēs se scripsisse.

EPISTOLA XIII

Neas filius poeta imperialisq; secretarius. S. p. d. Francisco de roma aduocato cōsistoriali. Queris mi francisce q̃ mibi pluries dederis lras & a me nullas suscepiſ. Sed solet esse ista negligētia cautela: q̃ quotiēs nihil scribūt. totiēs se iactant multū scripsisse. Ego tuas lras recepi nullas: vide an me vel te decipias. Non credo tuis lris magis q̃ aliis clausum esse iter. Ceteroq; em̃ ite ad me oēs deferunt. sed mē te obsecro hanc querelā apud me: qui calleo has versutias. Cū aliis bisce vtere: & me si vis scribere scribe & nūq; impune me visitabis. Dere quā nunc postulas hoc habere me velle & cōmodo & honori tuo sp̃ consulere. Sed causā minc occurrit nulla piagnis: bec pro qua nūc agis: nihil habet preter onus. Ideo te qui aliquid lucri quis: nolui facere grauātū. qm̃ materia se offert nō ero immemor tui. quia te amo & tibi cupio bñ esse. Va e.

De filio suo.

EPISTOLA XV

Neas filius poeta genitori suo filio salutē. Leteris an dolcas q̃ mibi sobolem dñs dederit: incertū te scribis pater. At ego leticie cām video doloris nō video. Quid em̃ dulcius in humanis ē q̃ gignere sibi simile tanq̃ extēdere sanguinē & habere quē post te relin quas. Quid in terris beatius q̃ natos vicine natorū. Mibi equidē ingēs voluptas est q̃ semen meū fetificauerit. quodq; añq; moriar aliqd de me superſit. gr̃asq; dño refero: qui partū femine figurauit in marem: vt apud te patrē meāq; matrē aliquis paruus ludat eneas & solacia preſtet auis q̃ debebat pater impendere. Qz si tibi genitor gaudio fuit meus ortus: cur filius meus mibi nō sit leticie. An ne te quoq; letificabit infantuli vultus cum meam videbis in illo effigiem. Nunquid tibi iocundū erit: cum paruulus pēdebit ex collo eneas: puerileſq; blandicias agitabit. Sed ais fortasse dolere meū crimen q̃ ex p̃ctō genuerim filium. Nescio quā de me finxeris tibi opinionē. Certe nec lapideū nec ferrēū genuisti filiū. cū cēs tu caraeus. Scis qualis tu gallus fueris. At nec ego caſtrat⁹ sum. neq; ex frigidorū numero. Nec sum hypocrita vt videri bonus q̃ esse velim. Fateor ingenuē meū erratum quia nec sanctior sum dauid rege: nec salomone sapientior. Antiquū & vetus est hoc delictū nec ſcio quis hoc careat. Late patet bec peſtis (si peſtis est naturalib⁹ vti) quāq; nō video cur tan tope dānari coitus debeat cum natura q̃ nihil pperam opatur oib⁹ in genuerit aiantibus hunc appetitū: vt genus cōtinueret humanū. Sed dīcis vt arbitror rectos eē līmites: intra q̃s hoc liceat: nec extra legitimos.

matrimonii faces p̄gredi debet hic appetitus. Ita est sane et sepe inter ipsa
nuptiarū claustra scelus admittit. Et bibēdi quoq; comedēdi & loquēdi
certi sunt termini: sed q̄s fuit illos q̄s tāuſtus vt septies in die nō cadat :
loquaſ hypocrīta: seq; nullius culpe ſciū dicat: ego nullū meritū i me ſcio
ſolaq; mibi diuina pietas ſpem facit miſericōdie q̄ nos labiles ſcit: & ad laſciuiā
p̄clines. Nec nobis q̄ patet oibus fontē venie claudet. Sed de hoc ſatis.
Nūc quia cōiecturas petis: ne alienū p̄ meo nutrias: quō res ſe babuerit
paucis exponā. Nondū anni duo effluerūt ex eo tpe quo argētie gere
bam orato rīs mun⁹. Quinquageſima tūc currebat q̄ añ proximā preteri
tam fluxit. Ibi cū ocioſus diebus eēm pluribus: mlier ex britania veniēs
diuerſorū meū petēs in vnīs edibus mecū fuit: non inueniſta: nec etate
cōfecta. Hec quia ſmonē italicū egregie norat: me verbis ſalutabat etru
ſcis: q̄ illa in regiōe tāto magis placuit q̄to rarius erat: oblectat⁹ ſum fa
centis ſemic: cuius i ore maxim⁹ lepor erat. Moxq; in mentem venit deo
patre ſacundia q̄ uō ſolū Anthoniū ſed Iuliū quoq; ceſarē eloquentia in
eſcauit. Mecūq; q̄s reprehendet in quā ſi ego homūcio faciā q̄d maximī
miviri nō ſunt alpnati. Interdū Moysen interdū areſtotelem. nōmūq; xpī
anos in exemplū ſumebā. Quid plā: viciit cupidō incalui: mulierem ariſ:
multiſq; blādīmētis adorſus ſum. Sed vt aſpis cātibus vnda repellit fre
ti. ſic verba mea ſi cōtēpſit: triduoq; ſuſpēdit. Erat illi filiola annorū qnq;
quā Milinthus p̄t hoſpiti nro cōmendauerat verebaturq; mulier ne qd
boſpes p̄ntiret: filiāq; poſtbac q̄ſi moris materni abdicaret. Inſtabat nox
ſequētisq; die mulier reſſura erat timeo ne abeat preda. Rogo in noctē
ne oſtio camere peſſulū obdet: dico me in tempeſta nocte ventur⁹: negat
nec ſpem vllā facit. Inſto ſp̄ idem rīſum eſt. I tur dormitū. Mecū ego qd
ſcio: an illa vt iuſſi fecerit: Recordor zime florēini forſitan illi⁹ amicā bec
imitabit. Tentādū ē inquā. Poſtq; ſilētii vndiq; ſentio: thalamū mlieris
accedo. Clauiſum oſtiū eſ: ſed nō obſcuratū: apio: ingredior: mliere potior
hinc natus ē fili⁹. Mulier Elīzabeth vocat. Ex idib⁹ februaryi vſq; ad ali
as idus nouēbris: meſes currūt q̄ partui danſ. Hec mibi dixerat mulier
dū baſilee poſtea erat. Ego q̄uis ipam nō pecunia vlla ſed maximis emiſ
ſem p̄ci⁹ (vt ē ars ſei⁹) credebā bec auri corrodedi cā dici. nec verbis
prebui fidē. Nūc quia eā hoc aſſerē q̄n nihil ſpare a me pōt q̄n nomē cō
uenit tempuſq; pueq; meū puto: teq; mi p̄t rogo vt nepotē ſuſcipias aleſ
q; donec grandiuſculus factus ad me valeat p̄ſciſci: meiſq; imbui diſci
plinis: nec puta ſeminā diuitē mentiri velle in filio. Nunc alia p̄ſequar.
Scribis te ſenio cū matre cōfectū: hoc mi pater tibi ſibi⁹ iocundū eē de
bet q; eos annos attigīſti: quos optabas iuuenis: iāq; libere & expedite
potes deo ſeruire oibus ſpeliatuſ paſſionibus que mētes iuuenū a deo
alienāt. Nec mibi dixeris: oīa ſert etas animūq; vt ex hoc animū perire:
putes qui diuinus eſt atq; immortalis: ſed voluit poeta ſignificare eta
ris curſū vigorem illum animi tepelſcere. qui eſt in iuuenibus ardēs: ſed

ille magis ad vitia q̄ ad virtutes inclināt. In senibus purgatus est anim⁹
nihil p̄ter honestū cupiēs. qualē tibi & m̄i mee spero esse: q̄uis illa nun-
q̄ mūdānis desideriis inbelerit: sed beroyca quadā virtute solū deo fui-
re beatū duxerit. hoc fit vt senio v̄ro min⁹ trīstet. Si em̄ iuuenes cētis: ti-
merē de vobis magis. Qd̄ de filiis sororis landomie scribis: certū est ap̄d
me gratūq̄: tuū ē curare vt lras discāt: que sole hoies extollunt sup̄ alios.
Ego cū statū meū firmiorē videro: alterq̄ mibi asciscā. Iacob⁹ ptolomeus
frater si ad me scripserit n̄iso nō carebit. puocari lris nō expectet: totiens
em̄ necessario scribo vt nihil ad libitū vacet. lectura eius ordinaria sola-
rioq̄ letatus sum: famāq̄ suā indies crescere cū leticia p̄cipio. Bartholo-
meo cū p̄ntib⁹ lras do: nec eius obliuiscor vnq̄ p̄ suis erga te mat̄ēq̄ me-
ritis. Et quia Karberinā m̄is mee sororē coniugē suā vnice amat: mat̄ē
q̄ tibi comendo tueq̄ fidei: deūq̄ rogo vt patrā petēs sup̄stites oēs in-
ueniam. Conuētū nāq̄ cū leticia celebrabimus. Et qm̄ id qd̄ restat viuā-
mus sp̄acium ex tuo trāfigemus arbitrio: nec mibi in te vlla erit contro-
uersia. Iohannem & Landoniam vxorem iube ex me saluas ēē. Filiolū
suscipe & quicquid egeris mibi rescribe. Vale.

Pena patienter ferenda est p̄ culpa.

EPISTOLA XVI

Neas filius poeta Caspari de sara adolescentuli primario salutē
c dicit. Oblectant me sp̄ lre tue q̄s & familiariter & ornate scribis.
He vero nouissime cū ornatu facecias qnoq̄ attulerūt atq̄ idcir-
co magis placere. Vnū tñ in illū sum demirat⁹ qd̄ triduanū ieiuniū: idq̄
interpellatū tātope exhorrueris: nec p̄fecto aliā cām interpretari possum:
nisi cardinalis nimis facilitatē q̄ tibi Iacoboq̄ nimis indulget: vosq̄ mu-
sopulā ex more q̄ntomagis demulcimini tanto alt⁹ caudā eleuatis: lo-
quor tecū libere: quia tute vis: dū me magist̄ vocitas: quō noie onera-
tū me sentio. Sed loquamur obsecro libere: recipiamusq̄ staterā delictū-
q̄ cū pena trutinātes. An cardinalis magis: an tu erraueris videam⁹. Du-
cīt mulier clanculū in edes vt amatori coicea t iacobo. Neq̄ exire vt in-
operi suo sit aptū: reliquum omne valere sinūt. Et nos quoq; si sapimus in poetarū libris cum receperimus qđ veritati amicū consentaneūq; sit cetera omnia trāsgrediamur. Cum igit ex testimonio magni basilii sanctissimiq; hieronymi etiam veteres gentilesq; poete recipiendi sint. Cum antiquissima disciplinarū sit poetica. Cum magni ex ea & necessarii fructus resultant. Cum philosophi sanctiq; doctores pleni sint auctoritatibus poetarum. Cum cesares atq; reges omnesq; maximi viri poetas suis tēpibus honorifice susceperūt. Cum diuine laudes a nullis melius q̃ a poetis decantari. Nō immerito sicut ab initio dixi mirandū est nostro tpe vilipēdi poetas. quis in italia iam resurgere ceperint & pariter cum theologis honorari. Nunc absoluēda ē questiuicula. Cur tam pauci sint nostris tēporibus poete quod non solum etate nostra sed omībus priscis temporib; contigit: plus tamē bodie q̃ vnq;. Idē cur sit nunc absoluam. Quattuor mibi huius rei videntur cause: si plures sunt nihil ē cur mouear. Prima causa est quia multa & varia scire oportet eum qui sit poeta. Nāq; cum bella gesta suum sit scribere: cum tempestates: cum tempora cum locorū situs: cum psonarum conditiones: cum maris stratus ante oculos hominū ponere habeat cum virtutes laudare viciaq; reprehendere debeat. Quis nō videt ad hec bene tractāda multis artibus opus eē: multas aut artes pauci sunt qui assequantur: idcirco & pauci sunt poete. Secunda causa est quia nemo poeta est. nisi cui hoc singulare munus ex alto tradidū est. vt autē & sententiolis versibus humanos actus cōscribat. Singularia aut muna excellētia paucis dantur: ideo pauci sunt poete. Poësis namq; vt Cicero in oratione n archita dicit. Munus est dei nec arte vel imitatione potē haberi nisi vera dicendi regula detur ex alto. Ex quo sit sicut idem Cicero asserit. vt non solum nostris sed oībus tēporibus rarissimi poete fuerūt. Tertia raritatis causa est: quia successu tēpū crescētibus hominū viciis virtutibusq; pereuntibus: sicut alie discipline diminute sunt: sic & poësis ad nihilū vixit redacta. Nam sicut nemo mibi vel Augustinū vel Hieronymū dabit sic vel Virgiliū vel Ouidiū dabit nemo. Quarta causa est in hoc vltimo loco: quia non redditur poësi suus honor: ideo pauci sunt poete. Namq; vt Cicero dicit honor alit artes omesq; incēdimur ad studia glorie. Vbi vnde est honor ibi & studiū deficit. Ac sic fit vt pauci nostris tēporibus poetam assequantur. quia nō putant hoīes honorari ex ea: atq; idcirco negligunt illam. Absolutis duabus priorib; q̃stionibus. Instant ridicula: tertia inquisitio cur viles cutes cadauerū atq; antiq; camise cum cera in cācellariis venduntur p optimis munerib;. Tangit me berde ista q̃stio qui vnus sum ex cācellaria. postq; diuus Fridericus cesar in secretariū suū me recepit. Soluā igit q̃stionē ex meo ingenio quo in loco vnū dicendū est iocofum. Viam solus asinus ibat: suasq; secum miseras querebat qui vinū portans aquā biberet: frumentūq; in borreis ponens fenū manderet: sed hec seculū reputasset nisi q̃ etia; post mortē ex ei; coreo cribri fierent atq;

timpana. Quem sic querulosum audiens varius parū animal. Tace in q̄
 asine: opus est post mortē labori. Nam isti qui dicunt homines cū aliq̄
 volunt sapientē facere: coreū meum adhuc pilosum recipiunt. frontemq̄
 illius adornāt quem volunt eē sapiētem. Doctores em creatēs meis eos
 pelibus vestiunt: meq̄ qd̄ est rerum oīm difficilimū ex magnis bestiis vi
 ros oportet sapiētes efficere. Sic em coreum meū fata disposuerūt. qd̄ est
 mihi grauissimū & molestissimū. Audierūt hēc rectores cancellari vi
 dentesq̄ in coriis cadauerū magnas esse virtutes: non censuerūt illa puo
 precio danda. Sed ea atq̄ camileas cum cera sicut equū erat magno p̄cio
 ceperūt vendere. Imitatiq̄ sacerdotes qui sonum campanarū & fumum
 & aquam & verba dantes magnis vtunt̄ emolimētis: coria sua non puta
 uerunt gratis dandis: ac vt om̄issis iocis ad seriā redeamus. Ante charte
 & mēbranarū vsum: in dolatis ex ligno codicillis epl̄arū alloquia scribe
 bant: sicut & Cicero & Damasus & Ysidorus attestant̄. Exinde tam gre
 ci q̄ tusci sup̄inducere ceras inceperūt. Illasq̄ graphiō ferreo inscripserūt.
 Post hēc carbarā vīus apud egyptū cepit que ex decerpto papiri tegmi
 ne conficiebant̄: ac postmodū ex lineis pannis iam ineptis aliis v̄sibus.
 Exinde reges p̄gamī mēbranarum vsum excogitauerūt q̄ ex membris
 pecudum detrahant̄: & adhuc propter memoriā loci p̄gamena dicunt̄.
 Oua igit̄ in chartis q̄ ex vetustis fiebant camisis & in cucibus pecorū
 ad vsum scribendi paratis res magne maximeq̄ notant̄: non est iniuriā
 hoc si magno precio vendunt̄. Non em res q̄ continet sed que contenta
 est in extimationē venit. At sic tribus q̄stionibus vestris excellentissime
 magister hēc respōdisse sufficiāt. Vestro graui & optimo iudicio nibilo
 minus saluo.

Tibizando poete scribat̄ ex rōne etiā principib⁹.

EPIS: CV

Llustrissimo principi ex sanguine cesarū facto dño Sigismūdo au
 i strie ꝛꝛ. duci Tirolisq̄ comiti domio suo secundario. Eneas siluius
 poeta regaliscq̄ secretarius. S. p. d. In cesaris curiā q̄ primū migra
 ni magna me cupido incescit tibi vt aliquid scriberē. Sed veritus sum mo
 derni seculi more: cui n̄b̄l placet nisi quod est sui simillimū. Om̄s hodie
 fere qui scribunt q̄uis vnū alloquant̄ numero vtunt̄ plurali tanq̄ multi
 plicando p̄sonas plus honoris adiūciant reuerētioresq̄ videant̄. Que cō
 suetudo late in germania patet. Et apud italos aliq̄d̄iū vīguit. Ac postq̄
 Frāsciscus petrarcha om̄isso temporis sui squalore. priscam cepit eloq̄
 tiam imitari. plerisq̄ sic loqui placuit vt castior etas locuta est veterū. Ve
 nit ex grecia post hēc Iohānes crisostolas qui constantie sepultus est vir
 plurimum litterarum. cuius maiores orti rome constantinū magnū post
 translationē imperii bizantiū q̄ nunc constātinopolis dicit̄ secuti fuerāt.
 Hic italos iam scabrosi & obuoluti sermonis penitētes: nō tñ plus h̄ntes
 luminis q̄ Frāsciscus attulerat: ad veram eloquentiā reduxit: ita vt similis
 videat̄ hodie italorū facundia illi que Octauiani temporibus vīguit. Si

l. iii.

quis Leonardū arentinū. Guarinū veronenſem. Poggiū florentinū. An-
riſpam ſiculum. Anthoniū vicentinū & alios legeret qui nunc viuentes
apud italos florēt: in quibus & Tuliane fluuius eloquētie & lacteus ti-
tiliuii patauini riuus elucet. Hi nūc eos ad quos ſcribunt ſingulari cōpel-
lunt numero: q̄a t̄aꝝ grecos q̄ latinos ſic locutos fuiſſe cōmemorāt. ſicut
Socratis & Demofcenis ac Ciceronis & Macenatis ep̄le ad maximos vi-
ros ſcripte teſtant̄. Nec gentiles ſolum ſed eos quos colimus quos vene-
ramur ſanctos viros imitari ſe dicunt. Hieronymū. Auguſtinū. Ambro-
ſium. Gregoriū. qui non ſolum boies ſed ipſam diuinā que omnia nutu
ſuo regit maiestātē ad orſi ſmonibus. preſta inquirunt: da: ſac: concede: mi-
ſerere: largire. Qui t̄n multo ornatius pluralitate vtī nouiſſent q̄ nos. S̄
viſum eſt illis recte loquendi ducibus ornatū oēm atq̄ leporē confundi:
ſi vt modo ſit locuti fuiſſent. His ego quoq̄ conſentio nec meo noie ſcri-
bens aliter quēpiam compello. At te t̄n daturus ſiſas quid agitam ſub du-
bito: veritus ne tuorū hominū plus cōſuetudini tribuas q̄ meo iudicio:
& arbitraris forſitan regibus atq̄ principibus nō aliter ſcribendum eē q̄
ipſi ſcripſerūt. Quibus mos eſt vtī pluralitate. Mādamus inquirūt volu-
mus facimus. Sed hoc quod ab hūilitate traxit originē nepbas eſt ad ia-
ctantiam ducere. Reges nanq̄ cū ſcribunt & ſi dñatū habeant vt quicq̄d
eis placet legis vigore habeat. Ea t̄n moderatione vtunt̄ cū ſcribūt vt p-
cipientes aliquid non ſe ſolos videri velint feciſſe ſed cum alioꝝ conſilio
Nec te moueat q̄ p̄icipes inferiores ſcribētes ſupioribus pluralē nume-
rum tanq̄ ſupbie ſomites abiciant: ſicut ad ceſarē imperiū principē miſſe
ſſe manifeſtant. Scribit em̄ dux mediolani. Supplico peto regii meveſtre
maieſtati cōmiſſus facio. Nā & hoc rōem habet aliā q̄ arbitrare. Et q̄a in
inferiores p̄tates a ſupioribus diriuant: non ab re eſt pluralitatē deponi cū
inferior ſcribit. t̄a q̄ dicat inferior ad te loquēs. O ſupior alioꝝ vice vtī nō
poſſum quia tu illos mihi cōmiſiſti. quos erga alios reſento: erga te mi-
nime: q̄a tu illos & me reſentas. Qz vō regibus ac magiſtratib⁹ cōſue-
tudo ſit pluralitatē offerre nihil te vigeat: Nā id eſt q̄d ſtomachabar mō.
Quis em̄ idcirco pluralitatē principib⁹ dedat q̄ ipſi ea propter modera-
tionem vtant̄. Non bonorare hoc eſt. ſed deprimere atq̄ contēnere t̄a q̄
nil ipſi ſine ſubditis queant. Quibus ſi vellemus reuerentiā impartiri q̄
ipſi modeſte faciunt nos honorifice fugeremus. Nec em̄ quia romanus
pontifex ſeruoꝝ dei ſe ſeruū appellat: idcirco nos ſibi ſcribētes eundē ſi-
bi reddimus titulū: ſed pro ſeruo ſeruoꝝ patrē dicimus patrum. Hec for-
taſſe nimīū longe ſunt repetita principio que me a ppoſito remotius ab-
duxerunt. Spero t̄n bis factum eſſe vt vel mecum ſentias vel ſequēti ma-
gnos autores mihi des veniam te ſingulariter alloquēti. Quod ſi aliā rō-
ne non facies: tua ſaltem ſingularis benignitas & innata te monebit hu-
manitas. Nunc quid ſit quod maluerim ſcribere abſoluendū eſt. Nanq̄
cum in banc patruelis tui ceſaris curiam veni: multa mihi de tua preſtāte

virtute sunt dicta. Alius benignitatem precipuā referebat. Ali⁹ mirificā
bonestatem atq; modestiā. Alius prudentem vltra q̄ etas ferret te predi-
cabat. Alius te liberalem & iusti amantissimū affirmat. Alius quod raro
inter huius etatis principes pepitur. te latinū sermonis obseruantissimū
commemorabat. Quibus ex rebus & mirari te simul & amare accepi &
tanq̄ monstrum putabam adolescentē principem tot virtutibus elucesce-
re. Non tamen statim credulus fui nec omnivoci prebui fidem accessi ali-
os percontatus sum vniversos. Reperi omnes vno ore loquentes. Nec
ista apud me satis adbesi lateri tuo & inter coronas nobiliū tanq̄ explo-
rator ingressus: mores tuos dum adhuc me ignorares sum speculat⁹: at-
tendi gestus: sermonē: vultum: nihil non perlustraui vidi modestum in-
cessum latinum incorruptum. Notavi famam res ipsa vicit: nō potui mī
hi non credere: sed oculos meos & aures tuarū virtutum testes admisi.
& earum factus sum predicator quarū antea fueram inquisitor. Nec me
ista in assentoris modum referre censeas. Ante omnia enim tibi suadeo
vt omne genus adulatorum quasi pestem teterrimā fugias. vt nullos ho-
mines magis detesteris q̄ eos qui tibi blandiunt qui te coram laudant.
qui omnia que facis probant qui vbi negas negant & vbi affirmas affir-
mant. Aut aio apud Terentiū inquit gnato: & Iuuenalis si dixerit est uo-
fudat. Nam hoc est genus hominum pessimum: quod principes maxi-
me deicit & precipitat. Timendum non solum adolescentie sed etiam se-
nectuti. Cur tamen te palam cōmendauerim non tacebo. Elucet sane in
te quas commendauī virtutes: sed illas non retuli vt glorieris non vt te
iacēs superbias vel inferis. Solum hec scribo vt custodias tantū bonū
vt serues & amplifies hunc thesaurum: vt sic te habeas q̄ virtutes tue
cum etate crescant: & fias indies virtuosior: ne in vitium aliquorum inci-
das qui boni fuerunt iuuenes & pessimi senes. Et vt est in prouerbio bo-
nus pullus mala gallina. Ego enim cupio vt ex bono adolescēte fias vir
optimus. Quod eo tibi facilius erit quo melius es nutritus. Et sane de-
bes ante omnia genitori tuo clarissimo principi grates referre. qui tuum
animum excolendum putauit: qui te sub disciplina tenuit & preceptores
tradidit eruditos. Hec enim amplissima ē suppellex & hereditas q̄ prin-
cipatus melior. Opes enim & potentatus & huius bonores seculi bona
fortune sunt: fluxa: mutabilia: caduca. Que vt fortuna vult bucatq; illuc
feruntur. Illa enim mortale genus quasi in ludo habet & hunc deprimat
hominem hunc extollit. Nec enim magnum est ex figulo regem & rur-
sus ex rege figulum facere. Hinc est Iuuenalis versus. Si fortuna volet fi-
es de consule rethor. Magnus Alexander subiecta india vt q̄ntum pos-
set ostenderet Ortulanū quendam ad regni fastidium erexit. Dyodetia-
nus vō cum orbis haberet imperium deposita purpura & fastibus: rigā-
dis ortoꝝ oleribus & plantandis arboribus operam pōuit. At animi bo-
na que sunt: cōtinentia: castitas: fortitudo: iusticia: moderatio: intellectus

ingeniū: memoria: stabili quodā nexu adherent hominī: nec auferri a nobis nisi cum vita possunt: hec vere nostra sunt bona: hec dum luce inter mortales fruimur vitam prestant suauiore. postq̃ migramus ex hoc seculo spem dant felicitatis eterne. Cum g̃ has dotes natura tibi cōcesserit & parentes cura in te illas auxierit. monitū te esse volo vt serues bonum quod est in te. Ad quā rem maxime necessariū cēseo harum studiū quod iam inītiatus existis. Quia tamē iam illas videris quasi aliq̃d iugum abiecisſe. Non erit ab re si te ad eas coner reducere. Non em̃ vt aliqui arbitrat̃ tur. idcirco principes discunt litteras vt latinum scientes participare cum alienigenis queant. Nam etsi hoc frangi est alia tamē nobilior rō est. Quoniam em̃ om̃is bene viuendi norma harū studio continet̃: ideo illas expectat nosse. Nec fat est imbuisse principia nisi & vltra p̃gressus fiat. Seculi tamē principes nostri plerunq̃ illas ad p̃hos relegant aut iuris interptes tanq̃ principes non deceat bene viuere. Oro igit̃ te ne his auscultes qm̃ nemo in darum virum aut famosum principem potest euadere nisi cum nature dotibus adiunctam habeat doctrinā. Omnes sane qui superioribul seculis claruerunt principes: studiosi harū fuerūt. Philippus macedo alexandro nato gauisus est q̃ eo tpe filiū habuisset quo florebat Aristoteles. Nec alexander hac qua tu nūc es etate litteras a se relegauit. Sed p̃fectus in Asiam Aristoteli & Calistenē magistros secum duxit: nec audire p̃hiam inter armorū strepitū ac tumultus cessauit. Felix nimirū si vitio violentie caruisset. Alcibiades & temistodes qui apud grecos illustres habent̃ studiosi fuerunt p̃hie. Epaminūdas theban⁹ qui grecie princeps est habitus: non minorē l̃ris q̃ armis operā tribuit. Trāseo ad romanos. Quid limatius quid eloquentius scribi pōt q̃ ea cōmentaria que iulius cesar de se cōdidit. Is em̃ cū in gallia bellū gereret diē armis: noctē l̃ris dedit. Heres ei⁹ august⁹ & orōne solutā & carnē optime dictauit. Extātq̃ ad huc eius elegāissime versus in eneyden laudē. Quid fabios cornelios aut catbones referā. Quid de pōpeio dicā qui tā affect⁹ l̃ris fuit vt egrotātē possidoniū p̃hm q̃uis cōsul ipe foret nō omiserit in chado visitare. Cato cui cēt latina plen⁹ doctrina l̃ras grecas diu cōtēpsit: postea p̃positi penitēs qd̃ iuuenis spreuit senes cōcupiuit. Nec dubitauit senū suū l̃ris peregrinis imbuere & ad grecā volubilitatē os cōtorquere. Recte hi qui dem qui & si principatū haberēt dñarent q̃ populis: seruire tñ l̃ris voluerunt. Sed norant illi Platonis vocem que dicta diuinitus: tum a Cicero: ne tum a Boetio refer̃. Beatas sc̃ fore respublicas si rectores earū studere sapientie cōtigisset: que sapientia baud dubiū ex p̃hie fontibus baurit. Tu tñ fortasse tabulolā reris que de antiquis sunt scripta q̃ & in ocio negocium & in negocio ocium diligenter referunt curasse. Sed hanc opinionem possunt tibi auferre nonnulli viuentes: qui etsi reipublice prefint & munera rogant arduissima. disciplinas tamē non negligūt. Leonellus marchio esten: tāelegant̃ scribit vt nūbil inter eius & Ciceronis litteras

putes distare. Sororia de marchione salutarum dicunt marchionis mā-
tue fili & arma tractant & litteras colunt. Alfonso rex aragonū: cui & ci-
lia pareat: & illa italie pars obedit que olim magna grecia dicebat: qui to-
tiens victus tandem vicit: & aduersam fortunā in fauorem sui conuertit:
nunq̃ in castris est sine libris quotiq̃ it: illuc & bibliotheca sequit̃. Siue
in tectis est siue in tentoriis manet. singulis diebus aut legit aliquid aut
audit. Egre dior italiā & penitus toto diuisus orbe britanos petam vbi
dux est deoestrie. qui regnat quod modo anglicum dicimus pluribus
annis gubernauit. huic tanta litarum est cura vt ex italia magistros ascie-
rit poetarum & oratorū interpretes. Vides ne quia & hoc seculum prin-
cipes litteratos admittit? Inter hos & tu poteris numerari si quod æpisti
studium fueris profecutus Nec enim ideo litteratū te diam q̃ latinū pro-
nuncies. Nam et si hoc pulcrum est: coruis & picis datur. Visto Antho-
nio cum rediret Octavianus: edoctus latinū coruus. salue inquit Augu-
guste cesar impator huic Persianū illud. Qui expediuit p̃lato suum the-
re p̃icasq̃ docuit nostra verba conari & addit causam magister at tis inge-
niū largitor neutri. Quid tamē tibi videt̃ cum venit hungarus aut ita-
lus aut gallicus latineq̃ satur: cum tu adolescens illos intelligas alii senes
tanq̃ surdi audiant. Pulcrius tamen erit & tunc te litteratū vocitabo: cum
oratores intelliges cum p̃hos nosces cum poetas tuapte pcurres. Hoc t̃i
bi fortasse grande videt̃ & arduū nimis baud sic est. Nolo te noctes dies
q̃ libros voluere. Sed vnā dūtaxat cuiuslibet diei horam exposco qnā
litteris prebeas. Illud aut̃ cure tibi eē volo: vt doctus sit quem audias &
prudens quem sumas magistrū: nec te vana tituloꝝ ambitio fallat. Non
enim propterea doctior est aliquis q̃ magisterii nomē aut parisius ē aut
athenis sortitus. Ille autē peritus est qui naturali p̃ditus ingenio vigili
cura perscrutatus est magistros artū autores: qui cum multa viderit atq̃
legerit librorum volumina. tum memorie plurima commendauerit. qui
non solum diuinis litteris sed etiam secularibus sit inbutus. Ex bis vnū
apud te vellem degere. quo cum pro tuo loquerer arbitrio qui tempus
docendi non ex se lumeret sed tua ex voluntate qui cum velis legat cum
nolis taceat. Sed tuum erit quot diebus velle aliquid. Nanq̃ postq̃ bi-
nio hunc modum seruaueris. nimirum plus te lucrī ex lēctione corrolisse
putabis q̃ si prouinciā aliquā sis adeptus. Ego quidē laudo edes tuas
militibus plenas esse. Hi em̃ sunt qui tutant̃ patriam & decorū est armo-
rum gloria principem enitere: sed nullum apud te fore virum doctū: nec
laudo nec probō. Sicut em̃ milites pascis ita & doctrinarum institutores
nutrice posses qui te iusti & iniusti differentias & limites edocent: vi-
rumq̃ redderent ex omni parte p̃fectum. Non decet te illos sequi qui vt
sumptus minuat doctores excludunt leones t̃n pascunt. sicut est illud iu-
uenalis. Non habet infelix minor quod mittit amico. Quintilie qd̃ do-
nec habet nec defuit illi vñ emeret multa pascendū carne leonē iā domitū.

Et ironice sublungit. Constat leuiora belua sumptu. Nimirū & capiunt plus intestina poete. Sume igit̃ tibi grandis doctrine aliquē virtutū nec parcas expensis vbi ingens redundat emolimentū. Queris fortasse qđ emolimentū. Edicam paucis ne litterarū vtilitatē contenas. Postq̃ enim viriles attigeris annos hoc tibi bonoris & cōmodi erit. vt te in consilio loquente ceteri sileant: cum tu vnus plus oibus sapias. Nemo te decipe poterit: nemo dicere audebit hoc equū & hoc infquū nisi verus id eē manifeste cognouerat. Si quis p̃sumpserit in honesti aliquid suadere presto eris rōnibus confutare. Si affari volueris populū quo pacto loquēdū sit littere te instituent. Si aut̃ laudare aliquē aut virupare volueris & quintilianus & Cicero te decebit. Si bellum suscipiendū erit & armis opa dāda vegetius modum ostendit & Linius & Quintus Curtius & Iulianus & Lucius Florius & Suetonius & Salustius Crispus. & historicoꝝ cunī? In quibus & Alexandri magni fortitudinē & Hanibalis calliditatē & Fabiū versucias. & Scipionis prudentiā & Iulii cesaris disciplinam militārē & Sertorii ac Marcelli audaciā. & Iugurte sagacitatem & omniū qui res bellicas gesserunt artes inuenies. Nunq̃ tam multa experiēdo videbis q̃ multa legendo perdisces. Si quō rempublicā gubernare scire volueris legendi erūt tibi politicoꝝ libri quos Aristoteles composuit & Leonardus arētinus latinos fecit. Vetere aut̃ translationē tibi nequaquā assumes quia & eloquentiā viciat & intellectum minus vocat. Ad regendā familiam & teipm: vtilis erit iconomica ethicaq̃ Aristoteles: tum de officiis Cicero & ep̃le seneca omnesq̃ libri ipsius. Quomodo regenda sit vxor scripsit Franciscus barbarus venetus. Quomodo liberi educandi plutarch⁹. Quomodo te cum amicis habere debeas & quomodo in senectute arpi nas Cicero. Idem quoq̃ de mortis contēptu & aliarū passionū scripsit in rufulanis: Morales virtutes quomō amplectende sint & hi quos modo retuli autores: & post eos macrobius facūde tradiderunt. Vis agriculturam cognoscere: Virgilius georgicorū te admonebit. Vis orbis sitū mēris oātus plustrari & diuersarū prouinciarū situs ac mores intueri. & qđ queq̃ regio ferat & quid queq̃ recuset: assit Plinius de naturali historia: assit Petrolomenis: Solinus: isidorus hispaleñ. Vis celi sydera & planeraz cursus & grandinis & pluiarū & fulminis causas scire: ad Aristotelē redito: Senecam Virgilium. Vis regum mores & fastidia principantiū p̃scrurari fm̃ Senecam in tragediis legito. Vis plebeos homines & milites gloriosos & leonū infidias & seruorū deceptiones vt euitare illas possis intelligere. Plautus tibi & Terentiū assumito. Vis quomō fulminanda sint vicia edoceri Oratius Iuuenalis & Persius in prompta sint. Vis pastorum cōsuetudinē cernere Bucolicon Virgiliū habeto. Vis fabulas gētium & fastos & tristium miseras & amātiū ep̃stolas & amoris remedia nosse: Naso te versibus erudiet. nec Stacius thebaidos ṽl archibaidos inutilis erit. sententiis grauib⁹ vbiq̃ refertus. Post hoc ṽo vt has p̃fectior

& cum derelictis cogites: tum de salute anie Hieronimi libros euoluas
Augustini. Ambrosii. Gregorii. Lactantii. Cipriani. Leonis. Scripturā sa-
crā ip̄s domi habebis: & nūc vetus nūc nouū intueberis. testamentū. Hec q̄
nūc scribo: si q̄s doctus extra italiā legeret me maxie argueret q̄ inter au-
tores legēdos nō numerauerim Hugonē de sctō victore: aut Alexandrū
de ales vi magnū albertū vel Petrū blesensem & Nicolaū de lyra & Ala-
num. et hāc nouarū turbā. Sed tu caue ne istos audias. Nā eti docti sunt
docere tū alios nequnt. Ego tibi id suadeo q̄ p̄ me rectū puto: nec som-
nio. Sed viros toti⁹ italie pitissimos in hāc suam habeo cōcurrētes. Cre-
de mihi nihil discendū ē q̄ de discere oporteat: s̄ illis in autorib⁹ te exer-
ce qui sunt pbatores. Suscipe nāq̄ ip̄s optima debem⁹ ad imitandū. Tu
ergo hos sequis hos audies hosq̄ leges q̄s tibi p̄nominaui. Si vis & mul-
tarum rerum sci⁹ & princeps toto in orbe secularis & mirā dus haberi.
Intervenientū tamē non suadeo vt cōiunctus hominū fugias. Nec te so-
litarium esse volo: nisi cum meditari aliquid volueris & in secessum mē-
tis progredi ad aliq̄d tempus: imo suadeo vt sis affabilis vt cōis omib⁹
vt te videndū pbeas. vt nūc hos nūc illos alloquaris: vt consilia ingredia-
ris vt cōciones adeas: vt populo te exhibeas & p̄ te loquaris. Scio nāq̄
frugi esse que homines litteris didicerunt experimento cōprobari. Nec
ego hos homines laudo qui sic se litteris dedunt vt res ceteras paruifaciāt
qualem fuisse democritū diogenēq̄ constat: qui sibi dum daxat vixerunt
illi sunt omī laude & preconio digni qui & reipublice seruiērūt & literarū
studia non amiserunt. vt & Platō & Aristotelē & Demostenē & Iuliū
& Ciceronē & Plinium & Macenatē et Augustinū fecisse comperimus.
Hi nāq̄ quod ex his hauserant in administranda republica exercebant.
Idem & tu facies si vir & princeps optimus eē volueris: his suū tēpus
& suū reipublice dabis. Nunc iudiciū facies nunc tenebis consiliū nūc
arma tractabis. nunc rem familiarem respicies: & in his omib⁹ quid tū
valeant experieris & oīū utilitatē cum negocii cōmodo cōiunges: mirā
oib⁹ de te spem facies & vel solus vel cū paucis orbe toto mirā dus ha-
beberis princeps. Nec tam splēdor forme tue qui ē egregius: nec vestes
auree aut ornatus crinū & equorū pompa tantū te bonetabit q̄ntū ipsa
rum decor litterarū & virtutum fama. Quorum facies si videri possit (vt
Aristoteles inquit) pulcrīor est q̄ Lucifer aut Hesper⁹: ad bea autē sicuti
mibi videt iam tu apte incēsus es. Cum em̄ subditi tui nup ex atthesi ve-
nientes maiestati regie supplicarūt vt te ad regendam puinciā mitteret.
Non sum dixi adhuc adeo matur⁹ vt gubernare patriā possim. Digna
vox que tuo progrediē ex ore & quā omnis laudatura sit etas. Couenit
em̄ quid ferre recusent & quid valeant humeri quēlibet meditari cui ali-
quid est gerendum: quia cui leta potenter erit res sic demum recte se ha-
bebit. Nam quod bias ait. Magistratus virum ostendit. Nos rectissi-
me de principatu dicemus. In quo qui moderationem seruat diis est q̄

hominibus similior. Nec enim arduum est in paupertate seruare continentiam
sed ut Marcialis ait. difficile est opibus non tradere mores. Magna peccati
facultas sequitur principatum: adest irritamentum gula: copia vini & que-
sitorum undique cibationum & laute gloria mense: ut verbis utamur Lucani.
Sunt mulieres formosae quae tum oculis tum verbis tum osculis tum am-
plexibus adulescentulorum mentes & oculos fastinant. assunt corruptores
adulatores ioculatores bistriones qui arcem adolescentie undique nituntur
expugnare. Ille auaritia cultor venalem iusticiam facit. Suscipe inquit hoc
& commendatum habe. Qui dat pliberalis est homo & habet multum quod
det: alius ad iram prouocat in te inquit peccauit: suscipe gladium vindica sce-
lus. Tu princeps iniuriam feres quam nec priuatus impunitam relinque-
ret. Mulier alius inquit formosa te amat & amore tuo moritur cur non
compateris & misereris adolescentule & gaudes cum ea. Eamus venati
ait vir robustus quid torpes ceruorum greges & aprorum clausi sunt. Spe-
ctaculum tibi pulcrum prebebo. Veni mitte hos senes respublicas tueri.
Tu letus esto dum tempus fert. At hi quibus in palatio viuendi est causa.
quid stas inquit princeps: iam epulae allatae sunt & frigescent: veni dum
accipenser calidus est & antequam fumare lepus desinat. Squilla est optima
& aper & poletus in mensa. quid stas & voluptatis tantum amittis. Multi
vicia suadent pauci virtutes. Quid faciat adolescens: cuius etas parum
se roboris habet & cuius animus a natura procliuus est in libidines. Vix
grandem homines resistere tot blanditiis potuerint ne dicam adolescen-
tes. Sed aiunt aliqui. Consilium habebit princeps: maiores natu astabunt:
quid sit agendum. Primo res patrie censebunt: scitum est: sed omnes qui
principem coronant facere illum amicum student & non quae sunt apta sed
quae iocunda putant in consilio dicunt & nititur per se quisque ut carior sit. nec
est qui libera proferat animi verba. Et quis pars bene consulat: liberum est
adolescenti quos vult sequi. Et quia inexptus est: parum pensi habet: non
quod expediat sed quod libet plerumque amplectitur. Et quippe quod admodum
mea fert opinio. Aut maturum esse principem oportet & suo consilio fretum.
Aut adeo rudem ut in modum trunci nihil per se disponat. sed quod maior pars
suadet executioni mandet. Nam qui aliquid scit minus tamen quam satis est: pe-
riculosus est rei publice & imperia sepe subuertit. cum non ad rationem sed
ad libidinem regat. Hinc est quod in libris regum puellum octo annorum
bene rexisse comperimus siue his septem annorum fuit ioas filius ochozie.
Non enim is rexit: sed eius satrape regnum administrarunt. Est autem principatus
irritamentum quoddam vitiorum: & admodum pauci reperiuntur qui non abierint.
Cum frenis omnibus sunt soluta Saulisque Sedechiam nouem & triginta reges
in iuda & israel fuerunt. inter quos solum octo boni connumerantur. reliqui
ignari: imperiti: indocti: impotentes: auari: superbi: iracundi: crudelis: libi-
dinosi: adulatorum & stulticie serui. qui ambitione nescio qua effrenata:
tamen ad pestem mortaliu nati idolis seruientes. bellis semper indulserunt:

paradisiq; oci hostes fuerunt. Et hi tamē in populo dei regnabāt: & boni
 pleriq; p̄ seruos dñi p̄phetas fuerūt vncti. Nec salamon quīs sciam & sa-
 pientiam a deo fuisset assecutus p̄seuerare potuit. sed ad amauit mulieres
 alienigenas. & his copulatus est ardētissimō amore. Fuerūtq; ei vxores
 quasi regine septuaginte & cōcubine trecente: & auerterūt mulieres cor-
 dies vt sequerēt deos alienos. Nec dauid quīs esset electus a deo vicis
 caruit: siquidē & homicidiū simul & adulteriū p̄petrauit: qđ non fecisset
 dum pastor erat: sed eum licētia regni puocauit. Quid aliud faciat cui mi-
 nus sit roboris: quid iuuenis quid adolescens an est aliquis qui annis ce-
 neris dñum cēseat cōmittendu: cum sepe robustior etas sub illo deficiat.
 Prudēter tu quidē qui patrueli & sanguini tuo potius q̄ aliis credidisti:
 nec dñatum prius suscipere q̄ peritiā voluisti. Aliq; fortasse aliter fecisset
 qui opinione inflatus sui: quid ad me dixisset obediētia ista: ego iam liber
 esse volo: iam scio bonum & malū: quid melius est q̄ impare dicā illi fac
 & faciet. Iam vt euolem tēpus est. Sic dedali filius vt est in fabulis. Nāq;
 cum pater alarū remigiū sibi & filio cera & pice coaptasset vt laborinib;
 carcerem fugeret: siquidū petiit aerā & seque me inquit icare: nec a me
 quocūq; recedas. Paruit ille tamdiu quo ad timor artis mansit ignote. vbi
 vō iam se volandi scdm putauit. ne se amplius rectore credidit indigere:
 iussu patris egressus: p̄cussis ampli⁹ alis vagari cepit & modo huc mō
 illic discurrens: ac cōtinuo altius euolans: regionē igniferam attigit vbi
 dissolutis alarū cōpaginibus & omni penna solis ardore pusta ruinā fecit
 & nudus in mari cecidit: qđ adhuc eius ex nomine vocat̄ icariū. Prose-
 iterum fabulas. Pheton filius p̄bebi patrē rogauit sibi vt quā peteret rē
 concederet. Iurauit p̄ stigem pater nihil se negaturū. Filius currū solis si-
 bi regendū cōmitti postulauit: penituit p̄bebum p̄missi: scientē tantū regi-
 minis impotentē natum: sed quia iurarat negare non potuit. (Quis Cice-
 ro in officiis hoc iuramentū potius rescindendū putasset.) Ascendit cur-
 rum pheton. gloriabū dusq; fora recepit tumq; & se regē & deo similē ar-
 biratus est: vbi vō ad mediū celi est ventū cum solis equos inbibere nō
 posset: illicq; vagarent & mundū omnē ignibus conflagraret iouis fulmi-
 ne ictus est & in heridanū p̄cipitatus. Hicce figmētis admonēt quēlibet
 poete: vt anteq; presit & dominet: vires suas regide mentiat̄ ne sub pon-
 dere ruat: qm̄ onus est non voluptas aliis imperare. Si modo id volum⁹
 cum rōne efficere & cum finem regere p̄pter quē reges sunt instituti. Le-
 ges romane que ab atheniensib; & spartanis quas tradiderūt liburgius
 & solon sunt orte pueros vsq; in annum quartūdecimū sub tutela eē vo-
 luerunt. Post hanc etatē in annū. xxiiii. curatores adolefcētibus dabant.
 Nam ante hoc eū infirmā censebant etatē. Eam ob causam cu; duo sci-
 piones a carthaginēsis in hispania fuerūt occisi: & banibal armis italiā
 premeret: iterū secum exercitū in hispaniā patrē & patrū vlturū. Scipio
 africanus maior repromittēs diu p̄ senatum reiectus est q̄ quartū & vi-

gesimū dumtaxat annū eēt natus. Tandem cum esset alius nemo qui se
diceret pfecturum puinciam: necessitate magisq̃ voluntate senatus obui
nuit. Carthaginenses eorum impatore defuncto amilcare imperiū filio q̃
iuuenes erat cōmittere recusarunt. Nec Hanibal prius dux penorū crea
tus est q̃ anno eēt occisus qui patri successerat: Rex numidie massinissa fi
lios suos moriēs quia iuuenes erant romano populo & presertim corne
lie familie cōmendauit. Quid tibi gentiliū gesta cōmemoro. Prohibēt sa
cri cañones ante. xxiii. annū fieri quenq̃ presbyterū aut pontificē añ tri
gesimum. Referamus aliquid ex veteri testamēto. Nam & ibi quoq̃ cō
silia iuuenū ad regimen patrie immatura vident. Mortuo salomone qui
sup. duodecim tribus regnabat: venit filius ei⁹ roboam in sicbem vbi cō
gregatus erat om̃is israel ad cōstituendū eum regem. Et dixit multitudo
pater tuus durissimū iugum imposuit nobis. Tu itaq̃ nunc iminue pau
lulum de imperio patris tui & de iugo durissimo & seruiemus tibi. Qui
ait ite ad terciū diem & reuertimini ad me. Cūq̃ abiisset populus inuit
consilium rex cum senioribus qui responderunt. Si obedieris hodie po
pulo huic: & petitioni eorū cesseris: locutusq̃ fueris ad eos lenia erunt ti
bi serui cunctis diebus. At ille reliquit consiliū senum & adhibuit adole
scentes qui nutriti fuerunt cum eo: qui dixerunt ei. Sic loqueris populo
huic. minimus digitus meus grossior est dorso patris mei: & nunc pater
meus posuit sup. vos iugum: ego autē addā sup. iugum vestrū: pater meus
cecidit vos flagellis: ego autē cedam vos scorpionibus. Fecitq̃ sic & irrita
to populo recesserunt ab eo decem tribus: qui constituerunt sibi regem
Jerobaā filium nabatb. Scissusq̃ ē israel impetum quia inextus rex cō
silia iuuenū recepit. Melius fuerat illum iuuenē infancē fuisse. Nam tunc
ochozias filius ioraz duos & viginti natus annos regnū accepit in israel
& afflixit populū domini & fecit qđ malum erat coram deo. Nec aliter se
habuit acbaꝝ filius ioatban qui viginti annorū erat cum regnare cepit in
iuda. Nemo peior q̃ manasses inter reges fuit qui. xii. etatis anno susce
pit imperiū. Similis ei fili⁹ amon fuit qui regnū. xxii. etatis anno inchoa
uit & a seruis suis ppter scelera quib⁹ implicatus erat occisus fuit. Quid
ioachīm referam & duos ioachīm patrē & filium. aut sedechiam nomine
qui p dita bicrofolyma captus a caldeis prius ante se natos suos occidivi
dit: postea priuatus est oculis. Hi om̃s infra. iiii. &. xx. annū regnare cepe
runt: & qm̃ inexti erant. malum coram deo gerētes: & se & luos popu
los pessundarūt. Quorū stulticie cōtraria est adolescēcia tua. q̃ licet q̃ntus
in hac etate pōt esse multū prudentie sortita sit. spemq̃ maximā de tua sa
pientia prebeat: non tñ prius ad regendā puinciam mitti voluit q̃ & ro
bur etatis & rerum assequeret experiētiā. Sciebas nāq̃ tuapte ingenio
qm̃ non rectui us sed regendus ires. quod sub patre tuo cesare nostro
sapiētissimo potius q̃ sub aliis tolerare voluisti: vt interim dum etas cre
scit regiam maiestātē secutus interis consilijs: iudicia noscas: res arduas

videas: viros sapientes audias: diutius fias rerū experiētia doctior. At cū
his seruandum est quod supra dixi vt temporis aliquod spacium conce
das litteris: que reliquas virtutes tuas condiant & illustrent: quibus si
fueris vt te spero futurum rite imbutus: cum ad regendū venies non par
aliis sed omnium principum eris soculum: teq; vicini omnes suarum licitū
moderatorē & arbitrum facient. Et quēadmodum ad videntiam sapientiā
Salomonis regina faba & alii orientales cōcurrerunt sic te totus occidēs
venerabit & septentrio: & ad famam tue prudentie infiniti visuri te ve
nient. Eris em̄ quasi iofias alius filius amon. populū tuū recte guber
nans nec ad dexterā neq; ad sinistram dedinans. Age igit. princeps opti
me & adolescens clarissime dum tempus babes incumbere litteris: edifice
sapientiā & studio te prebe. Nec sit tibi cure si res aliquę in atthesi sunt
innouate: illas enim patruelis tuus componet & pro sua eximia tum sa
pientiā tum bonitate pacabit: teq; cum tempus aderit & domino & vir
tutibus actum remittet in patriā. Interea regimen recte illi cōmissum est:
quia indiget atthesi regio fauore ppter finitimos plures qui tuis inbiāt
terris & apertis faucibus expectāt quomodo tuum possint patrimoniū
denotare. nec aliud verent̄ q̄ nomen regium imperialemq; dignitatem.
Et licet nonnulli aliqua inpresentiā temptent: melius tamē regio q̄ du
cali nomine compescēt: qui si tu regeres adolescentiam contemnentes
tuam acerbius affligerent terram. Sed mitto bec quia tu te scisti quid eēt
agendum & te regi commēdasti. Meum est te hortari vt litterarum quā
ta sit utilitas quantūq; fructus nosceris. Non nihil borarū studio tribuas
quod iam tibi satis arbitror psuasum. Non eloquentia mea que nulla est
sed bonitate tua qui ab ipsa natura sitire videris amorem scientie. Sed fa
cio iam finem. quia rumor vociferatio & strepitus in quo sum non fert vt
plura dicam. Venio enim inter damores qui tumperent somnum druso
vitulisq; marinis. Vnicum est toti cancellarie receptaculum. Complures
sumus vnīs in edibus commensantes & combibentes. Nec formice tam
presse in suis antris q̄ nos vna in auleola degimus. Apes distinge cellu
lis in aluearibus delitescūt: nos vno in condani velut oues in septicis alter
alterum premim⁹. nec spucere quilibet potest nisi alterius cōmaculet vestē.
Tantumq; inter nos seruamus silentium vt picas in nemoribus vel cor
nices aut in paludibus ranas audire censeas te. Miror mei qui tantū ex
primere tibi potuerim. Sed hoc forsitan nimis est tibi. qui iā litteras qua
si iugum aliquod abieciisti & nunc magis vocandus es ad studium q̄ tra
hendus. Illud mihi molestum est q̄ ad te scribens inter vexationes plu
rimas perpolire nō potui quod te legere speraui. At tu veniam dabis &
loco & ingenio meo. quod tam babes est vt nedum in tumultu sed vix
in quiete ornare queat quod scribit. Vale iam tādē & me quantū cesar
permittit tuum habeto. Ex grez.

Neas filius poeta Nicolao vuartenburgensi. S. p. d. Querebaris
 e mecum nocte pterita q̄ amorī operā dares: ne delibutū ac vincu-
 tum animū soluere posses. Dixisti te ne virginē nec nuptā nec vi-
 duam amare: sed mulierē quīs pulchram meretricē tñ quibullibet viris
 precii causa sese substernentē. Id tibi molestū eē aiebas libenterq̄ amorē
 hunc velle te postergare: sed viam modūq̄ nescire quo fieri liber & amo-
 re vacuus posses. Nam etsi plures sacerdotes cōsuleris. neminē tñ reme-
 dia q̄ tibi viderent efficacīa ptulisse dicebas. Rogasti igit̄ me magnisq̄ p-
 cibus efflagitasti egritudinē tue vt aliquā efferrē medelam ac iter ostēde-
 rem tibi quo posses ardentis amoris flāmas effugere. Parebo desiderio
 tuo. Salubria prebebo tibi remedia si ea amplecti volueris. Nec verebor
 medici culpam mibi ascribi: si tu obediētis egroti psonam susceperis: quīs
 arbitror quos cōsuluisti sacerdotes satis tibi fecisse si pcepta tenuisses que
 illi dederunt. Sed tibi visa fuerūt fortasse grauiā. Nam cum dicerent fuge
 illam: nihil sibi loquaris: nihil de illa audias: durum verbū visum est. Ac
 febricitās quoq̄ inuitus audit frigida pocula sibi negari. Si tñ sanari vult
 qd̄ medicus mandat diligēter obseruabit. Tu ḡ mi Nicolae si vis amorē
 euadere liberq̄ fieri: prepara te vt que precipia facias. Noscito egrotū te
 fore maximāq̄ ifirmitate detentū: & ppter sanitatē dura & aspera eē plu-
 ra subeunda. Nempe egrotus est mi Nicolae omīs em̄ qui amat. Ac ne-
 dum egrotus sed seruitute etiā captus atq̄ insanus & amens. De amore
 inquā illicito. Nam deū colere & amare parentes vxorem & liberos vir-
 tutis est non viciū: sanitatisq̄ non egritudinis. Ac tu amorē illicitū seq̄ris.
 Quid tu esse amorē illicitū de quo iam loquimur credis. Veteres puta-
 runt illum ex venere vulcanoq̄ natum puerū cecū alarum sagittā in mani-
 bus habentē. quibus viros ac mulieres feriens ardorē dilectionis insun-
 deret. Apud virgiliū legimus. Nunc scio quid sit amor duris in cantib⁹
 illum ifinatus aut rodope aut extremi garamātes nec generis nostri puē-
 rum: nec sanguinis edunt. Sed error hic mortalis populis fuit: qui verita-
 tem attingere nō potuit amor. vt in tragediis inquit seneca. Nihil aliud
 est nisi vis quedā magna mentis: blandusq̄ animi calor inuenta gignit
 luxu ocio & inter leta fortune bona nutrit. Hic mentē hominis eripit: iu-
 diciū omē puertit: sensum ebetat: animū extinguit. Nāq̄ cum mulierē
 diligis non in te sed in illa viuīs. Quid igit̄ peius est q̄ viuētē non vin-
 cere q̄ sensum habentē non sentire: q̄ oculis predictū non videre. Equidē
 qui amat in aliū mutat virū: nec loquit̄ nec facit que ante solebat. Hinc
 pmeno apud Therenitiū. Dii boni quid hoc morbi est adcon homines
 mutarier ex amore non cognoscas eundē eē. Putat Comicus morbū eē
 amorem: nec male putat: nam & apud Macrobiū: luxuriā que vel mater
 amoris est. vel filia deterrimi morbi partē Yporas eē dicit. Hic morbus
 plerūq̄ iuuenes aggredit̄: sed viros quoq̄ senesq̄ vexat. tantoq̄ perī-

nostri cura q̄ nobis a gadibus Herculis vsq; aurorā & gangen quid si-
bi sit vtile nouit nemo, nisi qui voluntatē suam dei voluntati submittit.
Ne cupiamus obsecro plurima mentem sanam distaxat optemus in cor-
pore sano. Forsitan & hoc ambitiosum est quod de corpe diximus. Naz
& filiola beati Petri in egritudine sedentē legimus: quoniam sanitati men-
tis aduersa erat corporis sanitas. Fac mi Caspar quod tuū ē de filiis enu-
tri eos & bonis imbue moribus, cetera deo committe. In omnibus q̄ agi-
mus queq; optamus nullum est consilium sanius q̄ dei ordinatōi bene-
placitoq; quiescere. Is filiorum loco nos habet: & vt filios compit atq;
castigat. Ille inuisus ē deo qui delicate atq; delidiose sinitur viuere. quia
nō putat hunc deus sua correctione dignū: veniet eius dies exactisq; vo-
luptatibus perpetuo cruciandus apud inferos sepelietur. Qui vero in an-
xietate viuūt in terris: & nunc hac nunc illac decoquūtur aduersitate: per-
patientiam sanamq; tolerantiam celum acquirūt. vbi cum angelis cūq;
ipso deo felices euo fruuntur sempiterno. Tu ergo mi Caspar in tot tan-
tisq; rebus aduersis. In iactura fortunarum in honoris damno: in lesione
corporis: inq; morte coniugis vt boni consulas rōgo. Naz & ego in bo-
nam recipio partem tuarū: particeps miseriarum q̄ in me belli impetum
labi video quo muletatus sum agro & omī priuādu ere. Idq; nec baete-
ous potui nec modo possum vitare. At sic tibi & mibi superintendere di-
uinam censeo pietatem nostre salutis cupidam & vires nostras in aduer-
sitate probantem. Hec habui modo que repente ad te consolatorie scri-
berem. Cetera ex teipso collige: qui vt es sapiētissimus: sic humanos fer-
re casus sapientissime nosti. Vale optime. Ex pisino hūstrie oppidō Idib⁹
septembris. M. ccccxlviii.

Poesim laudat & iuris sciētie prefert.

EPISTOLA CXI

Neas filius poeta domino Vuilbelmo de lapide militi lito &
c strēnuo. S. p. d. Venit ad me bodie tuus Michael meusq; imo nū
Et heus inquit Eneā: vir abhinc hora me aggressus est: q̄ se tantū
iuris peritiā iactat habere. vt nullius italici disputationem formidet: nec
Panormitano nec Ludouico romano si viueret palmam daret. Cinum:
Bartholum: Baldum: Iohannem andree: Imolensem: Butrium: Fulgo-
rium: omnesq; nouos legum interpretes post se facit. Et inter sceuolam
Vulpianum: Neruam: Pompeium: Paulum: Seruiumq; se locat: Mul-
torum verborum est. Sed quantum salis habeat non scio. Qui cum
sequuntur audire magis q̄ loqui possunt. Horis plus quattuor secum
sui: nūq̄ mibi vacuum tempus prebuit quo aliquid dicerem. Cica-
da est que vt tacta fuerit semel: nūq̄ silet. Scis qualem cicadam: non
vt in regnis sunt que iussu Herculis tacent: Sed vt locrenses sunt: que
vltra ceteras strepunt. Is poeticam contemnit: ne ti dii musas ei om-
nes infunderent gratias ageret: quia preter iuscuile nulla scientia est
nulla doctrina: omnes artes mancas preter legum peritiā predicat.

1689
1448

205

Poeticam vero prorsus inutile esse cōcedit: que nec panē lucratur nec vestitum. Solus Iustinianus & Ypocrates marsupiiū implent. Ieiunus cantat. Lucanus mortis & satur est cū dicit Oratius destomachatus sum. dū hec audio viulbelme militū decus nec me cōprimere possum qn sequendum sit agnoscat: edite leges sunt & ante hoim oculos posite tanq̃ cāceli quidam vltra q̃ trāsgredi nullus audeat. Legibus tñ nemo pfectus fiet nisi philozopbie studiis incubuerit: quia nō pnt omnē casum complecti leges. Ideo princeps moderator est legis epichaiamq̃ h; vt durā molliciet: laxam vero sanctionem restringet. Qd̃ nunq̃ recte princeps ageret nisi magistrā vite expultrice vicioꝝ secutus fuerit philozopbia. Sed hic noster monarcha vel bipes asellus potius inflatus opinione sui ciuile scientiam oibus p̃fert: matrē filie postponit & fluminibus mare. Is ē ex illis cecis et obtusis hoibus qui postq̃ leges quartuor aut decē memorie cōmendarūt. iam nō amplius hoies sed deos se putāt. legesq̃ diuina cēsent oracula que vel Appollo vel Appolline maior deus ipse p̃ Moysen tradiderit. aut qualia sunt xpi respõsa que nos enāgelia nūcupam⁹. Ac p̃terea si quid egisse cesarē audiūt quod iuri scripto cōtrariet̃ id irritū gariunt nulliusq̃ eē momēti. quasi obnoxius sit princeps terminis curie & stilū seruare ligatusq̃ legibus sit: qd̃ nec ipse leges volūt: que legis vigorem dicūt bre quicquid principi placuit. Sed nesciūt hi stulti atq̃ dementes equitatē plus in principe locū habere q̃ rigore. Qz si non iuri scripto cesar nō vnq̃ obtemperat satis est q̃a sequit̃ equitatē apud philozopbos late descriptā. quā nulli iuriste discernere possunt nisi ad fontē veniāt vbi leges scaturiūt: imitēturq̃ peritissimo s illis iuriscōsultos: quosq̃ scripta & philozopbiā & oratoriā redolēt. Sed nō panis questores & auri corrofores vix intelligūt ornatū iuriscōsultoꝝ sermonē: neq̃ quid illi velent quouis pacto scirēt nisi cōmentatores sniam textuū exponerēt hoc dicit ista lex hoc illa. quos isti sequūt vt ceci ductorē suum. Dicerē plura in banc partē sed vocat me defensio poetis. quā nō rabulus nō desiderat. Credo equidē: nam nec sues margaritas curant. Gallus elopi iaspide cōtempnit: elcāq̃ magis q̃ iacinctū inuenire voluisset. Cōtemnis asine poetis: spernis musas bos: fugis humanitatis studia caper. Cōtemnit & poetis: nec te choros suos intrare p̃mittet. In oibus ad sis fatuus: miror in hoc vno te eē sapientē: qui cū videas obferatā tibi atq̃ abditā poetis: nolle te suū cōmerciū dicis sapere hoc est. Nūc teipm philozopbū video: quia nō cupis qd̃ nō potes bre. Stultū ē desiderare qd̃ assequi nequeas. Tu tñ vltra p̃gredieris scientiarūq̃ oim splendorē vocas ineptias: Vidit pendētes aselli testiculos vulpecula & prope casuros credidit: secuta est predā sperans: at postq̃ diu frustrata est. quia nō cadebāt testes: o q̃: ingratū nigrī sunt: nunq̃ illos eē potuissē. Nigra est tibi poetis stulte: quia candore eius obnubilat̃ oculis nō vides. Nō sapit egroto vinū: quia leuis est gustus. Nō est de panē lucrādo dicis. Tibi nunq̃ panē lucrari poetis

hi amica: Nempe aut queritur: aut plorat: aut minatur: aut tibi inanes re-
fert fabulas. Dicit quid cum vicina fecerit: quid somniauerit: quot oua
gallina peperit: quibus floribus fecta componatur. Omnis sermo mult-
eris de re vana leuig est. In quo qui oblectatur: & ipm leuem eē oportet
Narrat tibi nōnunq̃ & cū alio amatore & quo pacto iacuerit: quid do-
mi receperit: quā cenam habuerit: quibus voluptatibus fuerit vīa. Que
res non gaudiū tibi: sed cruciatū afferunt. Sed accipe que velis gaudia in
sermone amice: eris ne amens rationisq; inops vt nō magis in alicui? do-
cti viri verbis sermonibusq; leteris. Resume oīa simul que in amore sunt
gaudia: rursumq; tedia: multa ista: pauca illa reperies. Veramq; illius sen-
tentiam dices qui parū mellis in multo felle mersum inquit amorē esse.
Cum ergo Nicolae totus amor de quo loquimur vanus: asper: amarus
damnosusq; sit: & hominē morbo grauissimo teneat: curandū est vt ab
eo libereris. Cura aut ea est vt menti tue persuadeas malū esse amorem.
Post hec dedines amice sermonē: ociū fugias: in negotio semp̃ sis: vi-
ros bonos qui te instruant sequaris. Nulli ludio: nulli conuiuio inter sis.
Si quid largita est amica abs te abiicias. Nihil penes te sit quod illius fu-
erit: puta illam esse nunciam diaboli: qui te perdere velit. Sint in memo-
ria christi beneficia que tibi impendit. Cogita quot benefacienti premia
in celestibus sedibus: & quot malefacienti supplicia apud inferos prepa-
rata sunt. Cogita dies tuos assidue fieri breuiores. Instareq; semper viti-
um Cogita quia irrisui est qui amat & presertim vir tuo maturus. Co-
gita instabilem mulieris animum: cogita perditionem temporis: quo ni-
hil est preciosius. Cogita dissipationem bonorum. Cogita vitam quam
vuiumus breuissimam in hoc seculo: quīs voluptatibus sit dedita: & in
alio mundo quem inquirimus nullum esse finem. Hec si tecum sedulo
cogitaueris: preceptaq; ista tenueris: amorē quo cruciaris a te breuē tem-
pore relegabis: virumq; te prestabis deo gratum celoq; dignum. Vale.

Frisingensis episcopatus desponsatur Henrico schlick.

Neas filius poeta Reueren.

EPISTOLA CVII

e do patri domino Henrico schlick electo frisingenſi Salutem plu-
rimam dicit. Heri dum casus nescio quis in curiam me duxisset.
Iohannes nieperg litteras quasdam ducis bauarie Alberti. sibi & vual-
tbro zebinger destinatos produxit. Vuolfgangosq; nostro legendas
dedit. In his scriptum erat Iohannem cardinalem sancti Martini in epi-
scopum frisingensem: electum ac nte confirmatum fuisse nec aliud sibi ob-
re ad possessionem adipiscendam nisi regem & Casparem schlick quod
sibi tum iniustum: tum inhumanum videretur: cum ille ius haberet Ca-
spar nihil tituli posset ostēdere. Rogabantur ergo illi duo magnisq; pre-
ciis orabantur: vt cardinali essent auxilia. regemq; hac infamia libera-
rent quem totus orbis iniuriari & vim facere Iohanni cardinali cogno-
sceret. Cardinalem vero iam esse propositi reges vifere. Sed cum hi duo

quasi regii currus aurige forent rotas voluere deberet: & obuiare ne cardinalem oporteret venire in iurias questu. Hec ergo partim intellexi dum legerent. Nam aurigo aures cum frisingen. ecclesia audio nominari. Partim vero exposuit mihi vuolfgangus. Nihil illi ad hoc responderunt. Sed id bonum in parte sum interpretatus quoniam lectura commissa est nostro. Si quid enim male mentis illi habuissent non permisissent nos hoc scire. Nam qui nocere vult eos fugitat quod possunt obistere: bene vero licet cur scripte sint & cuius iussu tanto magis exultare potestis quam ego: quanto iudicium vestrum est ad concordiam quam meum sagacius. Mihi non est verisimile quod fuisse scriptum nisi ex hac curia commotio processisset. Oportuit namque prius sciri esse qui foret & apud regem audire & vestre partis defensores. Ac mira res ut eadem dies res contrarias tulit & nunc mesticiam nunc letitiam dederit. Verum est quod dici solet. Multa dies variusque labor mutabilis eui. Retulit in melius nemo diem laudet aut damnet nisi si adueniente sero. Hec mane contigerunt. Sero autem ad me venit tabellarius apud quem qui te queritis asferre litteras tue promissionis se dixit. Suscepimus eum omnes gaudia pleni. Et in cena nobiscum habuimus. Is quia non reperit te statuerat se viennam venturum laturumque litteras. Sed amonui sibi hanc mentem retinere: quod apud me litteras provisionis que sunt numero novem, duas clausas ad te remittito & missivas omnes que tum tibi tum cancellario dirigunt. Non visum est mihi tutum principales litteras maiori dimitti periculo. Scitis quia insidie sunt: & iam notum erat pluribus in hac curia hunc aduenisse nuntium. Satis est tibi has litteras in cancellaria fore. Nam & huc rediture essent cum petenda possessio sit. Littere plene sunt providenturque tibi per reservationem. Et date sunt omnes senis ex die tibi noto. Ego hoc mane id regi dicam non petes possessionem, quia nihil proficere & stultum est petere quod impetrari non potest. Scio hoc reservari in adventum cancellarii. Sed volo regem sciri nihil falsi per cancellarium sibi scriptum fuisse de litteris. Nunc mihi consultum videtur ut cancellario mox scribam: & ut hanc meam epistolam sibi destines ne quod ignoret ne vel alium in curiam mittat nuntium: & ut quam festinanter veniat puto possessionem huius posse. Ego litteras diligenter asseruabo. Non est forsitan absque usu certum nuntium illi rursus mittere: tu tamen fac ut libet. Et me si quid amplius acturum vis scribe quia prona est obedientia mea. Vale optime.

Somnium de fortuna.

EPISTOLA CVIII

Nicas filius poeta. S. p. d. domino procopio de rabenstein militi et litterato & prestanti. Noctu preterita prius quam me quieti committerem: multa tecum de te locutus sum. Mirabar tuis virtutibus non dari locum convenientem: quia licet acceptus sis cesari: non tamen ut par esset offerri te video. Nam quam reluceat in te nobilitas & probitas non video cur inter primos ponere non debeas. Accusavi ergo fortunam quod tui honoris tum divitiarum creditur dispensatrix. pluraque tecum stomachabar dixi ut quod viros premeret bonos: extolleret malos: nec finem feci donec aliter me somnus oppressit. Inter dormiendum vero mira per quietem sum contemplantus: quod tibi nunc referre decreui.

Tu arripe aures resq; tum miras tum stupendas agnosce. Iam noctis de
 curso spacio syderibus dubiis postq; pigri boete frigida sarrata circuege
 rant visionē hanc habui. In locos letos & amena vireta deueni. gramine
 us cāpus in medio fortunati nemoris erat riuo cinctus & muro due illic
 porte: altera cornea: altera candidē nitens elephante. Muri altissimi ex a
 damante cōstructi. Riuus immēse profunditatis. Nulli accessus ad por
 tas nisi p pontes: qui tñ catbenis eleuati pauci adueniētibus dimittebāt
 In ripis e regione portarū existentibus: ingens viroꝝ & feminaꝝ turba
 conledebāt: tendētesq; manus orabāt transmitti. Territus hac nouitate:
 dū hac & illac circūcurso. Plures mibi obuti dant quorū facies agnosce
 bam. nescio tamē quare factū sic vt nemo mibi sermonis copiam laceret.
 Veni ad corneā portā: in cuius summo hec verba his antiquis inscripta
 conspexi. paucos admitto. seruo pauciores. Auidus nosse quid foret in
 terius. Iuuenē qui supra turrim erat magnis precibus obsecraui (incas
 sum tamen) mibi vt fores pāderet. Tum forte adolescens venit magna
 comitante catberua. Cognosco habitum ex reni partibus erat. Quisnam
 hic est inquam accedit me vir togatus credo me italū nouit italus: & Lu
 douicus est hic ait dux bauarie. princeps elector qui trans illū murū nos
 ducet: at ego mi vir impetra & mibi transitū: si quid iuris habet cōmūis
 inter nos patria. Faciam inquit ille: vixq; locuti eramus cum pōtib; di
 missis Ludouicus ingressus est & vna secum q̄plures alii quos ianitor
 nominatim appellauit. Ego vt explorator sub pallio principis qui Ludo
 uico habebat et vnus ex brandenburgen. marchionibus vilus est latitās
 intraui. Illic florīda prata riuū cum lacte tum vīno currentes: frigidī fon
 tes: lacus piscibus pleni: balnea suauissima: densū luci: vineta semper vuis
 onusta: arbores perpetui autumnī: quales ortus Hesperidū vel Pbeates
 habuisse credunt. Poma quoꝝ solo pastaris odore p siluas: fere māfuite
 captu faciles. Volucres & cūi & cāui nate. vnicus est apud ethiopes lo
 cus eliotrapeza nūcupatus: opiparis epulis semp refertus quibus indi
 scretim omnes vescuntur. apud quem lacus tenuis laticis haustu saluber
 rim⁹. Hic plurima sunt huiusmodi loca. mense sub arboribus parate gem
 matis vasculis paterisq; aureis onerate. Nullum valernum comparari vi
 no potest quod ex vīno saxo illic manat. Mella passim fluunt: arundine
 ta succaro plena. Omne genus aromātū ex arbore cadat. Auri & argen
 ti inexhauste minere. Lapilli preciosi tanq̄ cerusa in nemoribus pendent
 venuste puellę: elegantēq; iuuenes perpetuas ducunt corceas. quicquid
 musicum est illic resonat. Non tam voluptuosam suis sequacibus paradi
 sū machometus repromisit. q̄ hic vidisses. Dispensatores buc & illuc dis
 currebant bachus: ceres & venus. Silva mīrthea concubitus admittebat
 Iam ego ex palio prodieram cupidusq; videndi p medias letantium tur
 bas ibam securus. Tum Vegius poeta landensis me aggreditur. Et o in
 quit Enea quo buc pacto venisti. amplexus amicū exposui cāsum. Tum

ille voluissē te vocatū fuisse. Nam hic prēter iussū here nemo manere potest. Illa si te viderit mox iubebit expelli. Tum ego que nam est hec domina cuius expectatur vocatio. Hera fortuna respondit Vegius: cuius mūere oēs qui sumus hic feliciter viuimus illi totus obedit orbis quicquid hec iussit factū est. Tum ego ergo tu ex felicibus vnus es qui solebas esse q̄miser. Sum inquit Vegius: dilexit me tandē hec domina. sum miq̄ pontificis mibi grām conciliauit canonicūq̄ basilice sancti Petri fecit. Ha inquā ego iam incipiam colere tuam dominā si quos bonos euebit. Ego sepe ea inuectus sum q̄ malis bonā et malā bonis eā videbam. Scis q̄ bonus fuerit Socrates nūq̄ illi arripit. Platonē q̄ fuit philozopborum maximus in seruitutē redegit. Pittagoram semp vagari cōpulit. Ciceronē q̄uis ex rethore cōsulem fecerit: in manus tamē postmodū inimicorū dedit & Anthoni gladius interemit. Scipionē in exiliū misit. Fabricium in catino terreo seu ligneo comedere fecit. Primū cathonē paupertate grauauit: sibi vt manus cōsciret alterū iussit. Aspice viuentes. Quid Iuliano cardinali sancti angeli tot virtutib⁹ ornato repensū vides: quid Iobāni sancti Petri: Iobāni sc̄i Calixti: ac Iobāni taretino eiusdē ordinis viris: Quid ē his qd vel probitati vel scientie corospōdeat. Quis dicere pōt Casparē cancellariū q̄uis ducē sibi coniugem copularit. dignas laborū retributiones tulisse qui iam trium cesarum cācellarius fuit: vultetus de lapide miles insignit⁹: nō minus harū q̄ armorū sci⁹ qui mundū virtutis agnoscēde cupidus pagrauit: qd suis meritis dignū est allecur⁹. Campisius noster phia plenus. qui sedis aplice seruitutis etatē suā cōsecrauit pauperior Codro est. Vnicus miles ē aut si comites habet vix q̄tuor sunt. Procopius bobemus i curia cesaris qui licet lras amet colatq̄ indocti tñ atq̄ bebetes sibi preferunt. Nolo referre quos asinos viderim extalatos sup cedros libani: q̄ etiā bodie florēt boies sine lris: elingues sine sensu: vix manus dextra quot habeat digitos norūt. Securius est mortuos q̄ viuētes carpe. Quid deterius aut horribilius monstrū Nerone fuit: Quid Tyberio sceleratius: his tñ impia q̄ Vespasiano & Tito piis cesaribus diuturniora fuerūt. Quid Domiciano turpius: bestia tñ illā mūdi ceruicib⁹ imminētē plurib⁹ annis ptulit orbis. Iouinianū ga religio: sus clemensq̄ fuit oppressum fumo carbonū mox amissit. Quot Crispin⁹ villas crexit monstrū a viciis nulla virtute redēptū. Spado claudii Neronis popbides tot diuitias possedit vt edes suas ornatiores & ampliores capitolio cōstrueret. Fabrinus cremonen. vii. dños suos interemit qbus in fetida sepultis doaca dñatum suscepit. Nō possū viuētē aliquē nō t̄gere patrē Philippi ducis q̄ nūc burgundiā tenet: in pñtia regis trācie prepositus parisiē. securi percussit. Is nūc in puincia quietissimā b̄ vitam: pinguib⁹ agris donatus. Hic tñ & homicidiū fecit & publicā fidem fregit. q̄ miser ille secur⁹ fuerat. Hec mibi bilē sepius cōmouerūt. At postq̄ te virū probū et doctū iā fortune blādūmētis video delinūtū: nō mitior

illi: putoq; te nō solū ex bonoꝝ numero gratū esse huic matronæ: sed duc
me oro vt illā intuear. Ita est inquit Vegius plures boni sunt in hoc cō-
uentu cūis mibi non arrogo quod tu nomen das. Scio me peccati reū
esse: indignūq; gradu meo: sed ita placitū est tum fortune tum meo pon-
tifici: atq; vt agnoscas bonos quoq; huic domine gratos esse. Audi me
parumper nolo Constantino magno nerue troiano duobusq; theodosi-
is ipi quoq; primo augusto quanta felicitas arriserit quia probi fuerunt
nunc disputare. Ad viuos venio. Quid tuo cesari religiosissimo? Quid
meo pōtifici sanctissimo? Num blandā fortuna ostendit. Regem arago-
num quis eleuauit nisi fortuna? Quis ducē doestric magnū fecit? Quis
colonien. & treueren. antistites, magna est horum virtus: & tamē fortu-
ne flatu sunt sublimati. Diceret moguntinus: meū genus erexit me. Sic
& saxones & baurie duces dicere possent tanq̃ nihil in eis fortuna fue-
rit operata. Sed quis eos tāalte nasci fecit nisi fortuna? Poterat bec si vo-
luisse regis hispanie vel anglie me loco supponere. nulla virtute nostra
sed casu generis nanciscimur claritatem. Qz si plures sunt virtuosī quos
fortuna preterit nemo irasci debet. Potest enim bec domina que sua sunt
bona cui vult elargiri. Homines in mundum non ad opes possidendas
aut perfrundas delicias sed ad labores nascuntur. viuere in terris nō tan-
q̃ incolæ sed vt aduene peregriniq; debēt. futuramq; patriam per opera
virtutis inquirere: in magna vero fortuna nō facile virtus reperit. quod
animaduertens thebanus ille philozopbus ingens auri pondus in mari
coniecit vt expeditiorē se traderet pbilozophie. Xps saluator deusq; no-
ster diuitias tanq̃ spinas & tribulos docuit fugiendas: eius discipuli pau-
pertatis amatores fuerunt victū & vestitum habētes bis contenti erant.
Nec Hieronym⁹ quis doctissim⁹ in tenui gaza fortunā accusauit. qā nō
illā dñam: s; xpm dñm seq̃bat trāsitoria p ppetuis petnēs. Anthoni⁹ ab-
bas qđ fortuna dederat spōte reiecit. Qz si sane mētis eēmus odiū potī⁹
q̃ fauorē appeterem⁹ fortune. cuius blādicia maximū prestat impedimē-
tum ad eterne vite cōsecutionē. Rarusq; ē & coruo rarior albo: qui & for-
tunā simul & iter in celū sequi valeat. Sed cōprimo me ne huic dñe vide-
ar detraxisse cuius amplexib⁹ iā delector. Tu tñ caue ne procopiū vel ali-
os quos noiaſti virtutis amatores: dicas expertas fortune. Nec tñ vel
carnales vel milites eēnt vel generosi nisi fortuna iuu. Nec. Solus Cāpi⁹
est ex quo nihil suū pōt fortuna repetere. Sed eam⁹ si statim propius.
Videamusq; dñam istā regnoꝝ atq; imperiū mōstricē. Eamus inquā ego
& si forsitan hospes inuissus ero: vix quantū velox ex arcu sagitta volitās
currit vie cōfeteram⁹. Tū apprehēdes Vegi⁹ dextrā meā: respice inquit
dextrorsus Eneā. ibi Mirtia ē dña. Tērtoria illic purpurea erāt margari-
tis ornata: que centū iugera coop̃iebāt. In medio solū erat paltum: lu-
cens claris smaragdis: miri p̃tererea lapides ebur solū vestiebant. Saga-
da gemma que in profundo eufatis carine naui se solet adnētere iu-

cundissime virens. Mirchites coloris mirre qui p ad colorē attritus nar
 di odorem spirat. Miridas q̄ sole pertussa variis emicat coloribus. Tus
 pīrites qui se teneri nō sinit vebementius chalabias grandinis candorē
 preferens et bites vipereas habens maculas dionysias: qui sui natura su-
 stus est qui mixtus aqua si conteratur vinum flagrat. Solis gemma pēa-
 dida & specie fulgidi lyderis veneris orinis qui rufos crinū faciē p̄fert.
 Selenites fulgore candido translucens piropus qui flammās imitator.
 Mecenites papauera exprimēs. Mirmites reptantem formicam. Calco
 ptōgos vt era pulsata resonans. Siderites certis maleficiis incātatus dis-
 cornias excitans similis ferro. Flogites qui intra se quasi flāmas extuan-
 tes ostentant. Antracias vt stella choruscans. Enchidros exudās vt clau-
 sam in eo putes fontaneam scaturiginem. Melobites arabicus crassius
 smaragdo virens infantū periculis resistens. Iris in mari rubro reptā que
 aeris repulsa celestis arcus ex se specie iacit. Adradamas nitoris argen-
 rei animorū talentū impetus molliēs & tumētes refrenans iras. & contra
 molestias neruorū: vtilis pederos aspectu eburneo & gratiarū cōciliator
 achates. Incredibile est gēmarū que illic placent si quis referat multitudi-
 nem. Ipsa fortuna grandis matrona duplices aspectus blādo vultu nunc
 terrifico. Vestibus auratis gēmatīsque altiorē eborū tenebat oculis grandi-
 oribus. Sed plerūq; clausis in auribus ceras vidi illa de nauī petitas que-
 siculos cautus effugit remige furdo. Cadecen in manu tenebat. In dexte-
 ra eius dominatus sedebat honor: fauor: splendor: gaudiū: officiū: festus:
 risus: amor: coniugū: vigor: robur: decus: cantus: potus. Nec minori lo-
 co: fama: gloria: victoriā: nobilitas: reuerētia: pax: leticia: potentia: forma:
 laus: gratia: suauitas: iocūditas: hilaritas: dignitas: elatio: pompa: prestan-
 tia: familiaritas: clientela: rapina: vltio: supbia: libido: arrogantia: obliuio:
 nuptie: consultatio. Ad pedes eius quasi ancille siue pedisseque: diuitie:
 pecunie: delicie: blanditie: voluptatesque stabāt arrecte auribus si quid ius-
 sisset bere audire factūque. In gramine vero locoque declinū sisse pluri-
 me cernebantur orchestra tectē: vbi plurimas vmbas sedere & spexi. Per
 lucebant em̄ corpa sedentiū quibus palida erant: versusque ad regium. Qui
 sunt hi obsecro sedētes viri reuerētia digni subtristesque. Hi sunt inqt Ve-
 gius quos hec domina ab initio nascēns mūdi dignata est magnos face-
 re. Sed iā satis functi huc venerunt. & vt quisque maior fuit: sic fortune pro-
 ximior est. Nec hic ex virtutibus locus datur sed ex felicitate. Prim⁹ hic
 est Augustus cesar diuini genus: quia aurea condidit secula: quisque super
 garrantas & indos protulit imperium. Alexander secundus est. Tum
 Julius cesar. Post scipiones duo. Inde Pompeius. Alius quem luscum
 vides Hanibal est. Tum Fabius maximus. Emilius. Paulus. Marcellus.
 Alcibiades. Priamus. Hector. Agamenon. Ulixes. Darius. Xerxes.
 Ninus. p̄tereo multos. Ille quem vides signo crucis munitum Con-
 stantinus est. hunc sequitur Constantius. Constans. Constantinus. Va-

Ientiniānus. Theodosius. Sunt & iuniores Karolus magnus. Pippinus
 Arturus: mitto vetustiores. Sigismundum tuipse nosti & Albertum ge
 nerum. qui post socerum non diu regnauit: fortunam tum secundā tum
 aduersam expertus est. Hic Albertus ex duce rex factus hungariam bo
 hemiamq; recepit. Nec diu post imperiū est assecutus: vt tamen cito cre
 uit ita cecidit repente. vix annis tribus regnauerat: cum morbo absum
 ptus spiritum deo reddidit. Tum ego quo nam modo inquam felicitate
 recipis. Ego apud Iuuenalem legi. neminem malum esse felicem. ex
 bis quos nominasti pessimi plures fuerunt. Scis q̃ Hanibal seuus q̃ fal
 lax: q̃ cupidus fuerit: tu tamen hunc felicem dixti. Ad hec Vegius: nō vt
 sapientes nomen felicitatis suscepi: sed vulgi morem sum secutus: apud
 quos felix dicitur: cui plurima ex sententia veniunt siue bonum est siue
 malum quod optant. Iterum ego. Non est mihi vegi de mortuis cura:
 viuos rogo mihi ostēde. Respice inquit Vegius illam plagam: vides ne
 iuuenem albis comis planisq; nondum annos triginta natus est: rarus in
 ore risus: grauis incessus: viro verba pauca: pudor ante faciē: longo vul
 tu: statura plus q̃ medio cr: lato pectore. Video inquam sed quis est. be
 rus tuus Fridericus cesar inquit vegius. Tum ego agnosco dominum:
 sed cur is fortune refugit vultum: Quenam verba loquitur domina: au
 dio vocem: verba non teneo. Dicam tibi Enea refert Vegius. Non tam
 Venus Odonem dilexit q̃ mea domina tuum berum. Is tamen refugit
 neq; aspiranti annuit. Vultus fortune vt cernis blandus est. Friderici tor
 ui sunt oculi: vixq; fortunam intuentur. Nescio quid sibi sit menti. verba
 ba fortune hec sunt. Mane Friderice & te mihi crede. Nemo regum te fe
 licior erit. si mihi auscultaueris. Qz si tu fugeris ego etiam fugiam. Vides
 ne silui vt manus ad scapulas cesaris fortuna posuit: colliriūq; vult pren
 dere. Nescio an se capi sinat cesar quod superi faxint: si fauentem fortunā
 spreuerit fugeritq;. Scio morem domine nuncq; sibi blandior erit. Super
 bia est: rogari potius vult q̃ rogare. Nunq; vidi hanc beram tam seali
 cui blandam prestasse q̃ nunc est tuo domino. Felix ille si fortunam se
 quatur miser si fugiat. Tum ego quis ille proximus Friderico qui eleua
 ta ceruice graditur: passumq; maiorem facit: paululum fuscus. German⁹
 eius inquit Vegius Albertus dux liberalis: vastiq; animi eum sequitur
 patruelis Sigismundus incessu celer: ingenio promptus & manu. Post
 hos Vtricus cliaceus comes mortalis pugne magister: amator non tam
 fidelis q̃ felix. Ille maturus euo grandiq; corpore: si quis sit queris vide
 ad pedes ibi calcens dicit: dominus de vualse ego sum. Hos sequuntur
 viri prestantes bbiemen. & gurcen. episcopi. Cancellarius berus tuus Ca
 sper. qui vt dicis minus habet q̃ mereatur. Magister camere zebinger
 mare: calcus bi directe sunt nurenbergam petere: si petierint in patria re
 manebunt. Leonardus pataviensis episcopus: comes de schaunburg.
 Magister curie nirperg. Et alii plures qui omnes fortune sunt filii: q̃uis

singuli suam querantur sortem. Rursus ego que nam horum fortuna est
omniū bona: inquit Vegius. Si tuus herus fortune vocibus auscultauerit
varia si obaudierit. Dū sic famur video parua statura virum nigro vul-
tu letis oculis: qui manus in capillos fortune cōiecerat: arreptaq; coma:
Sta tandē domina meq; respice dicebat. quo me fugis iam annis duode-
cim capta es siue velis siue nolis vt me respicias oportet: satis mibi aduer-
sa fuisti. Nūc aliū vultū prebebis reor. aut mibi blanda eris: aut omnes tibi
crines euellā. Cur me fugis pusillanimelq; sectaris: Fortune quoq; in
eū vox erat: vicisti fateor. nec me amplius experieris aduersam. Tū ego
quis hic ē inquā Vegi. qui fortune vim facit: Alfontius refert ille rex a-
ragonū qui cū fratribus apud stantiam captus. Philippoq; ducis medio
anen. datus di missus deniq; nouis se piliis immiscuit. A duersamq; dñas
insecutus: tantū instādo pseuerandoq; fecit: vt victā pudore fortunā iam
in suum fauorem reuocauerit. Alius quem vix tribus a fortuna distante
passibus cernis burgundionū dux est. & cum eo coniunx cōdata. Lon-
gus ille & abdomine tardus qui vix vocem exprimit in subribus preest
huic bera sepius arripit. Sed non audiuit vt par erat domie vocem. ideo
minus agri possidet minusq; possideret nisi minas fortune nature libera-
litas confregisset. Ille in armis letus Iohannes est vainoda transiluanorū
cuius virtute fracti thurci hungariam reliquerunt. Hic niger Giscra est:
cuius armis defense sunt Ladislai partes. Hic caluus bobemus sisco est.
vir sensatus voluntate varia. Ante hūc picheninū videre potes cuius vir-
tutem mirari magis q̄ referre possumus. Apud eū Franciscus cotunala
stat magis fortune fauore q̄ suis virtutibus in hanc diem magnificatus.
Inter hos ego matrimonialem habitū cernens. Et quenam inquam illa
est femina que ante alias tribus passibus pergens tam fastuosa videtur:
Hec inquit Vegius. Venetia est que pecuniarū fortune clauēs habet: tar-
peiamq; custodit. Alia ē burgenſis ciuitas. Tertia colonſis ciuitas. nu-
renberga subinde. argentina sequit. vnienna quoq; inter has ē nō vltia.
Florentia ventis proximat. Sed timeo illi qui pluribus iam annis fauo-
rem fortune minore sentit: tua senas floret nūc. si minas nescio q̄s audio.
Bachinoua & valentia florēt. ludonie quoq; splēdide sunt vt vides. Tus
ego video togatos quosdā. qui nam sunt hi: Primus est meus pontifex
inquit Vegius: Num Eugeniū nosti: Proco inquam ego etiam res ec-
clesiasticas fortuna versat. Non minus q̄ tpales inquit Vegius. Ex quo
nostri sacerdotes dominari ceperūt & mundalia potius q̄ spūalia curare.
Felix post eū sex gradibus sedet imus: quia principes nō sequunt eum.
Illi cardinales sunt: tu omnes nosces si vultū intueberis. Tres electores
altiores accubunt choris. patriarche paupes sunt tam latini q̄ greci ideo
retro. Ille vidue pullatis indute vestibus que post Alexandrū Hercule-
q; iacent vrbes sunt que quondam splendide nunc solo equate sicut ius-
sio fortuna cernunt. Illa in montibus sita Carthago altera super cufratenu

babylon troia columen asie inter xantū & Simeonte diruta. Ille ambio
 nis thebe. Tū mater musarū cetropis & armis quōdā potens lacedemo
 nia. Post ego qui nam obsecro illi sunt q se nostris horrent miscere. Pri
 or ille Soldanus est inquit Vegius cui paret egyptus. Alius thurcis im
 perat. Tercius parthis. Quartus afiris. Ille nudus brachiis tū indutus &
 armillis cui diues ex collo torques pendet indorum habet dominatum.
 Post hec ad sinistram me verti. Ibi paupertas sedebat ignominia: derisus
 iniurie: morbi: senectus: tormenta: carceres: fames: dolor: stridor: timor:
 pudor: odium: inuidia: desperatio: charitas: bellum: pestis: solitudo: ver
 bera: cure & mille malorum nomina: campi sitientes nudi ac lapidibus
 tecti. Et quidnam rogo sibi vult hec vastitas Vegi? Hic habitat inquit il
 le qui ex alto gradu ceciderūt postq̃ fortune fauorem amiserunt. Vides
 ne sublimem illam matronam septem callibus quasi pedibus subsistentē
 Hec aurea quondam roma iam lutea. Capua eam sequitur siracuse pro
 xime. Tum genua: lune pisa: luca: parisiis. Inter germanos florēt ad huc
 vrbes: sola praga splendor terre declinat. Constantinopolis tracum ca
 put mortī propinquat. Omnia tempus domat: nec vlli fortia perpetuo
 bona est. Hic mestus submisso capite renatus est: quem fortuna ex apu
 lie finibus pepulit. Ille Thomas fulgosius est qui ex ducali folio tractus:
 in carceris iacet pedore. Hic Paneratus vnco tenet qui solebat cū oibus
 rum maxie cācellario tuo infestissimus eē. Borbonii dux ibi est q regno
 francie dicebat leges: nūc domini ptes mulctatus extra regiā eē iubetur
 Vides ne senem procerū cana & dimissa barba. hic Ludouicus dux ba
 uarie quē filius dominatu priuatū domi clausum seruat. Dū sic loquitur
 Vegius rursus in dextrā feror. Video campū nube cādida tectū: dūmq̃
 intropicio seu vera figura fuit seu ficta. ladiisai puellā diademate & vesti
 bus ornatū regis visus sum videre: pluresq̃ secū infantes ludere: petoq̃
 Vegiū. Qui nam sunt bi nube cana circūoluti? Hi sunt inqt Vegi? qui
 bus fortuna fauorē spondet: si fatorū munere vixerint. Vix ista locutus
 erat Vegius: cū dea in me oculos cōtorfit: cōtractisq̃ supciliis: q̃s te huc
 accersuit inquit Enea? Nemo inquam ego: sed audis te visendi intro
 gressus sum: noli mibi surcensere. Vidi regnū tuū iam abibo. Vnū tamē
 ex te peto supplex mibi vt paucis rogatib' rñdeas. Faciā inqt illa ppone
 Tū ego q̃diu es hoibus blāda. Nulli diu rñdit. Iterū ego quibus artib'
 pot tuus fauor acquiri? Nullis inqt illa: nisi solius importunitatis reme
 dio. Quis te plus aliis retinet? Qui meū imperiū maiori sustinet animo:
 Quis tibi odiosior? Pusillanimus. Quis te tute spernere pōt? Sapiens.
 Quādo mibi blandior eris? Cū te vocabo. Sū ne vocādus? Scies postea
 Quis tibi ex oibus viuētib' est acceptior? Qui me fugat non qui fugit
 Satis habeo vale. Et tu vale: nec te mei gregis eē negaueris inquit fortu
 na. q̃uis tibi non dederim aurī montes. Nā q̃ te pleriq̃ amant tibiq̃ be
 nefaciunt meum est. Retuli gratias atq̃ abii. Vegius ante portam me di

milit. Ibi inter porrigentium manus turbam peregrallum inueni amicitia
orem amico & parem sibi Michaelem sueuum tum Vuenceslaum & Ia-
cobum cancellarie glebis ascriptos. qui vt me viderunt circūfusi percon-
tabantur quid vidissem. Sed dum illis refero visum mox somno solutus
sum. Tu vale & quicquid hec sibi velint sagaci tuo ingenio discute. mihi
q̃ aperiri. Iterū vale mei meū: plus epicuri ac pictagore legumē. Ex vuien-
na. vi. kalendas Iulii. Anno. M. cccc. xliiii.

Prosperitatem sui status denunciat cū desiderio eiusmodi successus.

Neas filius poeta imperialis.

EPISTOLA CIX

e q̃ secretarius. Caspari nouariē. amico fido et docto. Salutes plu-
rimam dicit. Accepi volupetinas litteras quibus te sospitem co-
cognoui & mei memorem. Non possum vt vellem que mihi obtigerūt
postq̃ te dimisi offerre scires me multas passum miseras. vtcūq̃ sit eo-
iam in loco sum de quo deo gratias ago. scio id tibi iocundum esse. Naq̃
que mea fortuna est & amici est. Noui q̃ me amas: neq̃ impune amas.
Vt tuus eram basilee sic hodie sum. Vellem te sopibus atq̃ bonoribus
auctum audire. Sed non omnia vno tempore veniunt. Da operam vt a-
cis virtuti: dilige litteras: iunge te bonis: non deest auxilium dei. Et cū
minime putabis tunc maxime exalteris. Iacta cogitatum tuum in domi-
no & ipse te enutriet. Qz si neq̃ diuitie neq̃ bonores allinūt: non tamen
desperandum est. Nec enim ista sunt que beare homines possunt. Vir-
tus sola in celo prebet aditum. q̃ si eo anelamus. hec astruenda est scala.
Breue est quo in terris viuimus tempus: siue diuites sumus siue paupe-
res spernendum est. Si modo in celum domicilium preparamus: quod
te facere qui virtutem colis non ambigo. Hec nunc scribenda fuerunt.
Clarissimum virum patrum tuum siue is auunculus est. Stephanum
nouoriensem vt meis verbis saluere iubeas opto. Vale & vt facis per-
ge me amare.

Consolatur amicum merentem ex morte coniugis sue:

Neas filius episcopus ter.

EPISTOLA CX.

e gestinus domino Caspari schlick imperiali cancellario. Salutem
plurimam dicit. Eger est animus tuus & cor tuū vulnere grandi
vulneratum nec ab re. Lacerissimo nanq̃ & iocundissimo coniugio priua-
tus es: nec scio an operam medicantis expectes. Nam & ego quoq̃ qui
medicinā preparo medico sum indignus. Egroto te & tue suę particeps
calamitatis: nec sine me licet te miserū eē. scribūt mihi amici tui ex austria
feminae decus illustrē cōthoralem tuā dū partū vult in lucē edere. cū par-
tu diē obisse. O grauē iacturā. O inextimabile damnum. O dolorē acer-
bissimū. Expostuāt qui te diligūt meis vt te lris soler. Sic apud veteres
vsurpatū est: funebres ep̃le scribebant: multūq̃ p̃fuit amici scriptū amico
turbato. In euāgelio quoq̃ legimus ex hierosolimis cōplures venisse iu-
deorū q̃ Marthā atq̃ Mariā in bethania sup mortē Lazari cōsolarentē.

Conturbantur sepe homines ex coniugū: filiorū: parentū: ceterorumq; necessariorū mortibus & nisi vel verbis vel lris recreentur amicorū: plurimū sepe tabescentes doloribus interirēt. Arbitrantē igit q te saluū cupiūt epistolās meas vtilēs tibi fore. vtiq; te mestū & acerōo: casu cōsternatū verbis soler hortantē. At ego tecū: pator: tecū excurior: tecūq; consolatore indigeo. Nec em̄ tibi quicq; molestū est qd non sit idem mihi. Equo tuo vulnere vulneror: & quēcunq; doles pariter doleo. Nec quīq; est o tua damna q; ego melius norit. Sciebā coniugē tuā inter castas eē castissimā inter prudetes prudētissimā. & quīs alto sanguine natā: inter būiles būmilimā. Fuit illa delectatio: fuit vtilitas: fuit honestas vna tibi cū ea mensa: vnū marcupiū: vnus lectus. quicquid tibi placuit illi corde fuit: ex tuo vultu risum fietūq; sumpsit. Notū est mihi p multis quāta tibi ex ei⁹ obitu calamitas acciderit: & qā tibi afficior maxime: nō possum tecū nō dolere. Ceterē duz me animō magis magisq; recolligo: inuenio & huius q; doloris solamina: que tibi mihiq; simul cōmunicabo. Frustra tūc prosequimur lacrymis qd amissum recuperari non pōt: q ventura oīno mors est incassum timeē. Lex nature est certa atq; inēuitabilis mori oēs q nati sunt. Potuisset coniugis tue longius vita trahi: si plus staminis dedisset lacris. Mortalis tū erat: nec illi fortasse amplius viuere cōducebat. Inspicit ex alio deus boīm vitas: & nō que iocūda sed que sunt vtilia hominibus impit. Stulti sumus turba mortalis q rem dictū pariturā sic possideri posse quasi perpetua sit arbitramur. Sapientissimus ille q nuntiata filii morte nō lacrymas nō eiulatus emisit: sed sciebā inqt me genuisse mortalem. Alius cū dilectissimā sibi mors coniugē eripuisset: hac ait condicione accepi vt perderes. Multis modis amittit vxor: sed nullo melius q morte. Vnius cōiugē sic lōga validudo deturpat vt perisse potius sit expetendū. Alteri nuptā subtraxit adulter. Per has nouissime dies vxorem amantissimā illustri croacie comiti seuissima barbarorū manus abduxit. Quis numerare queat varios fortune casus. quibus ludens humanū effrigit fortuna genus. O beatū cui nullo cōiunx exilio: nulla fraude: nulla q manu boīm: sed diuino dūtaxat imperio subripit. Beatior quē vsq; in seniū casta secunda & placida psequit vxor: sed pauci quos equus amant iupiter huius sortis existūt. Tecū bene actum est Caspar qui etsi non es beatissimus: felicē tamē compellare te possumus. Tibi nobilissima coniunx nupsit ex generoso ducum stesie sanguine: formosa erat & honestatis specimē pre se tulit tuo fuit aio semp morigera: prolem tibi vtriusq; sexus pulcherrimā peperit. Sed abcessit ais nempe: decē aut viginti annis ante opinatum tempus esto ita. Moriendum tū illi erat & multe poterāt incidere calamitates que obitū eius optabilē reddidissent: nō que optat sed que timeē felicius mors venit. At vxorē dicis amisi. Nō amissi Caspar sed pmissi. sequeris em̄ cū tempus adert. Tria sunt oibis cōsignata boibus loca: vnū patrie: alterū pegrinatiōis: exiliū tertiu. Patria celum

est. Peregrinationē in terris agimus. Exiliū quia duplex est: alter perpe-
tūū temporaneū alterū. Hoc purgatorio illud inferno cedit. Insulsi ē ani-
mi manentē in terris exquirere ciuitatē. Si Paulū sequi volumus. si xpo
credere saluatori patrias in celo queramus. Vita brevis est homini quasi
somnia fugax. Nulli crastina dies certa est. Quid nos sumus nisi ventus
& vmbra? Vbi nūc indyti reges? Quere nūc Priamū & Agamenonem:
quere Iulium: quere Pompeium: apud inferos cruciātur. Vidi impium
super exaltatum super cedros libani & transiui: & ecce non erat quāta nu-
per gloria pollebat Pbilippus maria mediolanensium dux. quem captis
hispanie regibus terra mareq; formidabant. Is vbi mortem obiit vix ha-
bit qui corpus tumulandū ferrens fanebres abfuerūt pompe. Et quis
in modū idoli aut sancti alicuius corporis in sublimi loco maiori immi-
nens arcumuletur. fetidus tamē paulo post deponitur atq; inter illos col-
locatur quorū ad effigiem nō tm merere fas est. At charissima tua cōiūx
Caspar: quia nō in terra vbi fures effodiunt: sed in celo vbi neq; tinea est
neq; rubigo suū thesaurū collocat: peregrinatione finita nō exilio dam-
nata: sed celesti patria donata est: vbi te expectans multo lucidior: multo
q; formosior q̄ hic fuit: iam est immortalitate vestita & cū beatissimis spi-
ritibus glorie cōditoris assistit. Iamq; deo gratias agit: quia nō est diu-
pergrinari permissa. Quid tu reris Caspar. an nō est magna pars benefi-
ci cui peregrinatio est centū annorū si medio tempe reuocetur? Sic actū
est cum tua coniuge. Nam cū corpore in humano vitam duceret angeli-
cam: iam eo vocata est eius anima: vbi semp animus fuit. Illic omnia suo
desiderio consonant: quicquid optat presto est. At tu desiderio eius ta-
bescis. Inique agis congaudere illi debes que omnia que vult habet. Be-
atitudinē suā tu solus minuis. Ad plenam felicitatem vno te caret: nec te
semp carebit. Orat em alissimū dies noctesq; tuos vt gressus dirigat: te
q; in celum aduocet vbi secū perpetua leteris beatitudine: iam impetrauit:
vt opinor. Hinc em sunt adueritates tue. vixisti hactenus vbi nosti volu-
ptati deditus: totus fuisti carneus: totus terrestris: nihil habuisti celeste:
Tolerauit hoc equus & misericors deus. Nunc te sinistris admonet casi-
bus. Vnde vrtica bec: nisi vt conuertaris. Saluum te deus cupit. Hinc ec-
clesie frisingen. diu continuata conspectatio. binc manus lesio: binc impo-
site calumnie. binc ad extremū dulcissima coniunx mortua: vt te viuū
faciat. Precessit illa sequemur omnes atq; vtnam bene sequamur. Tede-
re iam te opinor vite huius quam tot molestiis plenam cernis. Inuidere
est non amare si vxorem in terris potius viuētem q̄ in celo regnantem
cupis. Filiorū fortasse curam geris. Ne dubita celi aues & bestie terre ali-
torem habent. Iacta cogitatum tuum in domino & ipe te atq; illos enu-
triet. Filii regum sine parentibus sepe exteres fuerunt. Cirro canem. con-
ditoribus vrbis lupam referunt vbera prebuisse. Antiquis aliquādo su-
it matribus caruisse humana mens sibi sepe noxia querit. Deo maior est

culosior & risu dignior est: quanto persona que capta est etate aut scien-
tia censeat prestantior. Cui ergo Ypolite captus sis amorisq; seruias: scias
te morbosum eē. Si morbosus es liberari stude. Nam quis morbum patie
qui curari nō velit? Sane ut morbus grauior est acerbior periculosior eo
morboli maior ē de sanitate cura. Tua infirmitas magna ē: sit & cure di-
ligentia magna. Cogita mi Nicolae quo i statu es. Tu nihil te existimas
quicqd tibi eueniat leue est. Solū super amicā anxius es. Nō parētes: nō
necessarios nō bñfactores magnifacis. Solus tuus animus in amica est.
Illam amas: illam promoues: illam somnias: de illa cogitas: de illa loqris
de illa suspiras: nihil agis quin memoriā eius habeas. En tu iticā: amen-
tiam morbumq; teterrimum. An nō est petēda cura. Quis nō hoc morbo
saluari velit? Ceterū ad salutē tuā h̄ sunt necessaria Nicolae q si feceris sa-
nus eris si neglexeris sepelierisq; in morbo tuo: nec te quis q̄ iuuari pote-
rit. Cogita primū q̄ remote a preceptis dei recessisti. qui cū debeas deus
ex toto corde diligere creaturā amasti: & in ea omnē tuā delectatiōem &
oblectatiōē posuisti: sic em factus es idolorū cultor. Nam qui creaturā
deo preponit idolatra est. Negabis te idolatrā eē quasi nō preponas cre-
atori creatū. At si verū fateri vis plus tuā amicā dīligis q̄ deū. Nam que
deus mādāt negligis: postergas: contemnis. Que vult amica summa cū
diligentia curas adimplere: & hoc nempe est preferre mulierē deo. Heu
q̄ magnū est malū q̄ periculosum & detestabile creaturā sic amare ut deū
paruiticias. Deus cū esies nihil te aliquid eē fecit ut posses scire diuina sa-
cramēta & viā qua itur in celū. Ipse quoq; deus cū ob culpā primī paren-
tis tu & ceteri homines paradīsum amiseris nasci pro te voluit fieri bō:
capri: cedi: vituperari: crucifigi: mori: ac suo te precioso redimere sanguine.
En q̄ magna ingratitude est iniquitas: inhumanitas: feritas: hunc q̄ tan-
ta p se fecerit propter vilem relinquere mulierculā: hoc satis te ceterosq;
xpianos mouere debet ab amoribus illicitis deo soli seruire. Sed cogita
ulterius quid agis Nicolae. Pulcra tibi videt amica tua: credis ne sic ip-
sū pulcra erit: Res est forma fugax ut inquit Tragedius: mulier que hodie
formosa est cras deformis erit. Quid tua bona perpetua & immutabilia
pro caducis mutabilibus q̄ pmutas? Sit ut putas spectabili forma mulier
leue hoc bonū est. Nihil forma mulieris est nisi moribus ad iuta. Castitas
est que feminā laudat nō forma. Tu nō castitatē sequi-
ris: formam solum
amas. Forma bec uti ut flos agri decidit. Rosa mane rubet: sero langue-
scit. Nihil formosius est virtute atq; honestate: si bāc intueris multo ti-
bi formosior videt q̄ tua sit amica. Etem nec Lucifer nec Hesperus tā
decorus est q̄ ipa facies honestatis: quam qui relinquit propter mulierē
extima oro q̄ sit delirus & amēs. Ceterū Nicolae ut tecum non multis
vtar. Hec quam amas mulier non tua sola est: sed cōplures eam habent.
Nec ipa te solum amat: sed alios quoq; diligit. Quid tu in turba vis face-
re: Cogita te iam esse in vespere iam senem iam meriti proximū. Vis ne

K

cum mulieribus contendere: vie cum robustis pugnare: Quid tibi in eo
prelio queris in quo victor succubus: Magna res est virum senem a iuue-
nibus extorquere muliere: Sis tamen potes ut extorqueas quod viciisti cum
prelium huiusmodi sit ut vincens succubat. Quid cum oro mulier: nisi iuuen-
tutis expilatrix: virorum rapina: senum mors: patrimonii deuoratrix: bono-
ris perniciēs: pabulum diaboli: ianua mortis: inferni supplementum. Cogita
Nicolae quot mala per mulierem obuenerint: cum Salomoni: cum Holofer-
nes: cum Sampson per mulierem decepti fuerint. Non te credas sic fortem
esse ut non illudaris. Sed quanto viris illis debilior es: incautior: impruden-
tior: tanto te ab eo loco semoue in quo potes decipi. Nihil est mulieris
amor qui cum peccato sit. Non est in muliere stabilitas que nunc te amat:
cras alium amabit. Quid tu hunc amore: extimes qui in plures diuisus
est: Nulla mulier tam fixę aliquem amauit: que veniente nouo proco no-
uisque precibus vel muneribus: non mutaret amorem. Mulier est animal im-
perfectum varium: fallax: multis morbis passionibusque subiectum: sine fide:
sine timore: sine constantia: sine pietate. De his loquor mulieribus que tur-
pes admittunt amores. Nunquam be stabiles sunt. Namque ut semel a recto
tramite recesserunt: iam se libera arbitrantur: ut quocumque velint vagen-
tur: nec amplius vel mariti vel amici timorem habet. Credo equidem illam
coendendi fetidam voluptatem tibi qui iam senio exhaustus es parum piace-
re. Nam quid nedom tibi antiquo & arido: sed iuueni humecto illa inepia
& spurcica voluptas conferre potest: quam mox penitudo consequitur. an
non magna res est ammonitio illa accitatio siue commutatio quedam que
post peccatum cuestigio mentem hominis cruciat: quoniam iniquus est homo qui
tociens ammonitus non quiescit qui punitus non emendatur: qui correctus
non efficitur melior. Quid ille actus carnalis operatur nisi carnis interitum:
Vtinam solam carnem interimeret: et non occideret animam. At duo cum inuicem
coeunt vir atque femina: quasi duo vasa testea tibi videntur: que inter se
confricentur donec rumpentur & ad nihilum redigantur. Tu tamen non in
coitu sed in visu sermonemque forsitan oblectaris. Quid obsecro in visu est
tampulchrum: ut non inuenias aliquid pulchrius: Pulchritudo quam debemus
querere in celo est: cui nulla potest res mundana comparari. In illa omnis
perfectio est: mundana semper diminuta sunt. Illa perpetua: hec caduca. Il-
la fixa: hec fluxa. Hanc quam tu miraris formam paulum quid febris eripiet.
aut si morbus absterget: senectus non deerit que illam teretem succi plenam
que faciem rugosam crispamque reddat. Sicut illa que nunc miraris membra
de cursu temporis arida: nigra: squalida: fetore ac spurcicia plena. Non ocu-
li splendorem vndeque seruabunt. Fetebit os: collum incuruabitur. Corpus
vndeque sicco & arido trunco fiet simile. Cogita hec & auerte spem prius
vndeque fuge quam priueris. Multo enim melius est rem contemnere quam perdere. Iam vero
de sermone sua dulci placido & mellifluo quo te dicis oblectari admo-
dum miror. Quid enim sermo muliebris in se dulce habet: Quid dicit ti

posset: quia crassis ingeniis nubilosisq; mentibus non pōt fructum p̄sta-
re. At virgilio frugifer fuit. Oratio admodū pinguis quī suū partis opta-
bat. Opianus qui nomina piscium naturalēq; descripsit magnas opes est
assecutus. Quid nouis Leonardus arentinus: Antrīpa panormitanus:
Anthonius luscus: Guarin⁹: pluresq; alii: his & patrimonia sunt amplia-
ta & opes accumulate q̄plures: quia p̄oesim & oratoria; sunt secuti. Nec
tibi vnq; tantū auri speculator prebebit q̄ntum Quintilian⁹ arentino tri-
buit. Qz si apud banc tuam germaniā non sunt in precio vates: non poe-
sim sed principes potius argue: quibus leuissimarū rerum maior est cura
q̄ litterarū. Apud italos aut̄ florent huiusmodi facultates: nec erubescūt
principes & audire & nosse poetriā. Ideo spero quāq; tu nolles & in ger-
mania futurū aliquando. quia & olim viros doctos hec terra tulit: & iam
plerosq; noui dicendi peritos qui te inuito. etiam si tibi rumpant̄ ilia elo-
quentiam inter germanos seminabūt. Nec enim inutilem rene vt tu asse-
ris p̄oesim. Sciunt ex hac maximū gigni fructum. Quomodo em̄ pacari
provincie & amicitie vel conflare vel integrari possent nisi sacundia foret
quam p̄oesis alit. An nescis quantus est epistolarū vsus: quātus bystoria-
rum: quātus orationū? Rex regi p̄ litteras conciliat̄ ciuitates federa p̄cu-
tiunt absentes cum absentibus fabulant̄. bystoria nobis res gestas refert:
que testis est temporū lux veritatis est vite magis oratores lenatū regūt
populos ducunt leges suadent. Sed quis bec bñ agat nisi poeticis & ora-
toris imbutus disciplinis? Quas preterea grates referre homero debēt
greci atq; troyani: qui iam duobus annoꝝ milibus mortui adhuc viuūt.
Nouit q̄nta sit utilitas poetarū Alexander magnus. Cui p̄ asiam iter fa-
cienti cum obuiam cumulus achillis fieret. O fortunate inquit adolescēs
quem tanta decantauit tuba homeri sc̄ musam designās. Alexander am-
mice filius. Rex macedonū pindarū poetam lirū apprime dilexit. Archi-
laus eius successor intātū poetas amauit vt curipidi tragico consiliorum
summa traderet cuius suprema non contētus p̄sequi sumptu funeris cri-
nes fonsus est & merorē quem animo concepat: vultu indicauit. Affrica-
nus prior quinti ennii statuam sepulcro suo iussit imponi. Lisander laced-
domorū dux cum obsederet athenas quia sōpboclis inhumatus corpus
iacebat: inducias dedit vt congrue & digne poete exequie fierēt. Iulius
ille cesar qui nobis romanū imperium peperit non solum poetas amauit
sed fieri etiā & dici poeta voluit. Idem & Augustus & Octavianus. Ac
preterea mortui viuūt: nec vlla istorum etas immemor erit. Qz si nōnulli
principes equos potius & canes alere q̄ poetas volūt & multa carne leo-
nes vrsosq; pascunt intestinis poetarū nihil prebētes: talis erit eorū obit⁹
qualis equorū & canum: nec post motē maius erit istorū nomen q̄ vrsi
atq; leonis. Integri morient̄ nec beneficia musarū famam sibi vendicabūt:
quos tuo ex amore nihil curauit. Antiquitas p̄uida tanti poeticā fecit vt
ta poetas post editū opus q̄ impatores post victoriā triūphare & curro

L

magnifico duci p̄rbes voluit. Cōmunēq̄ illis dignitatis insigne prebuit
laureā: qm̄ sicut ab hostibus impatores liberant ciues sic vicia fulminātes
& virtutes excellentes poete ciuitates custodiunt & amplificānt. At tu
maior Alexandro magno. lisandro victoriosior. melior Scipione. pru-
dētior Iulio. Augusto fortunatior. & omī antiquitate sapiētior: inutile poe-
tica dicis: q̄a nihil panis affert nil auri nil diuitiarū. Esto qd̄ ais nō tñ idcir-
co legibus tuis poetica cedit. Nanq̄ dum tu aurū petis auare fecis ama-
tor mundi cultor: poeta bonorē famamq̄ queritat. Et cantans superum
laudes virtutisq̄ excitās amorem iter sibi faciat in celum: tu cum auro &
diuitiis quas sequeris quasq̄ solas dare beatitudinē putas in terra mane-
bis & animā simul & vitam pdes. Non est (mibi crede) noscere leges q̄
poeticam maius. Scio quia non credis: sed stulti credulitas nec dat verus
nec aufert. Cicero qui fuit lingue latine princeps semp̄ poetas fuisse raros
testatur: quoniā hec facultas donum dei est: quod nō omībus dat. Artes
cetere studio diligentia preceptionibusq̄ possunt apprehēdi. hanc nemo
assequitur nisi diuino munere p̄ditus. Tu te vides iuistarē greges inter
quos plures excellunt: habentq̄ doctores & legum interpretes: quorū
mores nihil a brutis distant qui res humanas minus q̄ capre norunt. tu
non fateberis hoc quia fortasse caprior es capris. Ego polinum noui me-
diolan. qui lumen habitus est iuris ciuili. Is facturus edificiū: magistros
cōduxerat trabes in ediū medio erāt quibus laquear aule construi debe-
bat: tēpus cenādi fuit. Ite inquit polinus comedite: ego interim aliquid
operis faciam. Illis amotis trabes metis q̄longas vult ex pariete in pa-
rietem mensura recepta: nec q̄ intra murū ligni pars eē deberet ad aduer-
tit: scinditq̄ trabes & p̄didit edificiū. Is tamē iuris p̄ceptor erat: multisq̄
annis cathedram rexerat. Quid tu mibi hanc disciplinā iuris tantope lau-
das & oibus p̄fers. cuius asini possunt esse p̄ceptores. Orator atq̄ poeta
si Ciceroni plusq̄ tibi credere volumus nullus erit nisi & prudens & bo-
nus multarū scientiarū putā fuerit affectus. Atq̄ idcirco rari semp̄ poe-
te rariq̄ oratores fuere: in quorū numero facis sapiēter si nō desideras eē:
quia nō potes. Stulte si contēnis qd̄ tanti viri cōmendauerūt. Hec ad nō-
strum asellum sint dicta. Tu vultelme disciplinarū amator: si vnq̄ bosce
hoies audiueris: suscipe poetice partes: & ostende te hui⁹ diuini muneris
cultorē: vides q̄ facile sit has p̄cas cōvincere: bos tanq̄ pulices inter vn-
gues cōprime: nec sine vt diuinam poeticam que (vt Cicero tradit) oim̄
doctrinarum est prior inuenta. pollutis arguunt labiis. Defende hāc pul-
cerrimam dominā. Cui si presidio fueris nomen habebis eternum: & nō
solum inter meas epistolas: que tamen non sunt cito casure: sed inter scri-
pta potiorum vatum inueneris legendus. Vale & illustrissimo principi
domino duci Alberto me commendatum facito. Et quia consiliarius eius
es. adimone illum ne litterarum studia contemnat. Iterum atq̄ iterum
vale.

Magnifico ac generoso militi dño Caspari schlick dño noui castricelareo cācellario ac terrarū egre cubitiq; capitaneo dño suo pcpuo. Eneas filius poeta impialisq; secretarius. S.p.d. Marianus zozinus senensis eccleraneus me? vir tum mitis ingenii: tū litarū multaq; cuius adhuc similem visurus ne sim bereo. Duos amantes vt libi describerem: rogatum me bis diebus effecit. Nec referre dixit. rem veram age rem an more poetico fingerē. Scis quia vir fiet. Mirabere si tibi hominē expendam nihil ei preter formam natura inuidit. Homuntio est: nasci ex mea familia debuit cui paruorum hominum est cognomen. Vir est eloquens. Iuris vtriusq; consultus. Historias omnes nouit. poetice peritus est. Carmen facit & latinū & tuscum. Philosophiē tā sciū q; Plato Geometet quasi Boetius. In numeris Macrobio similis. Nullum instrumentum ignorat musicum. Agriculturam quasi Virgilius nouit. Nihil ciuile ignotum viro: dum iuueniles adhuc stabant in corpore vires: alter factelles erat luctandi magister: non cursu non saltu: non cestu poterat superari. Preciosiora sunt interdum parui corporis vascula vt gemme lapilliq; testantur. Nec ab re fuerit illud in hunc referri: quod de thideo scribit statius. Maior in exiguo regnabat corpore virtus. Dii formam huic homini: & immortalitatem si dedissent: is etiam erat deus. sed nemo sortitus ē omnia inter mortales. Nullum adhuc noui cui pauciora q; huic defuerit. Quid q; minutissima etiam didicit quasi alter apelles sic pingit. Nihil emendatius est: nihil lucidius q; sua manu scripti codices. Sculptis vt praxiteles: nec medicine ignarus est. Adde virtutes morales que alios regunt ducuntq;. Noui meis diebus plerosq; studiis litterarum deditos disciplinis: qui admodum abundabant: sed hi nihil ciuitatis habebant nec rem publicam nec domesticam regere norant. Stupuit paglaren is et furti villicum accusauit: qui suam fecam vndecim porcellos: asinam vnum dumtaxat enixam pullum retulerat. Gomicius mediolanen: grauidum se putauit: diuq; partum veritus est. quia se vxor ascendit. hi tamen iuris maximū lumen habiti sunt. In aliis preterea vel fastum vel auariciam inuenies. hic perliberalis est. plena illi semp domus est honestis hospitibus. Nulli aduersus ē: populos tuetur: egros solatur: pauperib? subuenit: vti duas inuat: nulli indigenti deest. Vultus eius quasi socraticus: semper est idem. In aduersis sortem animum prebet. Nulla fortuna inflatur veruscias non vt exerceat: sed vt caneat quasi bet nouit. Ciuib? dilectus ē peregrinis amatus. Nulli odiosus est nulli grauis. At homo tantarum virtutum cur nunc rem leuiusculam exigit non scio. Hoc scio nihil me illi negare phas est. Eum nanq; dum senis essem vnice dilexi: nec dimittus est amor: quis separatus sit. Is quoq; diu esset ceteris nature

dotibus predictis cum hoc maxime bono pollebat ut nullius erga se sterilem esse amorē sineret. Huius ergo rogatus non censui respondere. Scripsi quod duorum amantium casus nec finxi. Res acta senis est: dum si quis mundus impator illic degeret: tu etiam aderas: & si verū bis auribus ausi: operam amoris dedisti. Ciuitas veneris est. Aiunt qui te norant vehementer quod arseris: quoniam nemo te gallior fuerit. Nihil tibi amatorie gestum te infacio putat. Ideo bystoriā hanc ut legas precor: & an vera scripserim videas: nec reminiſci te pudeat si quid homini nonūquam euenit tibi homo enim fueras. Qui nunquam sensit amoris ignem: aut lapis est: aut bestia. Ille utique vel per deos medullas non lateat ignem fauillam. Vale.

Prologus in eundē tractatum.

EPISTOLA CXIII

Necas filius poeta imperialisq; secretarius. S. p. d. Mariano sozino
s ro dño Caspari schlick imp̄iali cancellario. Eneas ep̄s tergestinus

S. p. d. Cogor sequi regez quocūq̃ ierit dum me poscit. Si manit̃
retrabit longe fugiendū est. Ago tibi gratias idoneū qui fuge equū mi
nistrasti. Tua sunt innumerabilia in me beneficia. Expectare vicem ex me
non debes qui vix possem numerare quot me beneficijs cumulasti. bene
ficia ante premiata sunt q̃ exhibita. In animo quisq̃ suo benefactor pre
mium tulit. Quecūq̃ possidemus viuētes: heres nobis morientibus
vel inuitis auferit: sola fugiunt heredis manus auaricq̃ amico dispenlāte
animo. Redclusus in archa thezauros fures expilāt: predia latronibus pa
tent. Nihil tam rigide seruari p̄t quod fortune non subiaceat. Extra for
tunā est quicquid donat̃ amicis. quas dederis solas semp habebis opes
Sic Marcialis ait. Tua munificentia digna est laudū p̄conis sempiternis
ignorant te tpa nostra. Sic est inuidia: viuētes vrit: calcit̃ exterminat. Ra
ri viuētes laudati sunt. Recte noster Oratius virtutē incolumē odimus
sublatam ex oculis querimus inuidi. Sed viue tu diu inuitis emulis: lau
dabere viuēs. Et si tacuerint alii: nostra loquax non tacebit musa. Inuidia
cessabunt fata. Non semp glacies geticis borret in agris. Nec semp ma
re vexant in equales procelle. Iam diffugere niues: iam campis gramina
redeunt & arboribus come crescunt: mutant om̄ia vices q̃ sub luna sunt.
Nec felicia nec aduersa sunt immortalia: pruinē succedit ver. Pomifer esta
tem sequit̃ autūnus. Quis beatus es te ipso & tua virtute contētus: spe
ramus tamen beatiorē te cernere: soli & stellis acceptiorē. Vincet inuidiā
virtus p̄pauci imo nulli sunt tui similes. In bonorātā esse oportet curiam
nisi tu quoq̃ bonoreris. Mittimus ista modo Laurētius meus ex terge
sto reuersus. Ait se in foro iulii rumore excepisse. Iam mediolani potit̃
esse Frānciscum fortiani. Venetijs esse oratores galliarū & magni presby
teri legatos. In regem aragonum cūditur faba. Post Laurentiū alius ve
nit ab italia qui mediolani nouitatē cōfirmat. Nescio credere priusq̃ no
stros audio nuncios. Timeo tamē & dari nostris verba. Comiti facta su.

N. iiii

spicor. Sic sunt hominū ingenia. p̄p̄inioribus fauent p̄sentia pericula formidant. Auxilia longinquā parū habent sp̄ei. Rex noster b̄nc abiturus cras existimat: nouamq; ciuitatē repetitur⁹: & inde post triduum ingressurus st̄riam. faustum sit illi p̄cor iter. Cōmendo re meam vestre magnificēcie: tuisq; me p̄sidiis fauoribusq; cōmitto. Fuit hic magister bubarū ne dicam nugarū: verba secum nulla feci: nec ipse mibi mutus an- nuit. Noui nihil actum esse sic silentiū iudicauit. Vale optime. Certumq; me tuarum reddito operarum. Ex balneis austrie. xv. Kalendas Martii Anno r̄c.

Assentit p̄cibus & spondet efficere rogatū. **EPIS. CXXII**

i Lultrissimo principi dño Sigismundo duci austrie domino suo
i Eneas silui⁹ poeta. S.p.d. Estigitaſti modeste a me pridie tibi vt
amatoriā alicuius eplam mittere: qua suadere posses virgini quā diligis vt amare te sineret. Alius fortasse tibi hoc negasset t̄nens ne pia bereris. Ego annuendū duxi. Scio nanq; humane vite cōditionē. Nam qui non amat in adoleſcēcia in senio postmodum amat quo tēpore deri- sui est & vulgi fit fabula: quoniā etas illa amorī inepta est. Nosco p̄terea amoris consuetudinē qui in iuvene torpentes virtutes excitat. Hunc in armis exercet illum in lris. Et studet quisq; id agere p̄pter qd amice pla- ceat. Et quia virtutes nomē bonū faciunt: virtute dat operā qui amat: vt ante puelle faciem laudet. Et quāq; hoc ineptū virtutis premiū sit. p̄ba- bile tamē est quacūq; ratione virtutes adipiscaris. Adoleſcētes inluper non sunt nimū cobibendi ne languidi & inertes fiant: p̄mittendūq; his est aliquis ludus: indulgendū est aliquā t̄p̄e voluptati eorū vt animum & carsumant vt ſciant bonū & malum. vt verſutias mūdi noscant: illasq; cum viri facti fuerint euitare ſciant. Hac de causa gelli morem voluntati tue & optatā eplam hac conditione tibi transmittō: vt amās nō negligas studia l̄rarum. Sed quēadmodū apes ex floribus mella decerpūt: sic tu ex amoris blandiciis virtutem veneris. Vale.

Epistola plus audet viue vocis oraculo referre mentis conceptum de pulcra puella.

EPISTOLA CXXIII

b Anibal dux numidie. S.p.d. & seipsum dat singulari domine sue
b insigni & formosissime virgini Lucretie regis epirotharum filie.

Volui te sepius alloqui amoremq; meū tibi notum efficere: sed etas mea nimis adhuc verēcūda est. quē non pat̄. quod intra me sentio foras exire p̄primū incipio loqui mox rubor adest: timor impedit & me diuis vox in faucibus beret: nec cogitata possum effari. Timeo modestiam tuam ne me arguat. Vereor astātes ne me derideāt. Horresco meipm ne balbuciens fiam. Hac de re quod statuerā dicere decreui litteris cōmitte- re. Quia epistola non erubescit: nō suspirat nō timet quemq;. Forſitan arduum aliquid & p̄difficile postulaturū me putas: parum est quod volo hoc si mibi cōcesseris multū existimabo. Ego cū modestissima virgo fa-

teor me tui amantem esse captūq; tui vultus splendore: nec aliud die no-
 ctuq; cogito q̄ te: tu mihi semp es in mēte te in corde & in anio gero: tu
 meum desiderū es: tu spes mea: tu quies: tu refrigerium. Cum te video
 quiescit animus meus & se oblectat: at cū abes ne te cernere possim: ma-
 gnis vrgeor stimulis. nec aliud meditor nisi vt q̄primuz te reuisam: hoc
 multiplici causa factum est. Nam & forma & honestas in te cōcurrūt. Lau-
 dāt belenā poete. At ego illā nō existimo tibi fuisse similē. Nec polixenā
 tibi comparauerim. aut eam quā dilexit: hercules deianirā: tu om̄s vinctis
 & pulcritudine & moribus quasi altera philomena. A calce vsq; ad verti-
 cem nulla est in te menda. Crines tui splendorē auri supant. Frons alta &
 spaciōsa ē. Supercilia in arcum tensa debitis spaciis distinguunt. Oculi tui
 tanq; duo emicant sydera. inde sagittas emittis & vulneras iuuenes: hinc
 quos vis occidis & quos vis viuificas. Nasus suis cōueniens partib; sa-
 clem mirifice honestat. Genas candore niuio resperfas modestus rubor
 interfecat. Quid labia corallina & cristallinas referam dentes & om̄s oris
 tui partes vnde mellisua manant verba: hinc risus ille progredit̄ qui me
 sepe ad intima penetrat. O virum felicem. qui labia illa mordebit: qui ta-
 les osculabit̄ genas qui mentū tuum & candidiorē sūbica niue gulā tuā
 poterit tangere. Nolo pectoris tui & illorū pomorū que ibi latet mētio-
 nem efficere: ne referēs nimis ardeam. Tñ te scis q̄ intra & extra formosa
 es. Ego mirari magis q̄ digne cōmēdare te possim. Hoc tñ quia mores
 tui regio fastigio digni. & forma plus q̄ dici possit honesta: ex duce me
 seruū tuum fecerunt Tuus em̄ sum nihilq; magis cupio q̄ rem gratā tibi
 efficere. Nec miror. Nam & phebū (vt inquit fabule) h̄ esset iouis re-
 gis crete (quē vetustas p̄ deo coluit) filius. Admeti tñ regis filiā amans.
 pastore se fecit & gregem pauit. Ego igit̄ libens seruio tibi: nec aliud a te
 postulo: nisi vt amare me sinas: & anio equo feras. si mei dicaris amatu.
 hoc est quod volo peto exigo nil postulo plus. Fer tuus vt amator dicat
 Nam & amator ero & seruus tu modo annuas. Confitere dignā te fore
 quā meliores q̄ ego sum amēt. Esset vix paris aut ypolitus dignus amo-
 re tuo. Tu tamen noli querere formam. Nam & qui pulcri sunt superbi
 etiam sunt: nec stabilem habent amorem. In me erit amor ppetuus: q̄ na-
 tus in adolescentie mee flore cum etate crescens ad senii pducet̄ dū mo-
 do tu mihi faueas & me adiuues quem tamē non debes despiciere. Nam
 & mihi non negauit deus mediocrē formam. Sunt mihi pręterea opes
 multe que omnes erunt tue si vicem amoris rependeris. Ach quid dixi
 nimis errauī. non vt amas peto sed vt amare sinas: hoc si tua ex gratia im-
 petrauerō beatus sum. Tu quid factura sis rescribe. Et vale animalia mea
 delicie mee corculum meum.

Redarguit cōsanguineū auxiliū a se petentē. **EPIS. CXXIII**
 Encestaus regie cancellarie scribe. S. p. d. Iohāni de buchau fratri
 v̄ charissimo. Pullas me crebris litteris vt hospitii tuo panem soluā
 N. iiii.

quem comedisti quasi tuus cibus mea pinguedo sit. At ego non inebrior vino quod bibis nec me tua pulmentaria iuuant. Tu da pecuniā quia cōsumpsisti cibaria. Ego meū aurum cur dem. quia vix tantū scribendo atq̃ ro quantū sufficit. Thagus hispaniā p̃terfluit: pactolus asiā: qui duo fluiui barenas dicunt aureas habere: bunc tibi eundū est si aurū petis. Can- cellaria regia inops est vixq̃ suos ascripticios nutrit. Ego plus tibi feci q̃ deberem: quia vestem quā emerā nouam dedi vt te ab hospite quasi cap- tiuum redimerē. Martinus quē pannoniā genuit: italia nutriuit gallia pastorē habuit. & om̃s xp̃iana venerat religio. nudo pauperi mediū pa- ludementū prebuit. Ego solidā dedi pallam. Nunc quereris non satis ēē hanc: quid ad me tu videris. Quod potui hoc feci nisi sufficit: querere ali- unde quod sufficiat. Vir maturus es etate longeuus: non tibi honori est alienū subsidium q̃rere cum possis ex tuo officio viuere quod si tenue est quid ad me. Proximus sum egomet mihi: ego mihi pui debo non curo quid hospes dicat. Vestem sibi non me dedi: vtatur vt libet si satis est ha- beat q̃t̃iuum est. Si minus in te actio est. Me satis est vestem amisisse. Ni- bil ad me vxoris Job ṽba nihil maledictio. Nemo ledit nisi a seipso. Cu- piat mihi mala quicunq̃ vult nisi opa faciam malo digna: inanū maledi- citur mihi. Ego te rogo & alios om̃s mei sanguinis homines. me vt iam missum faciatis: quia non sum in spem natus oib̃us qui vix mihi sum sa- tis. Viuite vos vt potestis & me nunq̃ fuisse natū credite. Cogitate oēs quomodo lucrifacere aiam possitis. Id quoq̃ id curabo. Reliqua vana ca- duca nulla sunt. Hodie sumus cras nō erimus. Ideo edificemus illic vbi neq̃ tinea neq̃ erugo est vbi nec fur nocet neq̃ latro. Illuc meus fertur co- gitatus. Illic vt me queras volo & vtinā inuenias. De libris aliisq̃ rebus tuis fac qd̃ iusti est. & aliquādo cogita sine me posse viuere. qui possum statim mori & multum viuere. sed om̃ia in manu dei sunt: ideo illi seruien- dum est. Tu vale & desine me amplius lacerare iniuriis. Datum vniue-
ne.

Captat beniuolentiam & petit sibi aliquos libros accommodari.

Neas filius poeta impia

EPISTOLA CXXV

e liscq̃ secretari⁹. Magnifico & generoso domino dño Heinricho co-
miti de lupfen dño suo. S. p. d. In scriptis veterū tria inuenio que
nostri partim negligūt. partim assequi non valent. Elegantiā em̃ & graui-
tatem sentētiarum quibus vetusti codices redolent. nequeūt nostri seculi
homines imitari. qd̃ vsitatissimū euo priori fuit. Allocutiōes singulares
enūciare: & si in epistolaꝝ capite ponere possent nostri. Sed supina q̃dam
ignorantia decepti. Dum blandiri volunt. oēm orōnis textum cōfundūt
Vos precor inquit: vobis supplico cesar vestram maiestātē appello. ve-
strum officiū imploro vestraz clementiā obtestor. reddite iudiciū inopi
iudicate potentē meam calamitatē inspicite: nemo vos magis q̃ iusticia
mouet cesar. Et in hūc modum infinita. Hoc & mihi facere liceret: sed ve-
terem morem magis cōmendo. Et cum summos illos imitari sapientes

170

in eloquētie atq; philosophiē studiū nequeam. In hac certe parte ipsoꝝ
 vestigiū inherēbo. Ideo te quīuis dāro sanguine cretus & multa doctrina
 sis fretus singulari appellatione saluto. Et sicut Iulio cesari scribens Cice
 ro se anteponebat: sic & tu equo animo feres Eneam tuū in ipso primo
 epistole angulo intueri quia non arrogātis est sed veteres imitantis: quorū
 ignorantia modernorū sciētie prefero. Nunc quid ex te velū paucis ac
 cipere. Retulit mibi vir mitis & mibi amicissim⁹: imo alter ego. Michael
 de pfullendorff notarius impialis te pluribus libris abundare. quorū no
 mina etiā mibi pscriptit. Inter illos nonnulli sunt quos visere cupio non
 q̃ antea nō plegerim: sed q̃ diu illis carui. Et sicut amicus post magnam
 tps̃ intercapedinē avidus est amici videndi: sic mibi cupiditas est contu
 bernalis illos meos quibus nimis priuatus fui: in domū recipe & p ali
 quod tps̃ eē cum eis. Hoc pōt mibi p̃stare humanitas tuā vt me Michael
 instruxit. Est em̃ apud te Ouidius de tristibus de arte amandi & amoris
 remedio. Therētius q̃q; Comicus & Hieronym⁹ in epistolis quos tam ex
 peto relegere q̃ nunc pascalem adesse diem. vt piscibus atq; oleribus &
 oleo semotis: vesci carnibus possim qd̃ desiderū si tua benignitas imple
 ret: magno me tibi nexu retinebis obnoxium. Erubesco dum sic scribo.
 Namq; cum nulla inter nos vsura p̃cesserit nullaq; notio: temerariū quo
 dāmodo videt me beneficiū ex te petere. Quisquis em̃ p̃scere aliqd̃ cu
 pit ante om̃ia se se debet metiri & an impetratu sit dignus rigida trutina
 re censura: ne postulatīs carēs & dāno & irrisione mulctet. Sed neq; ego
 hoc pretermisi. Sunt em̃ nonnullē rōnes que mibi spem faciunt te meis vo
 tis annuiturū: quas breuiter tibi exponā ne me temere atq; incōsulte mo
 tum iudices. Om̃s qui libros cumulāt aut oblectari illis & fieri legendo
 peritiores cupiunt. Aut videre amatores sapientie volunt vt trāseuntes
 p viā digitulis mōstrent. Hi sunt q magnas & p̃ciosas hnt̃ bibliothecas.
 In quorū plateis Aristoteles. Plato. Cicero. Seneca Virgilius. Liuius. &
 ois vetustas delitescit. Priores quidē vt gaudiū p̃fectū habeāt: opuscula
 comunicāt: comodant & in comodatū recipiūt: transcribi pmittunt. & tā
 tomagis exultant quāto vulgaciōra sapientū virorū volumina cōspican
 tur. Alii vō tanq; thesaurum libros recondūt & corrodi potius tinea &
 opizis muribus ferunt q̃ in apertū dari velint. Nec tam diligētē vellus
 aureum draco custodiebat. aut aditū ordi cerber⁹ q̃ isti suos libros: quorū
 dumtaxat marginibus & aureis oblectant: nunq; quid interius sit aut le
 gentes aut intelligentes. Qz si tu ex his esses nunq; vel tibi scribere vel te
 alloqui tēptāsem. Sed aiūt om̃s qui te norunt: similē priorib⁹ esse q̃ poe
 tas & oratores non vt in tetto carcere claudas. sed vt ad tuam & cōmūc
 vtilitatē publices emere cōgregareq; studeas. Aiunt preterea te fore in
 omnibus rebus liberalem: benignū: munificū: & tum in om̃s homies.
 tum in eos qui tuorū studeorū amatores sunt largum atq; beneficiū. His
 ergo allectus morib⁹ decreui has meas litteras ad te dare teq; hortari ro

gare obsecrariq; vt p aliquod tēpus in vsum meū oratores & poetas q̄
prescripsi venire pmittas : qm̄ ad te nibilo peiores reuertent̄ : sed potius
p̄ ridētia prata & floridos agros verni tpe transeuntes mecū postq; cō-
fabulari aliquātisp̄ fuerit tanq; recreati alacriores te repetēt. Quia nullus
est tāgratus locus: nulla societas tāiocūda: cuius non aliqñ emergat satie-
tas. Missos igit̄ illos fac vt nō solū mibi sed vt ipsis etiā geras morē. Ad
bec accedit Michaelis q̄ apud te est familiaritas : huic etiā placebis. Et is
vadem cū dño vvilhelmo racz p̄bonotario regio & tui obseruātissimo
lē dabit. libros nō iturus esse sinistrorsum: sed a te pura fide remeatu-
ros. Addo & tertiū qm̄ mibi etiā libri sunt q̄rū te potero cū volēs p̄cipē face-
re & sic vicissim tumeis vteris opuscul' & ego p̄suar tuis. Vt ḡ finē eple
donē. Credo me nō eē stulta petitiōe vsū. si id postulo qđ morib' tuis est
cōsentaneū cōcedere. Si tute n̄ potes annuere: si tua etiā in eo versat̄ vt i-
litas: si nō solū meā s; etiā Michael' amātissimi tui cōmoditatē pmoueo.
Tu fac vt rōne poti⁹ obtineā q̄ ceca fortuna repellar: mibiq; vti māc pio
impera. Datū in nouaciuitate austrie qnto idus aprilis. Anno. M. cccxli.

Heraldorū nomē & officiū vnde exortū sit. EPIS. CXXVI

Neas dei gra eps senen. dño Jobāni binderbach secretario regio-
e & amātissimo fratri. S. p. d. Querē multi solēt vnde sit heraldorū
nomen exortū Quis beraldos primos instituit: & quid offici ge-
nus bochoim̄ inter mortales habeat. Que res mibi quoq; aliqñ fuerunt
dubie. Sed cupiēti plurima nollevt est humanū ingeniū. qrentiq; certior
fieri. apud angliam que olim britania dicebat̄. in sacratio nobilis edis san-
cti Pauli londonienē. vetus bistoria in manus venit. añ annos sexcentos
vt signatū erat conscripta q̄ si vera est & mee pot̄ & aliorū satisfacere cupi-
ditati. In ea quid inuenerim tibi scribere decreui vt acri tuo iudicio cum
viro primario & doctissimo domino Vlrico de monte solis quid tenen-
dum sit censeas mibiq; rescribas. Aut bystorie tuthides grecus annotat⁹
erat: quē fama celebrē darumq; nouimus: trāslatoris nomen nullum in-
ueni. Constat tñ peritum fuisse qui magnū illum & facundissimū autore
latine lingue non minorē q̄ grecus est reddidit. Non teneo verba bysto-
rie vt erant contexta. Sententiē memini in ea ad hunc fere tenorē scriptum
erat. Heraldī sunt qui apud maiores nostros heroes vocitabant: quos
maiores hoibus: diis minores fuisse tradunt. Nam que pristi rebus ge-
stis inf gnē videbant gratū populis virtute sublimē in deorū cetū collige-
bant. Si modo miracula extabant quibus eam supra naturā aliquid ope-
ratum fuisse constaret. At si miraculi nihil erat virtus tamē admirabilis vi-
debatur: hūc neq; deum neq; hominē compellare phas putabāt. sed me-
dium inter vtrunq; sortiti vocabulum heroem vocabant quasi semideū:
sic heroes introducti a quibus corrupto vocabulo beraldi sunt appellati
Illos aut̄ instituit primus omniū Dyonisius qui etiā primus armatus
& cum exercitu inuasit indiam ac rudes illos & agrestes homines corti-

abus arborum & crudis ferarum carnibus vtētes in vrbes legit: boues
 aratro iungere: frumenta serere: deos colere: nutrire comam: mitrā ferre
 & vnctiones docuit vngentorū. Fuitq; bis dator vini sicut & grecis: ar-
 mauit eos armis martialibus & ad vsum vite cultioris erexit. Quibus cō-
 positis cum vellet abire atq; alias lustrare regiones fuerunt complures in
 eius comitatu qui iam senio confecti & assiduis attriti laboribus neq; re-
 manere volebant sine rege neq; sequi ducem volebant. Recellumq; prin-
 cipem lacrimis & fletibus obsecrabant vt sui miseretur. Ad quos liber pa-
 ter. ponite curas inquit cōmilitiones fratresq; mei diu pugnastis diu me
 secuti estis. ego alia ex aliis in fata vocor: vobis iam parata quies & hinc
 premia laboris vos manent. Sinite hic & urbem hanc terrā quam vestri
 mihi lacerti quesiuērunt possidete. Ego vos bodie militie laboribus ab-
 soluo. veteranes milites esse volo heroasq; vocari. Munus vestrum erit
 reipublice consulere fontes arguere: laudare probos: ceteris muneribus
 vacabitis: quocunq; gentium terrarumq; veneritis. victumq; veneritis. Xenia vobis prin-
 cipes offerent. suasq; vestes cōdonabunt. Stabit fides dicto vestro: men-
 datia horrebitis: proditores indicabitis. qui seminas male habent os in-
 fames alleuerabitis. In omī terra libertas vobis esto: securusq; vobis trā-
 situs & incolatus. Si quis vos vestrūq; verbo factione angariauerit quē-
 piam gladio feriet. Ceterum ex amicis meis bacchissimū. Spartebam
 vobis regem indiscq; constituo. qui volis alimenta prebeat & annuas sti-
 pes. Qui custodiat priuilegia vestra: & honoratos vos habeat ex grege
 vestro ad regni fastigium euocatus: vos illi consuleat & posteris. Cuius si
 genus defuerit ex vobis vestrisq; liberis reges indorū finito. Atq; sic ad-
 hortatus heroas Dionysius ex india duxit exercitum. Spartēbas autē re-
 gnauit sup indos quinq; ginta & duos annos. Budāq; filiū successorē reli-
 quit qui cū regnasset annos viginti instituto filio cradenavitā finiuit. Ac
 post eū p duodecim generationes herou soboles vsq; ad herculē reguit in
 india. Hercules at cū domitis terrarū mōstris ac seuiicia tyrānorū deleta pe-
 netrasset. Indiā regnū herou in se recepit. Priuilegia tñ his nō ademittis
 auxit eorū numerū cōscriptis inter eos qui secū ad hispania & mauritania
 militauerāt & cōtra gerionē triplicis aie & antea terre filiū arma tulerant
 longis itineribus & senecta etate defunctis. Sed cum venisset ad mortē
 multosq; filios hiet. (Multis em mulierib; mōimonio iūctus fuit) vnica
 autē filiā sustulisset pandeā noie huic regnū cōmisit. Et vt ostēderet heroas
 qntū faceret p ceteris liberis vnū ex nūero herou noie iobarē virū filie de-
 dit. qui regē gereret quingētosq; huic elepbātes q̄ttuor milia equitū &
 centū triginta milia peditū cōstituit qbus regnū tueret. Ex hoc nate po-
 limbotras a q̄ dicta est vrbs maxia polimbotra. Cui? posterioritas vsq; ad
 alexādrū magnū p centū & triginta octo reges indiā gubernauit. Ex qui-
 bus ortus ē porr? cui? virtutē mirat? ē alexāder atq; adeo duxit vt victor

uictō regnū dignitatēq; restituerit. Tum quoq; Alexander ex suis mili-
tibus herodas legit senes quingētos. longa & laboriosa nimis militia cō-
tritos. q̄s porro cōmendauit. quibus singulis annis in singula capita vi-
ginti argēti talēta daret: adiectq; priuilegijs herodū vt auro & purpureis
coccineisq; vestib; & paludamēto vti possent. quā & arma regia & insi-
gne deferre quis gentiū terrarūq; loco fuerint. Si q̄s hos manu pulsasset
aut verbo lesisset. eum capitis reū eē bonaq; sua fisco deberi. Sic tūtibides
vt ille refert qui trāstulit q; filia herodotū & didimū & magastē & xene-
fontē sentire p̄tēdit. Additq; demū ex p̄sona sua auctor ignot⁹. Habem⁹
igit heraldosq; nomē idē significare qd apud veteres herodū significabat.
Dyonisiūq; primū hoc gen⁹ hoīm ap̄d indos instituisse. Officiū eorū esse
vt regib⁹ assistant vt p̄solāt reipublice vt virtutes extollāt vicia fulminēt
Nec aliud sunt q̄ milites veterani q; post multa egregia facinora multaq;
bella mirifice confecta & amplissimos triūpbos exbauisist viribus fessiq;
senio a labore militari remittunt & in curiā cōsulturi accerfunt. Traditū
quoq; apud maiores est b̄mōi hoīes semp bonoratos fuisse actum saulis
tum Dauidis tū Salomonis tū ceterorū regū hebreorū latera cōstipasse
quā & inter machabeos hec dignitas locū obtinuit. Legim⁹ & Iuliu ce-
sarem cū vīto pompeio in egyptū prexisset hoc noīe & hoc honore ple-
rosq; suos cōmilitationes donauisse q; secū & in gallia & in britania & i ger-
mania & i grecia: forti pectore militauerāt. tāq; torpēte senecta lāguebāt
Nec Octauian⁹ August⁹ hoc p̄clarissimū gen⁹ hoīm neglexit: q; supato
ap̄d acciū Marco Anthonio extincta leopatra. cū parthorū supbia timo-
re posito veniā postulasset: ablatoq; Marco Crasso cū p̄ciōs munerib⁹ si-
gna remisisset. tū reges indorū ad samā tāti noīs moti vsq; ad hispaniā le-
gatos misissent. ac vltro parere se romano impatori obtulissent. Cū sub-
merso cātastro terra mariq; patē roman⁹ pp̄lis b̄iet: clausissetq; denuo ias
portas b̄mōi: fert legē tulisse. Om̄s idcirco mortales exercere se solent &
obiectare piculis & aliqñ pace frui quiete possint. Nec labor est vllus qui
premia nō expectet. Itapropter maiores n̄i militibus qui bñ pugnaui-
sent: non solum stipēdia q̄bus se suāq; possent nutrire familiam: sed hono-
res amplissimos p̄stituerāt vt coronas: armillas: bastas: & alia virtutis in-
signia q̄n solamē & premiū laboris exacti. Silt & nos facere decet q; diis
fauētibus & magna virtute militū rē romanā restituim⁹ & altā pace toto
reformaui⁹ orbe ne milites q; longa & durissima nobiscū bella pegerūt
a c̄ plurimū sanguinis tū sui tū hostiū effuderūt sine mercede tāti laboris
euadant. Quisq; ḡp decennii nobiscū militaueris. Si mō q̄dragenarius
fueris siue pedes siue eques stipēdia merueris. militia post hac & om̄i la-
bore vocato herodes esto veteranusq; miles. Nemo te ciuitate foro tēplo
bospcio domo prohibeat. Nemo tibi crimen ascribat. onus imponat.
pecunia ex te querat. Si quid peccaueris solam cesaris vindictam expe-
ctato. Quicq; d turpitudinis admiseris hoīes: te iudicē p̄palatorēq; time-

ant seu priuati seu principes fuerint. Quod dixeris affirmaueris. nemo
 falsum arguat. Libera & apta tibi oia itinera locaq; sunt. In edibus prin
 cipantū mensa tibi potusq; esto. Sūpēdia quibus te tuāq; domū serues
 ex publico quotānis habeto: quā legitima face duxeris vxor. ceteris fe
 minis preferat. quem exprobaueris infamēq; dixeris. hic reprobat' bo
 mo & infamis esto. Arma insignia noia & ornāmēta heros ferto q; reges
 decent. Que dicere aut facere velis vbiuis gentiū locorū nationūq; faci
 to. Si quis tibi iniurius fuerit ceruice careto utq; senectuti tue quietius
 cremonensiu qui contra vos anthonii ptes fouerunt agros tibi tuiq; fili
 bus viritim diuidendos assignamus. qui si pauci fuerint addimus & mā
 tuanos ut bona fide & alta v̄tute p̄fuisse te reipublice gaudeas. Sic Octa
 uianura veteranos suos honorasse confirmāt decreuerat idē penus Ha
 nibal facē nisi fortuna fractus aduersa Anthiochi regis & prunice coactus
 fuisset. supplex tribunalia petere comperimus. Arbilam hunorū regem
 quis efferatū & inanem gloriā. similia suis veteranis priuilegia cōtulisse
 Neq; Theodericus gotorū maximus & audētissimus rex heroas inho
 noratos reliquit quibus & ciuitates & puīcias tributarias fecit. Caro
 lus aut magnus qui primus post grecos apud romanos suscepit imperi
 um: germanus homo ex antiqua francorū p̄lapia natus postq; saxones
 sepius rebellātes multa vi domuit: ac feces hunorū longobardos ab in
 festatione romani p̄sulis exterruit. suscepto cēsaris nomine & Augustus
 appellatus: milites om̄s qui tanti laboris comites fuerāt: in bunc mo dū
 honore fert & libertate donasse. Ite inquit milites mei vos heroes voca
 bimini: socii regum & iudices criminū. Viuite postea labores expertes
 consulite regibus & publico nomini turpia corripite: faucte feminis: iu
 uate pupillos cōsilio circūdate p̄incipes. ab his victū vestitū stipendiūq;
 petite. Si qs negauerit in gloriā infamīq; esto. Si quis iniuriā vobis intū
 lerit reū se maiestatis agnoscat. Vos aut caueritis ne tantū decus tantūq;
 priuilegium iusto bellorū labore partū aut ebrietatis: aut scurrilitatis aut
 alio quouis vicio maculetis. Ne qd vobis largimur ad gloriā: redundet
 ad penam quā devobis sumendā si forsitan excesseritis nobis & successo
 ribus nostris romanorū regibus p̄petuo reservamus. Hec sunt q; de no
 mine & institutione heraldorū quos heroas fuisse cōstat apud antiquos
 scripta cōperimus: Cur aut nostris diebus qui nūq; militarunt & abiecti
 quidā homines hoc nomē assequunt. nescio causam nisi quia om̄ia dege
 nerant: nec est hoim genus qd stet suis legibus. Nam & indocti doctio
 ris insignia recipiūt: & qui nuduz nūq; ensē viderunt militiā p̄sentē
 nitentq; calcaribus aureis atq; ut de nostra dignitate dicamus: absq; lris
 absq; moribus sermone lenes atq; vita cathedrā pontificālē audem' ascē
 dere. Quere religiones p̄curre mechanicas artes: om̄s oberrant nibi est
 quod suis legibus puris inuolatisq; p̄seueret. Vale & si quid habes qd
 bis consonet auctoritate dignū & fide scribito nobis: nūi memor & amās

Cuius rei Michaelē pfullēdorffiu cōsecrariū tuū & nri diligētē doctrina plenū aut iudicē aut arbitriū expiēmur. Ex viēna Kls Junii. Anno domini. M. cccdi.

Passagiū q̄ difficile conduci possit in effectum arguit pluribus ex rōnibus.

EPISOLA CXXVII

1 Ittere ad me tue amātissime Leonarde duplitate & triplicate peruenērūt. In hōidus hortaris me magnopere ad rem bellicāz institutendā p mea virili q̄n apud cesarē seruiō operas nauē facis vt xpianum decet & hōiem senis natus cuius est (nescio q̄re id fiat) q̄ minus potē eomagis de cōi bono anxiū esse. Laudo tuū cogitatū: tuas curas probō. Vtinā tui similes rebus maximis pēssent. Credo multo melius xpianitati esse consultū. Nāq̄ sic verū dicere libet: nimia ē inter orbis nri rectores somnolētia aut aduersus officiū aut pter officiū om̄s intēti sunt. Arbitror te iam cognouisse q̄ sunt apud ratispānā gesta & q̄ negligētē eo conuentum est. Ex italia nulli cōparuere. Nam legatū venetorū prius solutū aut diuere conciliū quā bauariā ingrederent. Vnus mihi videt sup om̄s laudandus princeps Philippus burgundie dux. qui etsi eēt britanico bello implicatus vocatus tñ ad cōuentū qui p salute ppli xpiani erat inditus noluit excusari: noluit reipublice deesse. Cōgregationē q̄ cōmune bonū tractare videbat sua presentia noluit eē priuatā. Venit igit ratispānā iurumq̄ se contra thurcos in psona ppria pollicitus est. Si vel cesar vel rex hungarie vel alius magnus princeps exercitū duceret. Siminim? missurum se quas posset copias: neq̄ bis in rebus excusatū se habere voluit: nisi tale sibi supueniret impedimētū q̄ tota xpianitas legitimū reputaret. Quis hūc satis cōmēdare pncipē posset. Nemo ē inter xpianos cui min? timendi sunt thurci & infideles ceteri q̄ duci burgūdie: Nemo tñ est qui p depulsandis atq̄ cōprimēdis hostibus fidei sollicitior eo reperiāt. Vnde ista mens homini. Non cupido rapiēdi hunc trahit: cui sunt opes infinite: non spes vlla voluptatū quib? frui victores putant: qui est iam euopfectior. Et si delicias amet nūq̄ maiores q̄ domi reperiāt. Non augendi dominiū ratio qui se nouit in grexia aut in asia nequa q̄ regnare posse. Sed est hiereligiosus princeps amat eccliam matrē suam. Cupit fidei noistre consultū eē: dolet cum aude xpianū nomen blasphemari. Misere in felicibus aiabus q̄ diētenus in captiuitatē a barbaris rapiunt. Pudet eum ignomie quam thurci nobis inferunt. Est em̄ nobilis animus: non potest mens alto sanguine nata non alta meditari. Nihil turpe ferre potest generosus spīritus. Videt se dono dei amplissimis & populosissimis regionibus pfectum: multisq̄ beneficiis cumulātū. Non vult ingratus videri. Recognoscit munera in se diuina esse q̄ plurima vult pro sua facultate vices reddere. Meminit Iohannis patris sui: quem thurci pugnātē pro fide catholica captiuarunt. Cupit vlcisci paternū vulnus: imitariq̄ maiorū suorum vestigia: quos pro fide orthodoxa constat fuisse ardentissimos.

Huius igitur opera factum est q̄ in conuentu ratifpanēsi nonnulli articu-
li conciperent quorū ego copiam rectoribus nostre vr̄bis feci. Nec me
dubium tenet quin tu illorum noticiā habeas. Nam & illustri dominio
venetorū. apud quod nunc moram trabis articuli per suos legatos bu-
iusemodi missi sunt quorū si fiet executio nihil erit nostre religioni ti-
mēdum. Cesar eiusce rei cupidus nouū apud franksfurdiam cōcilium in-
dixit. Id futurū est tertio kalēdas octobris. Cesar aut eo securiamq; suā
transferret aut presidētes plena potestate suffultos mittet: neq; negliget
quātum in se erit conuentus. Nunc quoniā de me multa dicis: reuerbo
tibi que mihi incūbunt. Optaui domum reuerti visere amicos: consolari
ac pascere quocunq; tandem pastu valerem meas oues supplicauī cesari
benignam mihi vt licentiā preberet: qua patrios lares peterem: non ob-
tinui. Ait enī sua serenitas necessaria sibi esse seruicia mea dum instat apā
franksfurdia dicta dies. Eam ob rem fero moleste meū exilium: vereorq;
quod nuper sum expertus. Etenim cum ratifpanā pgerem inuasit me do-
lor pedū quem podagram medici dicunt: que res mihi intereundū acer-
bissima fuit. Non tamē neglexi cōmissum onus. Iter cum magno labo-
re peregi: adeo vt pede ad sellam suspensio vnius diei viam fecerim cum
inter asperrimas alpes non esset quadrigis locus. Idē timeo ne mihi nūc
accidat: si vt mentem intelligo cesaris vel mittar inter legatos: vel suam se
qui serenitatem subeam. Sed quid agam quis ego sum qui tantū imperiū
effugere possim. Video insup res maximas eē ad quas teneor & vniuer-
se christianitati viles. Quid in laborem pro facultate mea statui manere
& ad meam exilium paucos menses addere: donec franksfurdii cōsiliū
finiatur. Impatiam meas operas in cōmune bonum. Et si nequeo grādes
manipulos in aream ferre dominicā at saltem spiculas aliquot in borreū
ecclesie referam. Neq; enim deus noster tam facta hominū q̄ mentes in-
spicit. Et laudatā iu euangelio mulierculam legimus que duo era minu-
ta in gazophilaciū obtulit. Illud autem oro Leonarde amatissime ne vel
passagium contra thurcos instituedum italice pace compares. vel me mo-
nachō qui illam conduxit equiparādum putes. Nāq; si pulcherrime & ve-
re dices nullam esse psonam adeo tenuē per cuius manus nequeat sive lit
diuina maiestas res maximas conficere. Et addis exemplum nostri t̄pis.
Nam pacis italice humilis & quodāmodo despectus heremitarū sancti
Augustini monacellus auctor habet. Nō est t̄n equa rerū & psonarū pro-
portio. Pax. n. italica et̄ vt ais rome ad maturitate p̄duci nō potuit: adeo
t̄n in alto illo sumi p̄sulis igne cōsistoriali decocta fuit vt p̄uo postmodū
sole potuerit maturescere. Erāt et̄ p̄tes q̄ p̄tē debāt lōge defesse bello cōtri-
te atq; exhaurite: intelligebātq; nisi concordia amplecterent vtrinq; fun-
ditus eē peundū. Nec plurima erāt capita quorū sensus cōbinādi ad cōfi-
ciendam italice pacem viderent. At negociū hoc gerendi cōtra thurcos
belli: rude ad huc indigestū & pene intactū est. Nec germanie aut gallic

principes quoq; potissime mentes excitade sunt satis intelligere possunt
 quid sua non intersit: contra tiburcos arma mouere qui sunt ab eis remo-
 tissimi. Quis insup galliam aut germaniã armet nisi cerebra pene infini-
 ta coniugat. Adde q; om̃s italice vires ad maritimã classem sunt vniende
 Qualis deinde inter me & monachũ italice pacis inuentorẽ cõparatio ca-
 dit. Fateor quia nihil ẽ repertori ac rectori orbis factũ difficile velle illi &
 posse vnum est. Nec inficias eo spirare vbi velit spiritũ dei: qui & aliquã
 do infima mundi eligit vt fortia q;q; cõfundat. Sed audi psonas q; dispa-
 res adnectis. Ego illum monachũ qui partes italie dissidentes composuit
 crimie mundũ: longa vite sanctimonia cõprobatũ doctrina plenũ. Nihil
 miror si deus instrumentũ elegit p qd pacaret italiam. At istic q;uis tur-
 pitudinem pdo meam longe a me absunt. Habet in me deus multa que
 puniat: nulla q; premiet. Quo igit pacto me velut organo magnis in re-
 bus vtaẽ. Vereor vereor vt tevera non celem. nedũ me grãdibus ingero
 negociis: impedimẽto magis q; p̃motioni repcriar. Tu desine de me ti-
 bi multa pmittere: ac me domi q; foris malis cimbã fortasse nõ inutiliter
 regam. Nauis magne si clauem tenuero & me simul & nautas perdam.
 Frackfurdie si fuero nauderos inuentã optimos: atq; ipe remigis officio
 fungens peccatorũ meorum partem delebo: bectibi de me volui dixisse.
 Nunc de ordine dato pauca disserã. Scripsisti vocãdos ẽẽ multos ex ita-
 lia ad conciliũ ratispanesẽ putasti id futurũ constã. simile ne dicã basiliẽ.
 quod in annos viginti p̃tensum est. At nostrũ exacto mense finẽ accepit
 Indictum ẽẽ aliud bucrursus vocantẽ ex italia rex aragonũ: veneti: ianuẽ-
 ses: florentini: senẽ. lucani. Comes quoq; Franciscus: q;uis non est inue-
 nitus de ducatu mediolanẽ. accersit & dux mutine: marchiones insup
 mantue: mōtisserrati & saluclariũ. Videbim⁹ quãtus erit nostrorũ feruor
 itatorũ. Regibus quoq; francie anglie bohẽmie hungarie polonie dacie
 suecie norvnie scotie lre dantur vt ad conuentũ mittant. Principes ala-
 manie adesse: comitates mittere legatos iubent. Si erit cõuẽtio grandis
 spem bene gerende rei summã. Si pauci conueuerint obrigestam. Dices.
 Quid sentis: quid putes futurũ. Mallem tacere. Mallem op̃inionẽ meam
 esse falsissimã ac mendacis q; veri p̃pbete nomen. Dicam tamẽ q; meus
 presagit animus. Non spero q; opto. nil boni mēti mee psuadere possũ.
 Quare inquis. Quare inquã. Ego bene sperem xpianitas nullum habet
 caput cui parere om̃s velint. Neq; summo sacerdoti: neq; impatori que
 sua sunt danẽ. Nulla reuerẽtia: nulla obedientia est. Tanq; ficta nomina:
 picta capita sint: ita papã impatoremq; respicimus. Suum queq; ciuitas
 regem habet. Tot sunt principes quot domus. Quomodo tot capitib⁹
 quot regunt xpianũ orbem arma sumere suadebis. Age dicito cõcurrere
 in bellum cunctos reges. Cui ducatu dabis. Quis ordo in exercitu erit: q;
 disciplina militaris: que obediẽtia: quis pascet tantũ populũ: quis intelli-
 get varias linguas: quis reget diuerfos mores: quis anglicos amicabit.

gallicis: quibus ianuenſes cōiungēt aragonēſibus: quis theutones hun-
garis bohemiſq; conciliabit: Si paucos cōtra thurcos ducis facile ſuccū-
bis. Si multos cōfunderis. Vndiq; ſunt anguſtie. Perge vltra atq; inſpice
xpianitatis vultum. Pacata inquis italia eſt facile aduerſus exteros arma
ſumēt domi quieta. Neſcio q̄ quieta. Inter regem aragonū & ianuenſes
ad bucellū reliquie manēt. Nec ianuenſes bi ſunt qui cōtra thurcos pu-
gnaturi credant quib; tributa pendere dicunt. Veneti cū thurcis ſedus
percuſſere. Et quis aut ſe ſumpturos arma p nra fide: ſi ceteri xpiani bel-
lum thurcis indicāt. Quis hanc cōditionē implebit? Vocare nūc rogare
atq; excitare venatos oportebit: qui ceteros imitati eēt ſi pax eis cum
thurco nō eēt. Quid cū italiciſ facies q̄ due nauales potētie & quidē ma-
iores deſunt. Rex aragonū q̄uis eſt potētiffimus & ad cōe bonū ardēs:
baud q̄q; ſolus bellū nauale cōtra thurcos agitabit. Sūmī pōtifficiſ quan-
ta ſit claſſis non ignoras. Deſicit igiſ nobis altera belli pars. Nā cū terra
maritimo bello ſperem? Patebit aſianiſ elleſpontus. Et ſi cetera bellū ge-
rat: infinitas ex aſia copias in greciā thurci traducēt. In hiſpania uoſti q̄
multi ſunt reges potētia regimine volūtate & opinione diſpares. Neq;
illi in extremo iacētēs occidenti ad ſeptentrionē trabēdi ſunt. Eſtq; quod
agunt cū granatenſib; domi. Rex francie & ſi toto regno pepulit hoſtē:
marinas tamē horas inquietas habet: nec militem extra regnū audebit
mittere: dū claſſes ex anglia repetinas timet. Anglici nil aliud animo ge-
runt q̄ vt repulſam ex franciā vindicent. Scoti: dani: ſueti: noruegi in vlti-
mis orbis oris ſiti: nihil ē qd extra domū queant. Theutones inter ſe di-
uiſi nulla in pte coherēt. Ciuitates cū principibus diſſident. Et ipſi inter ſe
principes nullo concordie vinculo tenent. Suiſenſes cū duobus aſtrie
vetus odiū tenent. Comes palatinus archiepo mogūtino inſeſt. Duc-
tus lutzelburgenſis inter regē bohemię & ducem burgundie litigioſus
pendet q̄uis ſunt ad kl's vic; nouēbris in eam em inducie. Duces ſaxo-
nię de ſexaginta caſtellis cū bohemiſ litem habent. viraſiſſauienſes re-
ſiti p bohemię regem. homagiū facere recuſarūt: niſi ad ſe rex pſificatur.
Pruteni qui religioſ ſancſe Marie theutonicor; ſubieſti fuerunt: excuſſo
priori iugo ad regē polonię defecerūt. Iſq; nūc regionē ingreſſus cū con-
iuge ſacramenta fidelitatis accipit. Lignicenſes quos Ladiflaus rex gu-
bernatori bohemię dederat ſubire iugū recuſant. Nec puduicenſes pare-
re domino de roſſis volūtarii ſunt q̄uis dono regis ad eū pertineant. In
aſtria nihil quieti eſt. Baronem eyeninger dominantem ſpernūt. Ciuita-
tes amant ſeditiones frequentes aguntur: vuancho bohemiſ cum dua-
bus milibus latronum regionem longe lateq; vexat. In vnienna crebra
ſiunt incendia: nec actores in ſama; veniunt. In hungaria prelati & baro-
nes inſenſi ſunt Iobanni vainode: qui quondam gubernator fuit: nūc ca-
pitani nomen tenet regniq; maximā partem occupat. Giſſra bohemiſ

inuestitus a rege de territorio sepulion in bŭgaria ad possessionē venire
per Iohannē impeditur. Disputus rastiē q̄uis thurcis vnitus putet: at-
xilia tamen regis bŭgarie petit & thurcos asserit bello paratos. Nihil tñ
ad hec hungari mouent: sed habituri potius indutias siue cōcordiā cum
hoste q̄ moturi bellū credunt. Ede nūc in tanta rerū varietate quid sperā
dum aut timendū sit. Intuere deinde mors boīm ac nostrorū principū fa-
cta cōsidera quātus auaritiē sinus patet. quanta inertia quāta voracitas.
Nemo litteris aut bonarū artium studiū intentus est. Et tu cū hīce mo-
ribus deleri posse thurcorū exercitus putas: vtinam tu verax inueniaris:
ego fallax. Vt cunq; res sese habet: manebo ad dictā diē frankfurdiē. &
si nō prodero reipublice xp̄iane. macerabo tñ meipm & in vindictā meo-
rum delictorū affligam corpus & mentē. Si quid in cōmuni redundabit
boni tāto id libētius videbo. q̄to magis preter spem eueniet. Tu vale &
me vt soles ama: & si amasti parū amores auge: qm̄ ego te p̄ tua virtute
vehemētē amo. Ex nouaciuitate die. v. Iulii. Anno. M. ccccxxliii.

Excusatio regis dacie quare ad dietam non venit.

Euerendissimo principi

EPISTOLA CXXVIII

r dño. F. diuina fauēte clementia: romanorum imperatori semper
augusto duci aŭtrie ꝛc. Cristernus dei gratia regnorū dacie hor-
uegie sclauorum gothorum rex: comes in aldenborch & delmanborst.
Salutem & triumphantis victorie continuū incrementum. Perlectis no-
uissimis imperialibus litteris nobis directis: merore cordis & mentis an-
xietate indicibili vrgebamur. Cum videamus tandem virus pestiferum
in christianam fidem dudum congestū: viperam illam balymamech thur-
corum tyrannum feraliter euomisse: & quod in sue impietatis contenta-
culis fabricauit incentiuum sue iam crudelitatis detexit. Hunc non am-
bigimus imaginem bestie illius gestare. quam Iohānes euangelicus va-
tes ascendente de mari preuidit. tertiam partem stellarum ad ima tra-
hentem. immo asiam & african: & iam suis execrabilibus spui citius eu-
rope terminos defedantem videre videmur. serenissime imperator & fra-
ter charissime quod cum singulari mesticia referimus statuum omnium
& sexuum omnium religionem fidem & vrbano mores in populo chri-
stiano adeo a iusticie tramite declinasse q̄ diuinam non cessent irritare &
prouocare vindictam. In illos precipue qui aliorum vita & exemplo de-
berent merito esse ductores: vnde vltione condigna hoc nostro tempo-
re quo peccata magis & vicia subrepunt: flagellis & plagis grauioribus
exciabrāt ur. Nullos enim christianorum fines per vniuersi orbis machi-
nam a peste dadibus vel incurſibus hostiū eximi videre aut cognoscere
valeamus: omne quoq; solum vbi christi nomen colitur: crebris agitari
& oppugnare contrariis. Neq; propterea vllam diuine miserationis &
pietatis recuperande: maiorem adesse fiduciam q̄ q̄ incipientes a capiti

bus diuinis institutis & bonis moribus fm euangelicam legem resum-
 ptis: priorem culpam & noxas emendemus in melius: quatenus placa-
 ta diuinitas suorum calcorum felicibus propitia nō desit optatibus. Hec
 sunt inuictissime cesar arma fortissima: propugnacula munitissima & se-
 cura presidia quibus aptius & facilius: immo felicius & fructuosius bo-
 stium vires & frontem superbie demoliri conueniat q̄ militari-
 bus q̄ bellicis munimentis. Hoc quidem exemplariter pbisicis traditioni-
 bus comparatur q̄ medici satagētes noxiales a corporibus chymos re-
 pellere per prius anthidotis & cathaplasmate congruentibus prepara-
 tas ad exitum superfluitates deinde formato expellunt. Sic ergo imperi-
 alis maiestas erga deum celi deuota superioribus & inferioribus sugges-
 rat melioris vite feruorem. Interioris em̄ conscientie penitētia cilicio fac-
 co & cinere: non auro vel argento: non exquisitis monilibus nec in arcu
 fortium: aut robore potentatus niniuite diuinam contra se concitātam
 placuere furorem: tunc augustalis maiestas superno adiutorio comite
 cum exelcitibus christianis hostium castra penetrabit secura: omnesq̄
 barbarorum constringet conatus ausus armis & potentia vindicabit.
 Eruntq̄ hostium vires angelo domini cobortante: sicut stipula ante fa-
 ciem venti & titubunt pauore & timore sordescēt. O saluberrimum &
 iocundissimū omen: si fata prestassent. q̄ regnorum nostrorū rebus com-
 positis que variis impresentiarum contrariorum detinentur amfracti-
 bus cum proceribus nostris quos numero & solertia militari ornatissi-
 mos obtinemus: cum vestre serenitatis contubernio pro fide catholi-
 ca: pro gloria immortalī: pro illius nomine qui nos suo sacro cruore re-
 demit: pro fidelium ibidem a thurcis oppressorum tutela: in cesarea co-
 mitiua adesse possemus. Testamur deū nihil nobis gratius nobilq̄ opta-
 bilius q̄ in tam sancto opere adesse liceret. Condolentes ex ipsis cor-
 dis visceribus imperiali constantinopolitanē. vrbi: & venerande patri-
 archali ecclesie quam Constantinum magnum primum post Philippum
 orthodoxorum cesarem predecessorem vestrum fortissimis menis ob-
 firmatam suo nomine que prius bisancium dicta est: & presentia legitur
 decorasse. Vbi summa ecclesiastice & imperialis maiestatis viguit san-
 ctio. Ibi fuerat legum sacrarium: fidei viguit norma & religionis speci-
 men institutis & obseruātis religiosissimis preornata. Licet & ibi quan-
 doq̄ sathan non absuit: qui Arium: Sabellium: Manicheos: Nestori-
 um: Macedonum: Dipstorum: Euticem & ceteros suscitauit hereseos: &
 qui in agro domini in tritico fidei zizania seminauit. Verumq̄ impe-
 rialis huic nostro sincero proposito prestitit q̄ vestras imperiales lit-
 teras dumtaxat decem diebus festum sancti Gregorii precedentes pre-
 sentate recepimus baiulo. Cum vero regnum nostrum dacie vbi resi-
 demus ad presens insulis interfecetur diuersis vadis pontia se distan-
 tibus inuicem & primo tempore parlamentum regni nostri predi-

et: cuius cōsultatione in rebus grauioribus affectare solemus ab his pro-
 lixi temporis interuallis cōgregare minime poteramus. Tum etiā quia
 sumus in prodictu ad regnū nostrū nauigandi noruegie cum expediti-
 one contra hostiū nostrorū incursum quos frequentius sustinemus. Quo
 propterea cesariis vestris desideris & hortatibus pronūc satisfacere mi-
 nime potuimus. Si vero in prefata dieta pro sancto isto & pio ope cele-
 branda aliqua salubria & vtilia concludent de quibus nos certiorari du-
 xeritis quantū nobis possibile fuerit: saluis regnorum nostrorum negotiis
 animo gratissimo faciemus. Ceterum in causa ordinis prutenorum beate
 Marie ierosolymitan. hīs vestre serenitatis plenius intelleximus. Cū ve-
 ro talis inter ordinem militiā & patriā sit exorta discordia vt peiora ma-
 gis indies nocitura verisimiliter formidamus. Quo p̄terea indies tracta-
 tus cōcordie magis difficultari verisimiliter timeamus. in quo ordini &
 patrie ex intimis condolemus: si tamē fuerimus requisiti obtentu vestra-
 rum imperialiū litterarum omnē ad ordinis profectū & patrie concordiam
 q̄ & pacem efficacē opam libenti animo impendimus. Valete serenissi-
 me princeps & frater charissime in illo qui habitat in celis & imperat: cū
 etiā sua ordinatione gubernas feliciter & longē cui nos offerimus gra-
 tissimo animo preparamus: affectates a celsitudine fraternarū charitate ve-
 stra hanc presentē excusationē nostrā corā illustribus principibus & se-
 renissimorū regū oratoribus & legatorū aplice sedis. qui diete cōstitute pre-
 sentes extiterit legi & recitari. Datus in nouaciuitate nostra rostilden. die
 clivica palmarū. Anno a natiuitate domini. M. ccccliiii. nostro regali sub
 secreto.

A rege aragonū ad sacrum collegiū cardinaliū spōte contra thurcos ire.
 Euerēdissimi in xpo patres **EPISTOLA CXXIX**
 & dñi amici nobis singulares post memoriā nostrā. Nihil profe-
 cto cecidisse recordamur qđ nos adeo cōmouerit aut tantā indi-
 gnationem animo iniecerit: quantā constantinopolitane vrbis casus &
 grecorū miseranda atq; inaudita calamitas: neq; vero ob id solū indigna-
 mur qđ grecia: que magna pars est xpiane gētis amissa libertate oppres-
 sam ac in manū & seruitutē infidelium: p xpianorū negligentiam redactam
 et xpiano corpe distractam atq; dissiccam videmus. Quāq; est id grauissi-
 mū qđ & omniū mētes atq; animos magnopere cōmouere atq; excitare
 in vltionē dñi sed etia: quia turpissimā & indignissimā notā noi xpiano
 ob eam rem iniustā cognoscimus: & que vix vnq; vllis consiliis piculis
 aut laboribus aboleri posse videat. Quid em tā indecens tā turpe tam pu-
 dendū xpianis: qđ pati xpianos a barbaris opprimi & acerbissimo serui-
 tutis iugo subiici: fidē nostrā labifacere atq; funditus eueri. Pro qua
 tuenda atq; conseruanda dubitare debet nemo qui xpianus re sit mortē
 impigre appetere. Sed hec cōis culpa sit. Dū em alii alios intuemur ante
 constantinopolis calamitatē si quis in eius defensionem arma capiat et

obſiſtere iniuriæ conetur: illa ciuitas interim capta eſt: & illa omnis grecia
concidit. Capite em̃ confracto & cetera mēbra caſſata ſunt. Cū aut̃ quoti
die intelligamus ex multoꝝ ſermonibus ac lris ipm̃ thurcoꝝ principem
in eam inſolentiam ac furorem prouectum eē: ob res ſecundas que ſolent
animos extollere atq; inflāmare: eumq; nō contentū greciæ captiuitati ce
teris xpianis atq; e greciæ clauſtris in italiam velle eripere. Imperium or
bis terrarum ſibi promittentem & xpianam fidem euertere molientem.
Inſtituimus animo illius furori pro viribus noſtris obſiſtere: conatuſq;
eius nepharios quantū in nobis fuerit reprimere atq; infringere. Sperā
tes xpō deo noſtro autori atq; fautori pro cuius fide defendēda hāc ex
peditionē glorioſam ſuſcepturi ſumus: vt & alii principes & populi xpi
ani vna nobiſcum ad ſalutē ſacroſanctę romane ecclēſie exemplo nro ex
citant̃ ac fore: illum atrociffimū fidei hoſteꝝ nō ſolum vlciſcamur & intra
greciæ terminos cobibeamus: ſed etiā recuperata omni grecia ipſum & to
ta europa depellam⁹: ac ne in aſia quidē ſua quietū eē lineam⁹. Que cū ita
ſint. R. p. vras oratas eē volum⁹ primū vt voſipſi qui fidei xpiane duces
eſtis in eā tuendā & conſeruandā oēs vires & ſtudia vra cōſeratis. nec eā
ruere patiamini: cui⁹ ptectores acerrimi merito eſſe debeatis: vt aliis ex
emplo ſitis q ad vos oculos referūt quicqd agitis intuent̃ cū ad vos pri
mū qui eſtis religiōis capita accepti iniuriā & cladem hāc ptinere exiſti
ment. Deinde vt cōctos populos principes ac reges xpianos p legatos
ac lias quoad fieri poſſit exhortemini atq; excitetis: vt & ipſi exēplo vto
noſtroq; hoc & neceſſariū & maxime glorioſum bellum ſuſcipiant: & p
eo gerendo quas poſſint copias claſſes arma & comeatus parēt. Si pro fi
denā tuendā in qua eſt ſalus noſtra reſoſita nō depugnamus: p qua di
micare ſuſtinebimus. Si feramus iniurias xpō deo noſtro factas: cuius il
le imagines deleuit ſanctoꝝ ac martyꝝ ſtatuis euerſis: reliquiis luto pro
uolutis: ſacris virginibus inceſtatis: filiabus e cōplexu parentum ad ſtu
prum raptis parentibus ipſis crudeliſſime necatis. Si has inquam feram⁹
cuius tandem iniurias vlciſcimur. Si religionem noſtram per negligē
tiam ruere patimur: vt omittamus ignominias vincula cedes que xpia
nis impendent. Quidnam ſperare amplius de animarū ſalute poſſumus:
Multis ſane ac ſummis principibus vt Conſtantiū & Iuſtinianū omit
tamus: tum domus noſtra que barbarorum ſemp oppugnatrix fuit: tuꝝ
aliarum nationum ac gentiū maximo honore ac glorioſum fuiſſe ſcim⁹:
xpianum nomen auxiſſe ac diffidiſſe. Quāto igitur nobis omnibus ho
neſtius & glorioſius fiet illud ab ruina & manifeſto interitu vindicaſſe.
Qz ſi nulli nobis adiutores fuerint ad tantam iniuriā vindicandā ma
lumq; propullandū. quod exiſtimare non poſſumus. Nos tamē propo
ſitū nrm̃ exequi contēdemus ſperantes in xpō deo noſtro rem proſpere
ſuccelluram. In qua eſti mori cōtigerit leto & cōſtanti aio moriemur. Da
tum in caſtro noſtro neapolis prima aprilis. Anno. liiii.

O iij

Dialogus cōtra bohemos & thaboritas de sacra cōione sub vna spē.
Euerē dissimō in xpo & colen.

EPISTOLA CXXX

r dissimō patri dño Iobāni de caruial: sacrosancte romane ecclesie
sancti angeli diacono cardinali. Eneas eps senensis. S. p. d. Quie
apud bohemos aplice sedis legatione; abieris & oēs illius getis mores
opinionesq; noscas: tñ quia pueri quidā bomies nouos indies errores
cudunt. Et ego nuper iussu cesaris in bohemia fui: cognoui q; bonos &
malos: & multa cū eis contuli: & audiui multa que sedes aplicam intelli
gere non ē inutile. Deceui que hac in via mibi contigerūt tue dignatōi
prescribere. Qz si magnā papirū impleuero: non tamē erit arguenda nar
ratio: quia res plurimas nō pōt breuis eplā cōmpbendere: & cauendum
est ne fiam obscurus: dū breuis eē laboro. Pretermittam nīlominus lo
cos illustriores. Adhibeat mibi benignas aures tua modestia boniq; cō
sulat si liberior scribēro q̄ tue dignitati par sit. Nā vetus noticia & vsu
ra que inter nos olim fuit audacē me facit. Sed incipiā iam narrare: quia
nulla est mibi de tua benignitate dubitatio: que solet oīa in partē recipere
meliorē. Cū ergo per hos dies de noua domo versus pragā iter age
rēm: eēntq; mibi college nobiles: Albertus de eberstorff baro. Procopi
us de rabenstein & Henricus truchses: equestris ordinis milites. Ex vsu
nobis visum ē (quia raptores & insidias timebamus) ad thaboritas po
tius q̄ in aptis villis pnoctare ac luposq; magis q̄ leporū sequi fides. Pre
missimus igit̄ qui thaboritas accederēt: atq; ab his ius hospitalitatis ex
peterent. Acceperunt hec letis animis thaborite: dederuntq; fidem: atq;
obuiam venerunt. Res spectaculo digna fuit: rusticānū et inpositum
vulgus: q̄uis vrbani videri velint. Frigus erat pluuiiale tempus. Nā bo
hemia sepe miscet estati hyemē. Ex illis aliqui nudi erant solis tecti carni
ssis. Alii pelliceas tunicas induerant. Alii sella carebant: alii freno: alii cal
caribus. Alteri crus ocreatum fuit: alteri nudum. Huic oculus defuit: il
li manus. Et vt virgilianis vtamur verbis. Fedum videre fuit populata
q; tempora raptis auribus & truncas in bonesto vulnere nares. Inceden
di nullus ordo. loquēdi nulla modestia: barbaro & rusticano ritu nos ex
ceperunt. Obtulerunt tamen xenia: pisces: vinum: ceruissiam. Sic opiduz
ingressi locum vidimus. Quem nisi bereticorum arcem aut asilum vo
cem nescio quo appellem nomine. Nam quecūq; deteguntur inter xpīa
nos impietatis ac blasphemiarum monstra buc confugiunt: tutamentū
q; habet: vbi tot sunt hereses quot capita: & libertas est que velis crede
re. In exteriori ciuitatis porta duo fuerunt scuta. In altero pictura erat an
geli calicē tenentis quasi cōmunionē sub specie vini suaderet populo. In
altera zisca pictus fuit homo senex & vtroq; lumie caesus. Hic olim dux
thaboritarū fuerat & alterū oculū in puericia pdiderat: alter hostili sagi
ta confixus amisit. Ab hoc sepe victos fideles aiūt. Sepe xpīa norum ee
des factas. Cōplures ciuitates exustas diruta monasteria sacras edes in

census profuturas virgines sacerdotes occisos. Quē thaborite non solū
 monoculū sed cecū quoq; secuti sunt ducē: neq; absurde. Nā tali populo
 qui nihil diuinitatis intelligit: nihil religionis tenet: nihil equi rectiq; vi-
 det: quis ducatū prebere debuit nisi cecus? Impletū est illud saluatoris in
 eis. Si cecus ceco ducatū prebeat ambo in foueam cadunt. Hic dū mortū
 proximus ēet: consularētq; thaborite quem post se principē designaret
 Postq; inquit animus a me fugerit: excoriate corpus meū & carnes date
 volucribus: Ex corio vero timpanū facite atq; hoc in prelio ducē habete
 Nam quouis locorū theutones sonū eius audierit: mox terga dabant
 zischam in timpano formidātes. Hic postq; obiit thaboritarū alii Proco-
 pium sibi ducem legerunt. Alii intantū illius memoriā dilexerunt vt ne
 minē dignū existimarent: qui tāto duci succederet: aspernatiq; princeps
 orphanos sese vocabāt quasi patre carentes atq; orbatos: vt qui cecitate
 nō viuam tūc: sed mortuā quoq; colendā censebant: & ad inferos vsq; se
 quendā. Hunc autē veluti numen thaborenses habent. Et quīs picturas
 oēs abhominent: huius tamē picturā religiose colunt: & honorem quē
 xpo negāt contendunt zische. Horū secta pestifera & abhominabilis est:
 ac summo digna supplicio. Romanam ecclesiam nolunt habere primum
 m. Aut proprii dei hēc quicq;. Imagines xpi scōrūq; delēt. Ignē pur-
 gatorij inficiant. Nihil scōrū pces iā cū xpo regnandū pdesse mortali-
 bus asseuerāt. Festū diē pter dñicā & pascale nō agūt: ieiunia spernūt: ho-
 ras canonicas abiiciūt. Eucharistia sub spē panis & vini & puulis & de-
 metib; p̄bent. Cōficiētes nihil pter orōnem dñicā & yba cōsecratiōis di-
 cunt: neq; vestimēta mutāt: neq; ornatū assumūt aliq;. Quidā vō eousq;
 desipiūt: vt nō verū xpi corp; in sacramēto altaris: h̄rōp̄sentationē quan-
 dam ēē cōrēdāt: terrāis berengariū nō cōuersi seq̄ces. Ex sacris ecclie ba-
 ptismū: eucharistiā: matrimonij: ordinēq; recipiūt. De penitētiā paen-
 tiunt. De cōfirmatiōe & extrema vñctiōe nihil. Monachorū religiōib; in-
 festissimī sunt: inuēctionesq; diabolicas asserūt ēē. Baptisma simplicis vi-
 de volūt. Nullā aquā benedicūt. Cimiteria nō hnt consecrata. Cadauera
 mortuorū in cāpis & vt digna sunt cum bestiis sepeliunt: vanūq; censent
 orare pro mortuis. Ecclesiarum cōsecratiōes derident: & in omnibus
 locis passim cōficiūt sacramentū. Nulla maior his cura est q̄ sermonis au-
 diendi. Si quis negligens est: domiq; torpet: aut negotio ludib; vacat
 dum sermo est: virgīs ceditur: & intrare vt verbum dei audiat compelli-
 tur. Est illis domus quedā lignea similis borreo cui is: hanc templum ap-
 pellant. Hic populo predicant: hic legem per omnes dies exponunt. hic
 altare vñctū habēt: neq; consecratū neq; consecrandū ex quo sacm̄ plebi
 bus exhibēt. Sacerdotes neq; coronas ferūt neq; barbas tōdēt. His tha-
 borite frumēto: ceruisia: lardo: leguminibus lignis & omni suppellectili
 necessaria publice domū cōplent & addūt in ungula capita singulis mē-
 sib; sexagenā. Ex quo pisces carnes recentes etsi velint viā emant: in al-

tari nihil offerūt. Decimas oēs damnant primitiaq; necq; nomē necq; rem
 tenent. Nō tamē concordēs sunt in vna fide. Sed aliter isti: aliter isti senti
 unt. velle suū cuiq; ē. Nec voto viuūt vno. Hos tamē sacrilegos & scele
 ratissimos boies. Sigismūdu cēsar ciuitate donauit & quos extermina
 re decebat. aut in vltimas terras ad fodiendos secundosq; lapides huma
 ni generis oī commercio priuatos relegare liberos fecit minimo ebuto cō
 tentus. Que res nō sibi tm sed regno quoq; maximo dedecori fuit. quia
 sicut modicū fermētū totā massā corrūpit: sic sex illa boīm totū nomen
 gētis bobemiē fedat. Sed accipe nunc vrbis situm: quia fuisti locū proxi
 mus. Intueri menia potuisti que duplicata cingūt vndiq; ciuitatē: muni
 ta turribus & propugnaculis. Collis est in occidentē extensus: nulla ex
 parte vicinis altior cāpis sed pręruptis hinc atq; inde rupibus tutus: hūc
 vno ex latere fluius aluit: quē accole luznize vocitant. Ex altero riuus
 est tenuis aque sed profundus & aditu difficilis: is quasi vellet ante opi
 dum ingredi maiore fluiū: in angustias viginti passuū collem restrinxit
 & penetrasset vt arbitror montē nisi saxis durioribus impeditus iter fle
 etere coactus fuisset. Vertit ergo ad dexterā riuus & ambiens opidi ma
 gnam partem: tandē fluiū qui reliquā portione cūcedit finito collo
 miscetur. Sic ciuitas ex omni parte rupibus & aquis munita: vno tm lo
 co per planum habet accessum: sed artus & ingenti fossa & latiori muro
 defensum. Tres hic porte sunt prius q̄ vrbes ingredieris. In priori vero
 propugnaculum est: cuius muri viginti pedes latitudinis habent: altitu
 dinis duplū. Machinas bellī plurimas victis hostibus excisq; ciuitati
 bus obtinuerunt. Quas in foro ad terrōre vicine plebis ostentāt domo
 rum parietes aut lignei sunt aut lutē: aut nullo platearū ordine distin
 ctē: sed ad casum posite. Nam sicut olim tentoria passim locarunt: sic po
 stea domos erexerunt. Multa illa & preciosa supellex est: & diuitie inter
 eos plurime sunt. Multarū em̄ gentium spolia in vnū locum congersere
 voluerūt bi quondam ecclesie primitiue in omnibus viuere & in cōmu
 ni tenebant omnia. Fratres seinuicem appellabant: & quod vni defuit al
 ter subministravit. Nunc sibi quisq; viuūt & alius quidē esurit: alius autē
 ebrius est. Brevis feruor charitatis: brevis imitatio fuit. sed priores chri
 sti discipuli: & qui nascētis ecclesie fundamēta iecerunt: que propria pri
 us habebant fratribus cōmunicabant: nihil alieni recipiebant nisi spōnte
 & amore Christi donatum. Taborite vero hereditates alienas expila
 bant: & que violēta manu rapuerunt: hec tm in cōmune dederunt. Nec
 sic pleuerare potuerunt. Reuersi ad ingeniū auaricie iam oēs student. Et
 quia rapere vt olim nequeunt. Nam languidiōres facti vicinos timent.
 lucris inbiāt mercature: sordidosq; sequuntur questus. Sunt in ciuitate
 ad quattuor milia virorū qui possent educere gladium: sed artifices fa
 cti lana ac tela ex magna parte victum querētes: inutiles bello credunt:
 predia nulla bis erāt: sed nobiliū & monasteriorū villas inuasunt: quas

tibi postea Sigismundus: nescio an diuine legis & humane peruersor id
 circo dici posset: perpetuo iure possidendas ascripsit. Intellexisti que sit
 hec ciuitas: qui mores huius populi: qui situs opidi: qualis bereticorum
 senatus: qualis nequitie synagoga: quale domiciliū sacbane: qđ templū
 belial: qđ regnū luciferi. Hic ergo cum pnoctassem & ab hospite meo
 cuncta que iam scripsi vera eē didicissem: hortabar hominē tantis vt er-
 roribus renunciret. Nō erat bicoīno durus: neq; monitiones asperna-
 batur: & habebat in penitiori thalamo beate virginis & xpī saluatoris ima-
 gines quas occulte colebat. Credo nisi timeret amissionē bonorū (Nas-
 giues est) publice ab illa infania resiliret. Sed malunt animam pleriq; q̃
 opes perdere: & multi propter pecunias perire. Idcirco saluatoris vo-
 ce facilius dicit camelum per foramē acus transire. q̃ diuites adipisci re-
 gna celorum. In crastinū cū venissent ad nos tamfordide ciuitatis magi-
 stratus & gratias agerent: quia visitassemus eos: & urbani magis verbo
 q̃ mēte viderent. Dico ego ad collegas meos: peccauimus fratres gen-
 ti peccatrici & inimice dei cōmunicauimus. Non putauī tantis hic esse
 quantos errores inuenio. Credebā solius rite cōionis hunc populū a no-
 bis eē secretū: sed nūc expertū habeo: bereticū eē populū hunc infideles:
 deo rebellē: nihil pensī nihil religionis habentē. Quapropter si volum⁹
 conscientie satisficere: necessariū est bis aliq̃ dicere ne sua nobis facta pla-
 cere putēt & apud vicinos gloriētur. Romani regis sibi legatos comuni-
 casse. Assentiebatur mihi procopius & vtile consiliū dicebat. Sed austrā-
 libus terrore plenis & leporino corde p̃ditis: persuadere snia mea nō po-
 tuit: q̃uis verba sic efferre proposuissem vt nulla irritatio populi timēda
 esset. Recessimus ergo & licet dies dominicus eēt: diuina tñ officia negle-
 ximus ne cōicarem bereticis. Erat animus mihi pragā videre urbem
 fama celebrem regniq; caput. Sed pestis illic vicens craniabat: nec min⁹
 q̃ ducēta capita p̃ singulos dies auferre dicebat. Ob quā rē terrefacti p-
 ceres qui conuenerant: congregationē soluunt: & ad villam benedicti se
 se transferunt: quinq; & viginti milibus passuum a praga distantem. Intra
 rea & Barbara imperatrix que fuit Sigismundi coniunx. Friderici comi-
 tis elie soror diem obiit. Cuius corpus pragam delatum in castro sepul-
 tum ē. Cordata mulier fuit: sed future vite vt aiunt parū credula. Nunc
 si pie vixit mercedē habet. Sunt qui defunctam bene & vt xpiauā decu-
 it supremū spm̃ emisisse dicunt. Cū venissemus ad villam bñdicti regni
 conuentū illic reperimus. Barones aut̃ erant Georius de constat & bod-
 ebrat. Henricus de rosenberg. Alschö & zdenko: & petr⁹ de sternberg:
 zdenko bas. Iobānes de zimris. Iobānes de cbiabelis: zdenko koffka.
 Iobannes de malouicz. Iobānes de radoeb: & barones alii q̃ plures ciui-
 tatum oratores aderant. Ex praga: ex cutbnis: ex pilzna: ex luna: ex colo-
 nia: ex glatobia: ex gretz: ex litobirtzitz: ex slana: ex satz: ex budbeis: ex
 ttabor: & erāt beretici & catholici simul mixti. Vidisses illud ysate com-

pletum illic vitulus & vrsus pascuntur: simul requiescent catuli eorum. Proceres regni ex magna parte sequuntur romanam ecclesiam. Ciuitates vt plurimum aut thaboritas aut rochezana sequuntur. Venerunt ad nos plurimi ex ambabus partibus: & alteri alteros accusabant. Quia vero conuentus ille nostri causa tenebatur vt audiret que cesar ad petitionem regni responderet. Fuimus tribus diebus in tractatu cum eis. Quartaque demum die & illi nostram intentionem ad vltimum intellexerunt: & nos illos propositum cognouimus: dimissumque consilium est. Prius tamen allate fuerant marchionum brandenburgensium littere: que conuentum inter regni peeres & legatum apostolicum sancti Petri cardinale petebant ad res ecclesie componendas. Placuit id nobis & apud ambas partes verba fecimus: quibus conuentionem suadebamus. Accepta adytum est. dies ad festum diui Martini. Locus conuentionis in lito meritia dictus: Mediatores inter cardinalem & regnum marchiones recepti. Faxit deus vt finis discordiarum fieret: vt reflorcat in bohemia fides. & errorum plena religio veritatis ignara: iam tandem ad vere religionis candidam lucem de profundo tenebrose superstitionis emergat. Ad quam rem vt nos quoque pro virili nostra iuuamur aduiceremus: rogauimus Procopium inter me atque Georgium fidelis vt interpreter esset. Nam magnus illuz & potentis virum: quem regni pars maxima sequitur. Si concordie cupidum inuenissem: adduci ceteros facile posse credebam. Fuimus diu simul. Quelocuti fuimus adinuicem nunc referas. Vtque sum breuior neque opus sit verbis inquam: & inquit sepius vti proponam verbis meis nomen meum. & verbis illius nomen suum: sicut & ciceronem & plerisque factitasse reperio: qui collocutores in suis opusculis introducunt. Sic enim me iudice breuior & dilucidior oratio reddidit. Sed audiam dialogum. Eneas. Quae te alloqui volui vir magnifice neque priuata res est neque parua. sed regni huius quietem tuamque magnam bonum concernit: quam si vis audire mox tibi exponam.

Georgius. Cupio audire dicito quaecumque libet. Eneas. At ego in ciuitate non ficta loqui volo quod nihil reticet: & summa vti libertate. Georgius. Hoc expeto loquere. Eneas. Regnum hoc olim florissimum fuit: & inter occidentalia regna ditissimum. Viguerunt hic religiones: & omnium bonarum artium studia daruerunt. Nunc inops regio est concussa lacera. Cur hoc sanet: quia non potest veritas nostra mentiri dum apud euangelistam dicit. Omne regnum in se diuisum desolabitur: & domus supra domum cadet. Vos bohemi non solum inuicem diuisi estis: verumetiam ab ipsa christianitatis maiori parte secreti. Nea romanam auditis ecclesiam: cuius mater est & magistra fidelium: neque mandata consiliorum recipitis: quod si vnitatem ecclesie amplecteremini & in domo domini ambularetis cum consensu. facile regnum vestrum pristinum nam dignitateque splendorumque suum resumeret. Tu ergo qui regni populos quouis triabis: fac tibi nomen grande: fac vt te sedes apostolica diligat: reddet tibi filios quos sathan abduxit. Hauriat ex fonte riuus aquas suas ne praeclusus arefeat. Redibunt omnes & romanam ecclesiam venerabunt: si volueris te ro-

manus pontifex: te cesar in primis charum habebit. Cūq; Ladislaus in re-
gnum venerit: te tutorē: te patrem appellabit: tibi maximas gratiasaget
qui sibi pacatā provinciā restitueris. erroribus expurgatā: pace quietā
ornatā moribus: fide feruentē. Consequerisq; nō tu solus gloriam: sed &
posterū tuū & nati & natoq; & qui nascent ab illis: ob eam rem semp habe-
bunt bonori. Eritq; memoria nominis tui sempiterna: & fixus tue fami-
lie status: qui vera virtute creuerit. Transiturus ex hac vita ad meliorem
migrabis: lucidas sedes accipies: beatitudinēq; perbennem immortalita-
te vestitus. Omnibus em̄ qui patriam ornauerint: auxierint: iuuerint: de-
fenderint: certū est eē in celo diffinitū locum quo beati euo fruant semp
terno. Qz si viam nosti quo rectus ad vnionē trames ducat edoctum me
redde: Nam sedē aplicam certiorē reddam. Vos iam legato conuētum
promissistis & recte quidem. Nam boni cupidus est: & industrius pater:
doctrināq; plenus. Inueniat (nisi fallor) conuenientes ad vnionem mo-
dos. nescio tamen qua facultate predictus est. Qz si scirem desideria vestra
scribere pontifici maximo: isq; prius q̄ dies conuentionis adesset de sua
mēte legatum cōmoueret. Georgius. Ago tibi gratias pater: quia no-
stri regni curam geris. Regnū vt ais quassatum compilatūq; est. Nouit
deus quorum culpa est. Nos cupidi pacis sumus: neq; bellamus vt bel-
lemus: sed vt pacem habeamus. Coacti gerimus arma: coacti versamur
in preliis. Minus olim legatos nostros ad basilien. concilium: nonnul-
laq; cum patribus qui tunc ibi presidebant pacta percussimus: que si ser-
uata fuissent: & cum sede apostolica & cum ceteris christianis pacem ha-
beremus: & in regeō nulla diuisio esset. Sed violantur federa nobis. He-
retici & scismatici vocitamus. Si qui ex nostris apud vos moriuntur: cur
a suis sepulturam accipiūt. Clerici nostri quis docti modestiq; sint: nus-
q; consecrari possunt. Deridentur qui de calice bibūt. Fuit apud nos car-
dinalis sancti angeli legatus: adiuuerunt eum nostri sacerdotes: fui & ego
cum eo. Petiuimus innouari firmariq; priscū fedus: si nobis auscultasset:
non secuta fuissent scandala q̄ postea emerferunt: obaudiuit pces nostras
de cōpactatis: sic loquebat̄ quasi nihil vnq; accepisset de illis. Nos tamē
illa valida scim⁹ & autētica q̄ generale cōciliū nobis admisit prius q̄ dis-
solueretur ab Eugenio quarto. Qz si Nicolaus pōtifex maximus nostri
memor: nosq; sibi obsequentes cupit iubet seruari conuenta & venerabi-
mur eis. Hic breuīs ē et vnica pacis vnionisq; via: hac gradiendū est hac
iter ad concordia patet. Eneas. Mos boim est vt paribus paria referat
Cur violari fedus cōquerimini qd̄ priores rupistis? Neq; em̄ sufficit vo-
bis sub duplici spē cōicare: nisi & sub vna sola cōicantes damnetis. Ge-
orgius. Vbi damnamus? Eneas. Cū dicitis. neminē saluari nisi cōmu-
nicet sub duplici specie. Nos omnes damnatis: hereticos perditosq; di-
citis. Quod mirū si viciū heresis in vos retorquemus. Tu cōuentiones
cum cōcilio factas refers & autēticas dicis auctoritate cōciliū probas:

audio libenter. Sed conciliū de cōione vtriusq; speciei loquens: opiniō vestre contrariū est: quia neq; ad salutē necessariā eē dicit: neq; xpī preceptum eē sub duplici specie cōicari populū. Georgius. Si non ē sub duplici specie mādāta cōmuniō sub vna quidē. Nā qui sub specie panis cōmunicari plebē iussit: & sub specie vini iussit & in vsum deduxit. Eneas. Nāq; xp̄s apl̄s nō plebi sacramētum p̄buit. Sed non refert tēpus ista discutere sine me dicere qđ institui. Georgius. Perge ausculto. Eneas. Si voluerit legatus innouare pactiōes vras qđ miri est: Vobis indulta est sub vtraq; specie cōicatio. Iussi tñ sacerdotes vñ sunt: quotienscūq; ministrant populo sacramētū: cōmonere atq; instruere oēs ne sub duplici tñ specie sed sub qualibet totū et integrū eē xp̄m intelligāt. Nihil faciunt. Prohibiti sunt infantib; atq; demētibus eucharistiā porrigere: porrigunt tñ. Neminē cōicare sub duplici specie debēt compellūt. Sepultura; negātes nī cōicent qui prius nō habuit hui; cōionis vsum: repellī ab his debet. Ipsi aut̄ inuitat̄ prouocant vrgēt. Debēt vniuersalis ecclesie ritus tenere postponūt. Diuinis officiis vulgaris carmini cōmiscētes: pulcra obediētia: pulcra federis obseruatio: q̄ prohibētur facere faciunt: que iubentur oīno postponunt. Cum ergo abutamini priuilegio & transgrediamini leges patrū: preuaricantes mandata concilii: haud iure legatum accusatis cōpactata firmare nolentē: quia priuilegiū amissistis male videntes. Georgius. In conuēctionibus nostris cautum est q̄uis aliqui ritus qui generaliter obseruatur non statim reciperēt: non tamē pacis & vniōnis impediri fedus. Eneas. Vera dicis non si oēs sed si aliqui dicunt feda ritum ecclesie non reciperent cōpactata manere. Qz si omnes abiicerent ritus vt oēs abiicitis vigor conuēctionibus aufertur. Rursus quoq; de ritu sit mentio nō de fide. Nā si fidem violatis que possunt inter vos nosq; feda robur habere. At vos qđ pace tua sit dictū fidem nostram abiicitis dum necessariam populis sub duplici specie cōmunionem astruitis. Georgius. Ignota sunt ista mibi: sed hoc dico tibi nisi pacta seruetur neq; paci locus erit neq; concordie mentio. Qz si rursus arma sumpturimus offeretis vltra pactiōes veteres neq; recipientur. Non sumus vt creditis pauci: multi sunt in vicinatu qui nobiscum sapiunt. Nec aliud expectāt nisi vt exercitum educamus. Scitis que superioribus acta sunt annis: papa si sapiet non disputabit: an perdidimus priuilegia ne ven dicemus qui maiora. Arma tenentī omnia dat que iuste negat. Sunt fortasse qui magna promittant: qui grandes pollicentur exercitus: qui viam ad nos ense facturos se iactant. Nos vicinorū mores virescere nouimus. Ego si pape consiliū dederim compactata seruauerim. Eneas. Vt video spem ponis in armis & animum tibi priores victorie congeminat. Sed vincūt sepe mali vt boni probent. Nō sp̄ veritati victoria comes est. Alta nimis & incōprehensibilia sunt iudicia dēi: vicistis diu. Quid scitis si vester dēs adest: Varius est euentus belli: neq; tentanda

sepius est fortuna. Nō is vobis fauor est qui prius fuit. Multi a vobis de fecerūt qui si exurgant cōtra vos pugna & fronte ferient & a tergo. Nā vestra fidem irritā vident: quā prius euangelicā sanctissimāq; rebant: & quā tunc fauore nūc odio insequunt. Sed mittamus hec: tu pacis sola se derum obseruātia stare putas. Mibi tribus ex rebus concordia pendere videat ex cōpactatis vt ais: ex bonis ecclesiasticis que occupant: ex archi epi cōstitutione que nec parua sunt nec leuiter cōponēda. Nā cōpactata postq; violata sunt: rursus innouare magnū est. Qui bona ecclesiarū occupant inuite restituent. In archiepo vossi vim facitis: qui rochezanam petitis neq; aliā vultis quē nisi me fallat opinio: nunq; sedes aplica ad id fastigiū pmouebit. Georgius. De cōpactatis dixi tibi tūti que sentio: si durus erit papa durius regnū inueniet: nescio quis vincet. Scripturas scio que dicūt. Si fortis in fortē impigerit: ambo corruent: neq; nobis neq; vobis vtilitati contentio erit. De bonis ecclesiasticis non est apud me grande pondus. Nā qui occupat nullo se iure defendūt: neq; bis regnū fauet. Verū quia nōnullis prescripta sunt hec bona. & mltā pro paucis ia cent pignori: cui regni mos sit q̄ bona singulis annis quinq; sexagenas habet census: ea centū sexagenis emi. bi aut pro centū sexagenis & decē & viginti & amplius impignoratas habent. Compelli poterūt quos tu pra consuetudinē census occupant: hos vt euestigio restituant: reliquos teneāt donec redimant. Sic mox ecclesie restaurabunt breueq; post tempus oia vendicabant. Vel si placuerit melior modus inueniret. De archi epo vero nescio cur nobis tanto papa sit aduersus. Cur nobis rochezanā rennuat cōfirmare: quē Sigismūdo consentiente delegimus. & assistere sibi pmisimus oēs. Eneas. Sepius ante questus es cōpactata conuelli nūc tu solus es qui federa rumpis. Georgius. Quonam pacto?

Eneas. In cōpactatis pmisistis omnes seruare ritus vniuersalis ecclesie preterq; in cōmunionē calicis. Ritus aut latine ecclesie cuius vos mēbrū estis hoc habet: archiepos aut eligūt capitula ecclesiarū auctoritate aplica cōfirmandos. Aut vacātibz ecclesiis romanus pontifex solus preficit. Vos aliū ritū nouūq; modū inducitis. Postq; deuoluta est pūisio electio nem populariter facitis. Cūq; ritus ecclesie sit examinare electionē electi q; meritū romani pōtificis iudicio cōprobari. Vos nisi rochezanā habueritis nullū vultis seruare: Hoc ē aut violare pactiōnes. Georgius. Si priuilegiū regno est archiepū sibi eligere cur nō illud papa seruauerit. Eneas. Seruaret si qd ēet. Sed vobis nulla est bñoi facultas. Georgi⁹. Vetus cōsuetudo regni est: eligūt archiepū rogante rege capitulū. papa cōfirmat. Eneas. Nō inficior: sed nūc neq; capitulū eligūt neq; potestas eligēdi fuit: postq; diutinā vacationē prouisione deuoluta & plona quā vocatis electā grauibz testimoniis infamat. Georgius. Me iudice si papa rochezanā confirmaret bonū opus efficeret. Multū em hic homo & aplice sedi & regno & regi Ladislao sua p̄dicationē cōsulcret. Eneas.

Potest fieri vt dicis: sed neq; mibi neq; vt arbitror pape suade n da res est
 Aliud tuū est aliud nrm de hoc homine iudiciū. Georgius. Veracē te
 iudico. Tot em sunt qui rochezanam quis iniuria criminant: vt nedum
 mibi negare fidem arbitrer: sed neq; beatū petrū audire rome putauerim
 rochezane fauentē. Eneas. Admonet apls neopbiciū ne quis ep̄m assu
 mat: ne in superbiam elatus in iudiciū incidat diaboli. At tuus rocheza
 na nō nouus in fide sed nullus est qui sedē aplicam suis sermonibus car
 nit: errareq; totā ecclesiā dicit dum necessarium omnibus fidelibus vtri
 usq; speciei cōionem affirmat: & aliquas veritates se h̄e contestat quib;
 romana ecclesia cōtradicit. Sed fallax est: & veritas nō est cū eo qui vltra
 apud temerarios cōuenasq; pragen. sine diuina dispensatiōe se preticit q
 se prepositū sine vlla ordinatiōis lege cōstituit. Qui negante xpi vicario
 ep̄i sibi nomē assumit atq; vsurpat officiū: cuius sermo vt cancer serpit et
 auditorq; cordibus mortale virus infundit. Sed nō pōtiffalis sed petitiē
 tie cathedra est quā tuus occupat rochezana mgt̄ erroris & artifex corrū
 pte virtutis egregius. q dereliquit fontē aque viue & effudit sibi lac
 detritos qui nō pnt aquā portare lo quar aperte qd̄ sentio nihil reticeo.
 Quo pacto romanus pōtiffex buic tantā ecclesiā cōmendare pōt qui cō
 fundit aplicam sedem. Qui maledicit toti ecclesie qui nouos ritus indu
 cit. Qui nullo se subicere vult examini qui pacē dñi discordie furore cor
 rūpit. Qui cū velit preesse q̄ multis: nulli vult ip̄e subesse. Sic tne lupo cō
 mittemus oues: quid dicāt ceteri de regno qui romanā ecclesiā forti pe
 ctore & immobili corde nunc vsq; secuti sunt. An nō sic aggredi summū
 pontificē possent si rochezanā pmoueat. Cui nos pater sancte cōmittis
 Cui nos credis. Qui tibi fideles fuimus hosti n̄as aias occidendas pbes
 Nūquid apud nos est quem possis ecclesie n̄e perficere: Nos plures fu
 mus siue nobilitate; regni siue plebē aduertis. Quid iuuat n̄a fides: qd
 cōstātia meliori loco apud te sunt: qui tibi aduersi fuerūt hec tne tuis fi
 delibus p̄mia reddis. Archiep̄m illi habebūt qui consonē sub duplici spe
 cie tueat. Nos qui sub vna cōicam? orphani relinquemur. Nō arbitror
 Georgii fieri posse qd̄ petis. vana rochezane: vana spes v̄ra est. Qz si pa
 cem queritis iunite illū. Nec sigillū vos teneat: quia pmisistis assistere: sa
 tis est diligentia impendisse. Impossibile nulla obligatio est. Nec vestre
 est papam cogere segmini ritū ecclesie & aliorū xp̄ianoꝝ vos moribus co
 aptate: sic benignū papam: sic oēs vobis affectos inuenietis. Sic trāquil
 li felicisq; regni bonis in pace frui poteritis. Georgius. Places mibi qa
 neq; fictus neq; testis es: sed que corde geris ore p̄fers. Ego tibi prope
 modū babeo fides. Neq; de rochezana sperandū ēē amplius arbitror: in
 alios cura vertēda est. Quia tñ regni voto electus est ille cōmouēdus &
 inducendus erit electioni renūciare: tunc aliū ex apostolice sedis clemen
 tia postulabimus. Eneas. Facite vt libet dū rochezana desistat qui se re
 spuerit & humilitatē induerit: gratiam inueniet et apostolici culminis be

nignitatem experietur: quia nō est abbreviata manus ei: et si tu rem banc
ad optatū perduceres finē vt ante dixisti: & honoribus p̄mio cumulaberis.
Mea tamē snia est ne vnū solū: sed pape plures viros nominetis ex quibz
vnū doctrina & vita probacū possit eligere. Ceterū quia de cōione
duarū specierū deq; precepto dñi sermo incidit: neq; oīū ē tantī sacramēti
mysteriū nūc exponere q̄uis disputata basilēe declarataq; tibi & omī xpī
ano sufficere debēat. Quia tñ vestri sacerdotes nondū cōuersi sunt suarū
malū prudēter ingerere q̄ nostra patiēter audire. Cōsulo tibi aduenien
te Iohāne de capistrano docto sanctoq; viro: q̄ sunt apud te dubia sibi ex
ponito: & oīa tue mētis archana patefacito. Nā si operā medicātis expe
ctas detegenda sunt vulnera: inuenies si volueris sanitatē. Georgius.
De rochezana cogitabimus q̄ paci regnoq; cōtēniant. De Iohāne capi
strano q̄ primū ad nos rumor venit decreui que nūc dixisti & si nulli mo
nes facere. Neq; em̄ alta sentio & timeo ne offendam neq; mihi confido:
neq; nostris sacerdotibus habeo fidem sed vale. Nā tēpus est alia in ma
nus recipere. Eneas. Et tu vale nostri sermonis memor. Sic facto ver
bis sine disiuncti sumus. Cōplura fuerūt inter nos dicta sed hic sensus
eorū est que de rebus ecclesie disputauimus. Et q̄uis verba nō eadem fu
erint: sniam tñ immutata inuariatāq; refero. intellexisti que cū Georgio
de bodiebrat cōtuli. Non sunt vt mea fert opinio parui ponderis. Nam
Georgius apud bohemos magnū nomen habet et potēs ē: & illius p̄tis
que sub duplici specie cōicat: et multi ex alia parte in rebus bellicis iuncti
sunt ei. Si quis est qui ciuitates ad vniones trahere possit Georgius ē. S;̄
transeamus nūc ad alia. Postq; soluta cōgregatio ē. Accessit nos Hen
ricus de rosenberg: dixitq; se patris scripto monitū: ne quo pacto domū
redeat nisi & nos secū adducat. Onerauitq; nos multis p̄cibus extorūt
q; tandē vt secū iremus. Cū prope t̄haber iter facerem: essetq; hora pran
dendi exeuntes t̄aborite Henrico & ad se diuertat secūq; prandeat pre
ces accumulāt. Is querit ex me iturus ne sim. Dico nolle me ampli⁹ apud
hostes fidei relinquere. Tristat Henricus. Nā & visere ciuitatē cupiebat:
& me solū relinquere non audebat & accusabant me omnes durumq; dē
cebāt & inurbanū & agrestē qui nollem nobili domino morem gerere.
Tum procopius. Quin tu inquit ingrederis ciuitatem. Nūc ea facultas
erit dicere que prius voluisti. Nunc tue conscientie satisfacere poteris.
Monuerunt me verba Procopii: intrauiq; ciuitatem: & neq; comedi
quicq; illic neq; bibi. Repetiui tamen vetus hospitium: ibiq; manū:
dum ceteri prandeabant: vixq; cūtu descenderam cum sacerdotibus op̄
di ad me venerant. Nicolaus quē dicūt episcopū plenus duē malorum
Iohānes galeth qui nup ex polonia fugeret ignē timēs: & venceslaus
torāda vetus diaboli mancipiū. qui sacramētū altaris solam figurā signi
ficationēq; eē contēdit. Cū bis fuerunt scholares & ciues plurimi latinū
edocti sermonē. Nam p̄sūm genus illud hominū hoc solū boni habet.

quia litteras amat. Hoc cōsultatio in hūc fere modum fuit qui p̄scriptus
est. Gaudeamus pater quia ciuitatē nostrā introisti: nosq; visere dignat⁹
es: suscipimus te libētius animis vtq; n̄ris bonis vtaris cupim⁹. Cū prius
hic fuisti nō te accessimus: quia nō eramus p̄ntes. Nūc cū te videm⁹ p̄ca-
mur aliquid nobis cōsolationis edisseras fructūq; vt nobis aliquē tu⁹ ad
uentus pariat. Tūc ego datam mibi occasionē loquēdi letus arripui dixi
q; illis. Qz me voluisti accedere. Resq; v̄as obtulisti vrbana res ē & di-
gna suscipiendi. Sūt em̄ hospites & om̄i humanitate fouendi: sicut apl⁹
ait. Hospitalitatē aut̄ p̄sequentes: neq; sine causā verbū p̄secuti adiecit.
vt non leui & v̄sitato sermone atq; vt ita loquar. summis labiis hospites
inuitemus: sed toto mētis ardore teneamus tanq; auferentes se de lucro
nostro atq; cōpendio. At ego hic nō facio prandiū neq; cibū ad noctem
vsq; recipiā. Quia vero cōsolationē ex me queritis: loquor vobis q; mibi
cōsolatoria videbunt̄ ieritq; sermo meus nō in sublimibus humane sa-
pientie verbis: sed in sinceritate cordis puroq; mētis affectu: sobrietatis
& veritatis sensū depromā: vtinā recipiant̄ verba mea sicut a me p̄ferent̄
animo bono. Quibus dicētib⁹ et audire libētē et audiri velle. Iussi eos
cōsidere. Cupiens certare fortiter: sacramenti mei memori & fidei. Cetera
que sequunt̄ quia dialogi formā habent seruabo quē supra oi dīnē cepi.
Tu si aures adbibueris & ineptias nostras audies & inter audaces senes
puerilē pugnam spectabis. Eneas. Optatis ex me v̄ri t̄baborite cōso-
lationē audire. Est igit̄ aliquid qd̄ vos p̄mit. Nā miseros tristesq; cōsola-
ri nō beatos solemus. At cū video vos in ciuitate munita bonis t̄palib⁹
abundare: pacē cum vicinis habere: fructūq; sanitatē. Nescio cur vobis cōso-
latione sit opus nisi fortasse in his q; fidei sunt vacillatis: & affligit sp̄m ve-
strū dubitatio. Qd̄ satis mibi verū simile est. Nāq; cū mltis in reb⁹ ab vni-
uersali ecclesia discordetis: necessariū est mutare credulitatē vestrā & ani-
mos trīstari vestros. Qz si cōsolatoria propterea verba desideratis obsequi
petitōi vestre: certūq; solamē ostendā. Dubia q; vos cruciant ex sacris li-
tens oriunt̄: neq; em̄ scriptura vnq; vlla sic aperta claraq; fuit: vt in diuer-
sos flecti sensus nequiret: traxerūtq; sacris ex codicibus ortuz oīa que ab
initio surgētis ecclesie vsq; nūc fuerūt cōsmata. Sed norat hoc futurū de⁹.
Idcirco cū per famulū suū Moysen israheliticō populo legē dedisset. &
quid sectandū: quidue fugiendū eēt manifesta serie scripsisset. Sciēs tamē
futuros esse qui legi sue dissonos sensus accommodarent. Consulturus
futuro seculo & obicem positurus b̄resibus supremum tribunal in terra
constituit ad qd̄ maiores causē & oēs afferri dubitationes de lege debe-
rent. At em̄ in Deuto. dñs. Si difficile & ambiguū apud te iudiciū eē.
prospexeris inter sanguinē & sanguinem: causā & causā: lepram & le-
pram: & iudiciū inter portas videris verba variare: surge & ascende ad
locū quem elegerit dñs deus tuus veniensq; ad sacerdotes leuitici gene-
ris: & ad iudicem qui fuerit illo tempore: & queres ab eis qui iudicabūt

sub iudicii veritatem: & facies quecumq; dixerint qui presunt loco quem
elegerit dñs & docuerint te iuxta legem eius: sequerisq; siniam eorū. nec
declinabis ad dexterā vel sinistram. Qui aut supbierit nolens obedire sa-
cerdotis imperio qui eo tēpore ministrat dño deo tuo: et decreto iudic-
moriet homo ille: & auferes malum de israel. Sic veteris testamēti sequa-
cibus dominus impauit: ne quis sua seductus opinione scindere populū
peregrinasq; religiones introducere posset. Nam qui ambulant in erro-
re cordis sui venient sup eos mala. Sed nec xps dñs noue legis conditor.
veritatis magister & salutis inuētor superni refugium tribunalis omisit.
Elegit em petrū & in petro ceteros romane sedis antistites. qui post eius
in celum ascensionē vicariātū tenuerunt & in ecclesia primū locum. Cum
claves regni celorū illi promissit ac ligandi solvendiq; potestātē. & tandem
pasturam gregis cōmisit dicens. Pascue oues meas. Cur hoc. Quid tunc
opus erat petrū fieri pastorem claves regni tenere: principatū accipe. xpi
vicariatū gerere. nisi vt errantes reduceret. ignaros instrueret. timidos
roboraret. pertinaces eliminaret. fidelibus subueniret. hereticis repugna-
ret. Si iusti essemus ac nostro ingenio verum videremus & sequeremur
omnes. neq; lege neq; principe opus esset. Sed q̃a insurgunt ingenia pñ-
tiosa que doctrinas pestiferas seminant. funduntq; venena letalia & occi-
dunt credulas anias. necessaria fuit supmi tribunalis erectio q̃ inter leprā
& lepram iudicaret. Hoc aut est apud apostolicā sedē q̃ cardo & caput v-
t factum est a dño. & non ab alio est constituta fidelium. Et sicut cardine osti-
um regit ecclesie domino disponēte regunt. atq; vt calixti pape sanctissi-
mi verbis vtamur. Nullū dubium est q̃ apostolica sedes mater sit omnium
ecclesiarum: a cui⁹ nos regulis nullatenus conuenit deuiare. Vos igitur
thaborite si qua vos fidei dubitatio tenet consulite romanā ecclesiam. au-
dite vicariū christi. Facite quecumq; dixerint vobis qui presunt loco quē
dominus elegit. Dicite cum ysaia. Venite ascendamus ad montē domini
& ad domū dei iacob. & docebit nos vias & ambulabimus in semitis ei⁹.
Quis est mons dñi nisi aplica sedes. Que dom⁹ dei nisi ecclesia. Quis lo-
cus electus a dño nisi roma. quam beatorū Petri & Pauli martyriū conse-
cravit. Fugiebat Petrus ex vrbe mortē timens. sed cum obuiū habuisset
in via dominū. dixit ad eum. domine quovadis. & dñs sibi. Vado romā
iterum crucifigi. Sic reuersus Petrus cathedram summi pontificatus ere-
xit vbi crucis patibulum subiit. Huc ergo recurrēdum est. hinc doctrina
sumenda est. hinc veritatis bauriendi latices. Hic fons aque viue signat⁹
scaturit. hic hortus cōdusus: hic archa domini extra quā omnis salus resi-
lit. Non pudeat vos thaborite que de fide sentitis apostolice sedi referre.
Nam Paulus vocatus e celo segregatus in euāgelium christi. securitatē
non habuit euāgelium predicandi. nisi Petri & ceterorū apostolorū qui
cum eo erant fuisse sententiā roboratū. Ea propter ad galatbas scribens.
Iterum inquit ascendi Hierosolymā cum barnaba assumpto tito. A scēdū

P

autem fm reuelationem & contuli cum eis euangelium. scorum autē eū
 bis qui credebant aliquid esse. ne forte inuacuum currerēt aut occurrisset
 Et diuus Hieronymus doctrina plenus & oēm scientiam callens. cum fi
 dei scripta didisset ad Damasum. hec ē inquit fides papa beatissime quā
 dididi in ecclesia quamq; semp tenui. In qua minus perite aut parum cau
 te forte aliquid positū est emendare a te volo qui fidē Petri tenes & meri
 tum. Sic & vos facere cōaboritas exhortor. Ostendite vos & doctrinam
 uestram romano pontifici. facite que iusserit neq; ad dextram neq; ad si
 nistram dedinātes. Sic consolationē spiritus. sic anime uestre quietē asse
 quentur & salutē. Nicolaus. Obediremus apostolice maiestati & oī
 deuotione subiecti essemus. nisi legi diuine contraria iuberet. Eneas.
 In his que sunt fidei nūq; repta est apostolica sedes errasse aut adulteri
 nis acquieuisse dogmatibus. Galetb. At fuit in agnec manifestus er
 ror. Eneas. Quam tu mihi agnetaz cōmemoras. Galetb. Quam ro
 mana sedes seminam pro mare coluit. & in apostolatus apice collocauit.
 Eneas. Istic neq; fidei neq; iuris error. sed ignorātia facti fuit. Neq; cer
 ta bystoria est. Nicolaus. At plures romani pontifices criminosi fue
 runt qui nunc dant apud inferos penam. Eneas. Nescio si quis tamen
 peccasse comptus est. fragilitate deceptus. more hominū lapsus est. Sed
 hoc ausim dicere romanus presul indubitatus nemo vnq; inuētus est fal
 se doctrine publicus assertor. Nicolaus. Sepe romanus pontifex le
 gem precessoris euertit: aut vnus ergo aut alter errauit. Eneas. Inanis
 argumētatio tua est. Licet em̄ vetus decretum. nouus papa deturbet: nō
 tamē primi conditoris sniam reprobat. qm̄ fm tpa leges variant huma
 ne. Neq; em̄ q; semel uile fuit decretū: semp uile pseuerat. Non errauit
 ecclesia primitiua que sacerdotibus pmisit vxores. Nec erat moderna q;
 subtrahit. Et vos quis multis in rebus romanam impugnatis ecclesiam.
 Coniugia tamen presbyterorū abiicientes neq; primitiua ecclesiam neq;
 grecam sed nostram sequimini. Quia vō mores hominū tpe variant. de
 creta que sup his pmulganē ppetua esse non possunt: sed uiliter sepe cō
 scripta lapsui temporis vertunt ad noxam: ex quo fit vt alteruter sit com
 mendandus. & qui prius edidit. & q; postea decretū abrogauit. Moysen
 nouimus mādato domini serpētem eneam fabricasse. que christi figurā
 fuisse doctores nostri testant. Hunc tamē ezechias lōgopost tempore si
 ne culpa destruxit. Sic & romanus presul antecessoris sui legem sup mo
 ribus editam & absq; suo potest & absq; illius erratu cassare. Qz si lex fidē
 respicit & aliquid in fide declarat immutabilis est. Nam verū fidei semp
 est vnum: nec vllō potest vel loco vel tempore variari. Ideo decreta que
 sunt de fide a sanctis patribus instituta: summa veneratione recepta sunt
 & immutata: atq; inuiolata pdurant. Galetb. Pergis romanā ecclesiaz
 ab errore defendere. In cassum laboras. Nam contra euangelium christi
 predicat atq; agit. Eneas. Vbi nanq; quib; in rebus. Galetb. Vbiq;

gentium & in altaris sacramento: Eneas quo pacto effare. Galeth.
 Porrigi calicem populo vetat christus iussit. Eneas. Ostende vbi iussit
 Galeth. Apud Iohannē inquit dominus. Nisi māducaueritis carnem
 filii hominis & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis.
 Qui manducat carnē meam & bibit meū sanguinē habet vitam eternam
 Magna est audacia ne dicam temeritas aplice sedis que potius sanguinis
 populo subtrahit: sine quo negat dominus habere vitam eternā. Sed ac
 cipe nunc in natali magni huius sacramēti que fuerūt xpi verba. Mathe⁹
 sic rem gestam exponit. Ceuātibz aut illis accepit Iesus panem & bene
 dixit & fregit deditq; discipulis suis & ait. Accipite & comedite hoc est
 corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit & dedit illis dicens. Bi
 bite ex hoc omēs. hic est em sanguis meus noui testamēti qui pro multis
 effundet in remissionē peccatorū. Videf vt impat omēs bibere. Sed audi
 Marcum & manducatibus illis ait. Accepit Iesus panem & benedicens
 fregit & dedit eis & ait. Sumite hoc ē corpus meū. Et accepto calice gra
 tias agens dedit eis & biberunt ex illo omnes: & ait illis. hic est sanguis
 meus noui testamēti qui p vobis effundet. Lucas primo vo sic ait. Et ac
 cepto pane gratias egit fregit & dedit eis dicens. hoc est corpus meū qd
 pro vobis datur. hoc facite in meam cōmemorationē. Similiter ad calicē
 postq; cenauit dicens. Hic est calix nouū testamētū in meo sanguine qui
 pro vobis effundet. Ostendūt euāgeliste vt vides: quia iussit dñs facere
 qd ipse fecit: verbo vsus impatiue facite. Qz si quis existimat circa priorē
 dumtaxat specie stare pceptum dñi: sicut Lucas testari videtur. audiat ad
 chorin. Paulum. quid ille. Ego em accepi a dño qd & tradidi vobis: qm
 dñs noster Iesus xps in qua nocte tradebat: accepit panē & grārias agēs
 fregit & dixit. Accipite & manducate. hoc est corpus meū qd pro vobis
 tradet. hoc facite in meam cōmemorationē. Similiter & calicē postq; ce
 nauit dicēs. Hic calix nouum testamētū est in meo sanguine: hoc facite
 quotienscunq; biberitis in meā cōmemorationē. Supplet aplus Paulus
 quod euāgelistis defuisse videf. pceptūq; non panis solum sed calicis
 quoq; subiunxit. & Matheus circa panē. Comedite inquit & circa calicē
 bibite que sunt verba preceptionis. Cum ergo Paulus & euangeliste si
 mul iunctā mādicationis pceptū & bibitionis ostendunt. Quis roma
 nā huius mādati violatricē non videt. que pplo xpi sanguinē interdicat.
 vnamq; salutis cōcludit. His accedit sanctorū apolorū & aliorū obseruantia
 discipulorū. qui noue legis sensum non ab hoīe: sed ab ore dñi didicerūt.
 Quorū actio nostra instructio est: quos errasse neq;bas ē opinari. Grecia
 quoq; itarū mater & omīs discipline magistra traditionē Pauli imutilatā
 bucuq; seruauit: qui panis edendi bibendiq; calicis auctor illi fuit. Sicut
 eius ad corinthios scripta manifestant. Sunt preterea nonnulli doctores
 qui Iohannis textum ad nostrum sensum accipiunt. & Leonem papam
 statuisse tradunt: vt qui sacramenti suscipiat vnam speciem, a calice non

abstineat. Quomodo igitur romanam ecclesiam consulere & vocem eius au-
dire seruareque legem possumus. que tam manifeste diuinis contradicit ora-
culis. Nunquid deo magis obedire oportet quam hominibus: christo quam pa-
pe euangelio quam decretalibus. Eneas. Multa & magna sunt que dixisti.
Nam & fucum veritatis habet & multos decipere possunt. qui sacre scri-
pture sonum audientes sensum negligant cuius mysteria non verbo do-
centur: sed spiritu reuelantur. Idcirco reuela inquit dauid oculos meos &
considerabo mirabilia de lege tua. Nemo scripturam nisi spiritu sancto do-
cente cognoscat. Hinc Paulus ministros ait: fecit nos deus noui testamē-
ti non littera sed spiritu. Littera enim occidit: spiritus autem uiuificat. Est ergo ne-
cessarium si volumus euangelium intelligere ut spiritu ambulemus. sicut
ad galathas doctor gentium scribit. Verum ego quia peccator sum & ini-
quitate circumdatus. non credo mihi neque me puto sacra eloquia intelli-
gere & altos percipere sensus. Ea propter responsurus tibi nihil de meo. sed
sancti doctores diuino afflati spiritu tradunt. & quod docet ecclesia dicam.
Nam sibi assistit christus & suggerit omnia spiritus sanctus. Cuius maxima
dignitas est summa potentia immensurabilis auctoritas. que neque fallit neque
fallitur. Quam si quis docentem corripientemque contempserit ut ethnicus
& publicanus habendus est. Atque ut Cipriani clarissimi & doctissimi mar-
tyris sententie consonemus. Alienus est populus est hostis est. Habere
iam non potest deum patrem qui ecclesiam non habet matrem. Plurima
sunt sacri codicis verba: que diuersis accommodari sensibus possunt. Qua
propter non alienum aut extraneum foris sensum querere debemus quod
scripture testimonio confirmemus. Sed ab ipsa scriptura recipiendus est
sensus veritatis quem sola nouit & suis filiis exponit ecclesia: teneo te for-
tassis nimis perstringo sermonem & ad rem propero. Accusasti romanam ec-
clesiam que dum comunione calicis plebi denegat. euangelium viciat.
christum negat. salutem adimit. Quattuor sunt ut video que non te solum
sed omnes mouent. quos huiusmodi opinio ne dicas rabies ab ecclesia ro-
mana se iunxit. Primum est Iohannis testimonium. Secundum est institutio sa-
cramenti per tres euangelistas relata cum Paulo. Tertium est ecclesie pri-
mitiue grecorumque praxis. Quartum est nonnullorum doctorum ac romano-
rum pontificum auctoritas. Sunt ad hec omnia nobis parata ac clara re-
sponsa. que de penu spiritus sancti recipit & ministrat mater ecclesia. Negat
Iohannes ut ait imo negat apud Iohannem dominus vitam esse cupiam: nisi car-
nem suam comederit & sanguinem eius biberit. Quibus verbis non inin-
vtriusque speciei comunione quam baptismatis vnde mandata censet. vetus
hec armenorum insania fuit. qui natos ut in lucem veniebant. mox baptis-
mos mox altaris sacramento reficiebant quod & vos aiunt facere. qui de-
mentes atque infantes ad eucharistie libamenta vocatis: in bonorantes di-
uinissimum sacramentum comunioneque Pauli despicientes. qui ad Co-
rinthios scribens ait. Probet se ipsum homo & sic de pane illo edat & de

calice bibat. Quomodo se paruuli & dementes probare possunt: quibus nec certus nec verus rōnis est vsus. Sed non est in euāgelio Iobānis quē sibi sensus ascribitis. Non bibitio sacramentalis illic precipit sed spūalis insinuat. Nam sanguis xpi triplicē potum Alberti magni sentētia tradidit. in eo sermone quē de xpi corpe non minus subtiliter q̄ veraciter edidit. Est em̄ potus sacramētalīs quē soli sacerdotes accipiūt. Est intellectūalis qui plebibus xpianis sub specie panis ministrat. Et est spūalis quo saluandi om̄s vtunt̄ incarnationem passionēq̄ domini pia & assidua meditatione recolentes. Et hac bibitione dñs apud Iobannem precipit. Sicut verborū euangeliste series luculenter ostendit. Nam cum dixisset dominus. Caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus. Qui māducat meā carnē & bibit meū sanguinē in me manet & ego in eo. Multi audientes ex discipulis eius dixerunt. durus est hic sermo quis pot eum audire. Sciens autē Iesus apud semetipm̄ quia murmurauerant de hoc discipuli eius dixit eis: hoc vos scādalizat. Si q̄ videritis filium hoīs ascendētem vbi erat prius. Spūs est qui viuificat. caro non pdest quicq̄. Verba que ego locutus sum vobis spūs & vita sunt. Sed sunt ex vobis qui non credunt. Dedarat dñs his verbis non carnalis esus aut potus illic. sed spūritualis archana mysteriū contineri. dum ait spūs est qui viuificat. caro nō prodest quicq̄. Et iterū verba q̄ locutus sum vobis spūs & vita sunt. Vis aperte cognoscere qm̄ de spūali māducatione q̄ fit p̄ fidem loquit̄ euangelista aduerte q̄ dicit dñs. Qui māducat & bibit instantis non futuri temporis sunt verba. Erant igit̄ dum sic loqueret̄ dñs. qui manducabant & qui bibebāt eum. Nondū passus dñs erat nec adhuc institutū fuit sacram̄. Quō ergo manducabāt bibātq̄ xpm̄ nisi spūaliter p̄ fidē & charitatē credentes in eū & facientes opa eius. Nam & prius dixerat ego sum panis vite qui venit ad me non esuriet. & qui credit in me non sitiet vnq̄. Qui credebūt in eū & opa sectabant̄. ius: bī carnē edebant eius bī potabant sanguinē. Atq̄ hic verior est euangelii sensus. q̄a aliter edic̄ caro. aut bibi xpi sanguis nō poterat. Fuit em̄ figurata locutio dñi: sicut & samaritane & in cruce sitire se dixit. quia fidē illi & nram salutē sitiebat. Sic glosator intelligit hoc euāgelium. Sic magn⁹ Augustinus doctrina & verecūdia iusta nobilis: cuius tāta gloria est. vt nullus laudib⁹ crescat: vitupatione minuat̄ quo postposito. si q̄s videret̄ rochezanāq̄ sequit̄. luci tenebras veritati mendaciū p̄fert qd̄ plura. Nōne dñs in textu euāgelii dicit. Ego sum panis vite q̄ veniet ad me nō esuriet. & q̄ credit in me nō sitiet vnq̄. Ecce tibi panem cib⁹ et potus est qui esuriet tollit et sitim. Cui tollit et quō. Credeti tollit p̄ charitatē tollit. Nā qui fidē rectāz habet: et opa facit digna fide. hic ē qui carnē dñi māducat et sanguinē bibit et acquirit vitā eternam: mūdo mortuus xpo viuēs. Sic qd̄ de Iobāne vobis assumitis: nostre sentētie non vestre confert. Nunc ad reliquos euāgelistas transeamus bīsq̄ Paulum adiugamus. Nam simul omnes integrā referūt cenā

xpi & quis in vna plus q̃ in altero sit. Nulla tñ discordia nlla dislonācia
 est. Sed qđ vnus obmisit alter admisit. Et quis euāgelistarū nullus dicat
 hoc facite in meā cōmemorationē nisi solus Lucas: qui post panē bene
 dictum hec verba ponit. Nec post calicē geminat. Tñ qā Paulus hoc ad
 vtrāq; spēm repetit tenendū est: & post panē & post calicē dixisse dñm.
 hoc facite in meā cōmemorationē. Ex quibus verbis precepta tibi vtri-
 usq; speciei cōicatio videt̃. Et quia p̃cepta xpi seruanda sunt. bis qui salui
 esse volunt. Quicunq; sub specie panis & vini non acceperit sacramentū
 damnationē incidit & iniusta est aplicā sedes hui⁹ inimica p̃cepti. Sed au-
 di responsionē fateor sic locutos vt dicis euangelistas: neq; verbis Pauli
 quicq; demo. Nō tñ idarco eē p̃ceptū intelligo sub specie panis & vi-
 ni cōicari plebes. Nam verba q̃ retulisti non oibus fidelib⁹ sed aplīs solū
 dicta fuerūt. Quia vt est cōis snia doctorū aut iam sacerdotes. aut tunc sa-
 cerdotiū acceperūt. Qz si p̃ceptū id est hoc facite in meā cōmemoratio-
 nem. p̃ceptū hoc nō sacerdotes nō plebē obligat eccliamq; simul colectā
 nō quodlibet ecclie mēbrū respicit: atq; vt tecū neruosus agā & argumē-
 tationibus fortioribus vtar: aut sacerdotes erant aplī oīī mādatur hoc
 acceperunt. & ad id soli sunt obnoxii sacerdotes: aut adhuc erant laici. &
 tunc nō sumere tñ sed cōficere quocq; sacm laicis est p̃ceptū. Sed hoc tñ
modo preces modo mine quibus ad reditū vocor. Non video me poſſe
amplius obſiſtere. Cognoſco me ſenem & morbis qpluribus grauem.
Itaq; ſtatuo ſi deo placuerit in patria mori. Rogauſq; cefarē vt indulgeret
me domum viſere. Conceſſa eſt mibi licētia circa feſtum Martini quin-
decim ante diebus: eo tamē pacto vt redeam in curiam. Dico me reuerſu-
rū ſi cōmoditas affuerit. At cum domi fuero per litteras me abſoluam.
Neq; em meum eſt ſemp exulem eſſe: ſcio non multos mibi annos ſup-
eſſe: ne dicam dies eos dignū puto inter dulces cognatos & affines con-
ſumere: quorū mibi & magna & boneſta copia eſt. Hic puto multos eſſe
qui ppoſitum meum damnabunt: & illos potiſſime qui me maiorem cu-
piunt. Dicent. Si manſiſſet Eneas apud cefarem: hoc illi & hoc eueniſſet.

Fateor Petre amantissime: me pluri fieri dum cesari seruo: q̃ dum ma-
ne domi. Sed quid ad me falsa hominū existimatio. Nolo ex alieno p̃e-
dere. In me tibi stabilitatē quero. Nolo semp̃ seruire: tibi viuere aliquā
deceui. Quis preterea nouit si apud germanos manens melius habitu-
rus sim. Ego de meipso iudico quod in aliis inspicio: & que peiora sunt
posse tibi accidere non dubito. Preparoq; pectus meū aduersus omnes
fortune cōtumelias: si contra me velit irasci: quis in bancvq; diem nō ha-
beo q̃ fortune accusarem. Nam siue honores siue opes siue alia hui⁹ secu-
li bona inter homines eque distribuant: scio me plus virili parte assecutū.
Itaq; nihil mi Petre cur nō bono aio esse debeam. Facio q̃ suades letus
sum. Gaudeo bis q̃ possideo bonis: gaudeo in amicis: gaudio in meipso.
Vtinam in alio seculo tibi secūda sint omnia quantū in p̃nti fuere. Quis
em̃ me miserū dicere possit: qui & summi p̃cificis & impatoris gratiam
reperi. Magna cōsecutus sum tuo fauore: & sanctissimi domini n̄i beni-
gnitate: neq; despero quin alia etiā maiora ex vestra beneficentia suscipiā.
Non tamē id apud me firmū est: scio posse mutari aplicam mentē & alia
multa cōtingere propter que fallat opinio mea: imo vt verū fatear: plua
deo tibi nihil futurū ex his que magna voce vel tibi vel cesari sunt p̃-
missa. Non q̃ verba reputem data: sed quia mortales intelligo mores: ne
uertat atq; domum vt his qui velit inter suos mori & iam se muneribus
huius seculi defunctum putet: si quid preter spem euenerit: id cum The-
rentio nostro deputabo eē in lucro. Forsitan aliquis erit qui cum turbini-
bus seculi exemptum me viderit. O Enea dicat solus scis viuere. sicut de
vaccia dictus scribit Seneca: & si illud nō pbat. Hec volui apud te dixisse
ne mentē me putes grauē habere: qui iubes & bene iubes: vt animo bo-
no sim: sum no bono solum: sed etiā iocūdo: atq; eo magis leto q̃ te cito
visurum me arbitror. De litteris militie tue c̃primū cesari verbū feci: mox
cōmissa res fuit. Amat em̃ te sua maiestas tibiq; gratā rem facere cupit: ac
de tua virtute grauius & magnifice loquit̃. Titulus litterarū erit ille quē
denotasti. Neq; deinceps tibi magnifico scribet. Gubernatorē cancella-
rie nolui in hac re tua onerare: queq; neq; in meis nunq̃ negociis accedo:
neq; em̃ tibi amicus est. Sed habet cesar duas cancellarias: impialem & au-
stralem. Qui australem regant adynū oēs tibi beniuoli sunt. Ibi ego oia
expedio. Illic est magister Iohānes binderbachius decretorū doctor sin-
gulari beniuolentia tibi cōiunctus: huic puinciam cōmissi. Is rem tuam
libet̃ absoluit & anio volenti. Itaq; l̄te tue p̃latorē p̃ntium expedite ad
te veniet. Cum hec scripsissem. placuit Iohāni binderbach qui intra de-
cendium ad curiam venturus est: litteras tuas retinere & illas secum affer-
re: vt cum aliquo munere ad te p̃ficisceret. Nec ego id tibi negare volui
quando nullum exinde p̃iudiciū fieri tibi cognoscerē: nisi decem dierū
moram interuenire. De beneficiis parauim. Ad eum modum distribuen-
dis vt scribis: habeo tibi ingētes gratias: p̃corq; id solidum esse p̃cures:

si confirmari et aut puideri sibi cōtingat. Post hec iā scripta. Captata hora
magis felici allocutus sum iterū cesarē sup facto p̄fati electi. dixi q̄ sibi me
timere ne tandē papa cogere electo puidere: quia nō facile repiret: qui
pmouēdus eēt ad eccliam quā alius possideret: durūq̄ eēt romano pōti
fici insignē eccliam diutius vacante dimittere & multosq̄ principū p̄ ele
cto rogantiū spernē p̄ces. Qz si ille pmoueret inuita sua maiestate nimis
sibi dedecorōsū eēt. Ex alia pte p̄siderare me aiebā graue eē sue serenitati
p̄sentire q̄ suus inimic⁹ nō recōciliat⁹ & q̄ nullā sup dānis & iniuriis satif
factionē impēdisset ad eccliam insignē sui seudi pmoueret. Ob quā rē re
tuli me reperisse vnū mediū p̄ qd̄ & scissimo dño nro pape & sue maiesta
ti mos gerere. Id aut̄ h̄mōi p̄posui scissimo q̄ sua maiestas remitteret
ad dñm nrm. S. plenū arbitriū cōponēdi secū ipm electū: & inducendū eū
ad satisfactionē p̄ dānis & cōtumacia impediētē: & quicquid dñs noster
in hoc facto ordinaret: maiestas impatoria ratū haberet. p̄uiso q̄ similiter
electus ipse dñi nri arbitrio acquiesceret. Confirmabā: em̄ sperare me. S.
dominū nrm inducturū illum electū ad cōuenientē recōpensationē & tñc il
le sine cōtrouersia posset pmoueri. Ad hec dixit cesar se de dño nro de
mentissimo plene cōsidere. Iussit tamē in concilio rem p̄poni. quo facto
omnes consiliarij hoc mediū cōmendarunt: & ita cōmissum mihi fuit: vt
beatitudini dñi nri scriberē. Sic ergo dñs noster digne hoc negociū i se
assumere & inducere electū ad humilitatē & satisfactionē qm̄ cesar de suo
arbitrio cōtentus remanebit. Alioquin vō stante illo cōtumace nunq̄ cō
sentiret eū pmoueri quēadmodū plenius & aptius sup hoc de mandato
cesareo apostolico culmini scribo. Nō fuit visum certis de causis q̄ impa
tor hoc scriberet: sed veniet intra paucos dies ad curiā romanā sup vno
alio satis magno negocio. dominus Iohannes p̄fatus & ipse de hoc ple
nam habebit potestātē. Tamē ex nunc cesar contentū sese dicit in eo futu
rum esse qd̄. S. dñi nri inter ipm & electum duxerit ordinandū: ita tñ q̄
ille de dānis & iniuriis illatis aliquā faciat emendā: tātis excessibus cōue
nientē. Habes quid in re patauien. p me factum sit: nō potui plus sed per
hunc modū existimo negociū iōm bñ cōsummari posse. Vocet pietas do
mini nri pcuratores electi qui dicūt multa impatori oblata & dicat eis se
velle negociū cōponere. & si hñt p̄ratē subeat eos scribere dño suo & fa
cultatē q̄rere eo mō aut res votuā habebit expeditionē aut honesti⁹ illis
resistē. Pot̄ aut̄. S. dñs nr scribere cesari se h̄mōi mediū a me sibi transcri
ptum eē de mēte & voluntate sue maiestatis & dicere q̄ id velit arbitrium
acceptare & tñc res erit planissima: & si videt bonū eēt q̄ sup hoc lre apli
ce ad me mitterent̄ anq̄ binc discederē. Sic em̄ magis instructus ad vos
venirē. nec alia modo. Vale optime & me summo p̄suli cōmendato cura
toq̄ vt sua erga me benignitas augeat̄ potius q̄ minuat̄. Idē ego p te
apud cesarē facio sedulo de tuis familiarib⁹ teneo q̄ scribis. Vale ex gretz
die. xviij. Septembris. Anno. M. ccccliii.

Gratulatur de promotione amici in episcopum.

EPISTOLA CXLIX

r Euerendissimo in christo patri dño Iohanni de agazia ecclesie
grossetane pñfici. Eneas eps senensis. S. p. d. Fuerunt mihi gra-
tissime lre tue ex quibus factus sum certior non solum de tua di-
gnitate: verum etia de summa felicitate: q̄ in hac p̄mōtione es vñs. Qui
celerrime atq; vno impetu ad summū euasisti. Sedo me piopt̄a deo gra-
tum qñ & amici mei sue pietati sunt chari. Tres vno anno ex bis quos
in primis amaui exaltati sunt Nicolaus amidauius ecclesiaz mediolanen-
fortitus est. Iohannes campisius ad placentinā vocatus est: tibi grosseta-
na obuenit. Quis non me felicem dixerit cuius amici sunt fortunatissimi
Verum Iohannes amantissime: duobus illis longe a me positis vñ non
possum nisi litteris. Te frui etia presente potero festinoq; vt q̄ celerrime
ad te veniam teq; complectar & vna viuam tecum. Nec scio quid hoc tē-
pore ex diuino munere magis optare potuerim: q̄ q̄ diuina pietas in te
mihi presciuit. Ago sedulo superis gratias: qui me respiciunt: dum meos
amicos extollunt. Intelligo ex tuis scriptis q̄q; necessarius sit meus re-
ditus ecclesie mee. Idem quoq; ceteri scribunt: omēs me vocant amici ne-
cessarii noti: vincor veniendū est. Nam etsi cesari molestā rem facio: neq;
summo pontifici morem gero ex almania recedēs: satis est quod ecclesie
quod patri ipsi satisfacio. Facessant omnes alie species mihi viuere cu3 Iō-
hanne grossetano pontifice cum mariano sozino: cum Francisco ptolo-
meo: cum Gregorio lollio: cum patricio. Cum ceteris amāttissimis patrie
mee ciuibus: maius duco q̄ pape aut impatoris gratiaz. diu curialem ser-
uitutem seruiui. diu miliciā secutus sum: mitti tandem debeo & inter ve-
tera nos computari. Queris quando hoc erit. Ante Martini festiuitate3
hinc abire decreni q̄uis scribis nō esse timendum bellum: quia romanus
pontifex paci opam nauat. Ego tamē maxime anxius sum neq; de pace
magnam spem habeo: nisi deus oculo mitiori italiā intueat. Accipiam ta-
men iter etiam cum discrimine. Raro enim res mee sine periculo fiunt:
habeo deo grates quia superare soleo quasuis difficultates. Idē nunc mi-
bi suadeo: & si frequēter obiectare sese periculis q̄periculosissimū sit. Qā
sponte offers in agendis ecclesie mee tuum auxilium accipio admodum
libenter. Nam id erit non vñle solum sed etiam necessariū. Germanū tuū
cupio benevalere & tu optime vale. Ex gretz die. xxv. Septembris. An-
no quo supra.

Promouit quendā in consiliariū cesaris.

EPISTOLA CL

c Ximie doctor amice charissime. Nō habui dudum ex te lras: ne-
scio quo pacto: vales cupio tibi bene esse te memoriā mei babe-
re tui ergo nisi fortasse dormiens immemor eē non posse: bo die
de te cesari verba feci qui libetī animo in consiliariū suum te accepit. Litteras
eius rei i tua paucos dies accipies: per dominū Iohannē binderbach

qui ad curiā vēturus est orator imperialis ei suis in rebus assistere te oratū volo: interea viue nři amans & q̄ gerunt in italia tuis lris me scire curato Vale ex gretz die. xxix. Aprilis. Anno quo supra.

Baro de puchaim cesari conciliaf.

EPISTOLA CLI

m Agnifice vir maior honorāde. Scio te magnis vrgeri curis. tum ppter negocia italica. tū ppter cladē constantinopolitanā. iō te multis vrbis tenere nō audeo: ga tñ necesse ē pontificē maximū q̄ apd nos gerunt incelligere. Scribas tibi q̄ breuissime baq̄ partiū statum. Tu deinde sue scitati put dignū putabis scripta mea referes. Cesar baronem quēdā quē vocāt de puchaim supioribus diebus aduersantē habuit. Is modo recōciliatus est accepta quadā pecunie quātitate sup ceteris cōtentionibus arbitrio cesaris se submisit. In hungaria vt aī apostolico culmini scripsit surrexit quidam latro noīe Axamit: qui cum magna predonū manu regnum vexat: neq̄ gubernator potens est cum regno depellere. Ob eam causam habet p hos dies rex Ladislaus oēs regni pceres: apud possessionum cōgregatos. Cūq̄ his consultat: quonā pacto regnū expiare latronibus possit. vualachi quoq̄ cōtra gubernatōrē arma mouerunt quē dñari sibi egreferebant. Est etiā quod de thurcis in eo conuētū cogitet: quos p̄ximos habet. & iā noua elatos victoria plurimū timet. Queres compulsiua hungaros credi: vt pacē quā diu cum cesarē refutarunt vltro depulsant: nisi malicia boim magis ac magis excreuerit. Idem rex Ladislaus in kl. Octobris p̄ximis bohemiā intrare p̄misit: ibi coronam recepturus: magni ob eam rem apparatus fiunt. Ituri cum eo ferunt Albertus austrie. Ludouicus bauarie duces: ac Albertus marchio brandeburgen. Bohemi offerunt qcunq̄ bona ad coronā spectāt regi restituere partēq̄ rerū ecclesiasticarū redimere ab his & qui eas possidet & p̄ regis arbitrio ecclesiis satisfacere. Credo res aliquāto minores futuras q̄ fama ferunt. In partibus rheni qui dissidebāt principes compositi sunt pacēq̄ tenēt. Ludouicus bauarie dux ei⁹ concordie ductor noīe: re aut marchio brandeburgen. Albertus fuit: qui iam principum auctor est. Res prutenicas arbitror te nō ignorare in nostro cōsistorio pendētes eē. Ciuitates tamē q̄ contra religionē sedus iniere non putant iudiciū subiture. Nam reges polonie vires sibi accedere sperant: & armis magis q̄ iuribus fidūt Rex ille iam magistro prussie litteras dedi q̄ suum animū in cōitatū fauorem erectum significant. Cardinales q̄ cracouiē mibi scripta dixerit: p que comphendo polonos ipsos cōitatū partē adiuuare: hec habui que ad te scribere hoc tēpore: credo consultū eē: ne festinet in processu cōtra ciuitates prussie qui modo apud nos agitādus dici: ne cēsure apostolice sicut in austria factum ē cōtemnant. Nisi em spūale gladiū materiale seq̄tur: parum est q̄d populi formidēt. Vale & aplice sanctitatis pedibus me cōmēdato. Post res prutenicas absolutas te visam. Sic em licentia cesaris habeo. Ex gretz die. iiii. Septēbris. Anno. M. ccccliii.

Spondet ad patriam suam redire etiam multis periculis obiectis dño
Francisco ptolomeo.

EPISTOLA CLII

Ximie doctor frater amantissime. Que per nos gesta sunt in facto
e clari viri Iobannis Petri: cōduls nostri ex ipso cognosces. Noua
italie que scripsisti molesto feruus anio: quis frustra augimur.
Ex his que sine culpa nostra sunt sperauimus pacem pcurante summo
pōtifice non defuturam italie. Nunc accipimus ardentius feruescere bel
la: neq; spem eē cōcordie. Cupiebamus domum reuerti & cupimus. Ne
scimus tamē qua via penetrem: vndiq; bella tonant. Peregrinū inducere
nō possum. Prelatum agere periculosum est. Statuimus tamē ad vos ire
quādo vocibus citamur omniū. neq; lra vlla ad nos venit nisi reditu sua
dens. Quid dicamus tantis precibus nisi vincite etiam cum nostro peri
culo. Scimus cum quāto incomodo reuertimur offendimus cesāres qui
licentiā prebet inuitus. Pape rem ingratam facimus. Mille nos hoc tpe
viarum piculis obiectamus. Ad patriam redeamus suspitionū plenā. In
ancipiti diu fuimus. At cum videremus tot pces & aliqñ minas cogna
tarum expirētur: succūbere necesse fuit. Veniem? igit ita sua detis om̃s
Scimus tamē te cum nos audieris dicturū. Hec si sciuilem nuncq; de re
ditu ad te scripsissem p hoc tempus. De nostro epō seneñ. Nos em̃ extra
senas episcopatū habemus. Intelleximus q scribis. Redētes de causā co
gnosceamus: videbimuscq; sibi an nobis mitia debeatur. Interea bonum
babe animū & vicarium nostrum bortare vt viri cor se habere demōstret
Nos etiam sibi ad eam rem lras damus. Vale Ex gretj die. xxv. septem
bris. Anno quo supra.

Nouitates almanie notificat.

EPISTOLA CLIII

Neas rē. Cardinali sancti angeli. Reuerēdissimo in christo pater
e & domine mi colendissime: post humilem recōmendationē. Re
uocillatus sum aliquātiſper lris vestris ex quibus romanū ponti
ficem dare opam intellexi vt & nobis italia pacem recipiat & insulcātib;
thurcis xpiane vires resistant. Nam me quidem cōstantinopolitana da
des magnope angit. Spero autē si vocem aplicam orthodoxi principes
audiuerint: thurcorū rabiem retrocessurā futurūq; vt nedum cōstantino
polis recuperetur: verū etiam vt in suis sedibus: thurcorū pñdia cōprimat.
Ostendi cesari que scripsisti qui vestre dignationi gr̃as agit: oratq; vt ad
pacem italie feruenti anio intendatis: qđ in rem fidei sua lerenitas p̃stare
poterit id nō negabit. Pax illa olim cōdusa inter maiestātē suam & regez
ladissauū nōdum ratificata est: modo in posonio bungari sunt magnūq;
cōuentum habēt. Agitur ibi de hac pace firmanda: de latronibus regno
pellendis. ac de modis p quos thurcorum conatus reprimi possint. Ex
inde rex iturus in bobemiā serf: coronā susceperit: mita de bonis ecclie
restituēdis dicunt: q silia somno vident. Dux est veteres possessores ex
pellere. Res prutenica apd nos adhuc pēdet. Timendū tñ ē: ne rex polo

nīe contra religionē ciuitatū partes tucatur. Principes reni cōpositi sunt. Alia ex his partibus scripto digna non occurrunt. Si dābitis pacem italie quā speramus: domū euestigio repetā & aliquādo dignationē vram videbo. qđ pietas diuina cito faxit. Lras reuerēdissimī p̄ris dñi assissinēsis expeditas penes me habeo. quas p certū nunciū ad eum mittā cōprimū occurrerit. Recōmendo me dignationi vestre reuerēdissime ad cuius mandata paratissimus sum. Ex grez die .iij. Septembris. Anno quo supra.

Offerret se patronum voluntarium in gerēdis rebus dño vuilbelmo episcopo tullen.

EPISTOLA CLIII

r Euerēdissime in xpo pater & dñe mi colēdissime post recōmēdationē. Gratissimē mibi fuerūt lre vestre q̄s ex vima ad me scripsistis. Intellexi nanq̄ dñationē vram. R. bene valere & me veteri ex more diligere. Cognoui q̄z in vrbe roma p me dicta cē a vobis que oportuit. Cōtentorq̄ dato respo. Circa nias res hic pendētes nihil innouatū est: neq̄ innouabit donec dicta dies assit. Vestri aduersarii nunq̄ hic fuerunt postq̄ recessistis: neq̄ quicq̄ eorū noīe hic cōparuit. Ideo nihil est cur vereri nouitates oporteat. Nam etsi venissent: nihil in vrm p̄iudiciū sine vocatione fieret. Ita cesarē dispositū & inclinatos cōsiliarios inuenio. De me certe potestis vobis psuadere: quia ad vrm cōmodus vgilantissimus eē. Lre salui cōductus p familiārē vestrum. d. vīe. R. afferrentur. Scribit etiam cesar comiti tullenfi quēadmodū desiderastis q̄uis apud homines obstinatos parum valitura scripta putē: p verbis verbera essent offerēda. Fiet tamē spero laudabilis finis p vobis & ecclesia vestra si aduersarii iudiciū subituri comparuerint. Alia nō occurrūt. Recōmēdo me dignationi vīe reuerēdissime cui seruire paratus sum quoad possum.

Passagium persuadet contra thurcos ex clade constantinopolitana.

Euerēdissimo in xpo patri & do.

EPISTOLA CLV

r mino dño. N. sacrosancte romane ecclesie. ff. sancti Petri ad vincula presbytero cardinali ac pontifici brixien. domino suo colēdissimo. Reuerēdissime in christo pater & domine mi colēdissime. Venit ad me hac ipsa hora q̄ scribo vir bonus & vestri obseruatissimus. Herne stus p̄tbonotarius impialis: ostendēs mibi litteras vestras in quibus sibi de quodā theolonio ecclesie vestre transmutādo facitis mentionē. De qua re non nihil simul locuti sumus. Nam & meam quoq̄ operā vestra dignatio requirere videbitur. Non est quod nunc ad hoc respondeam. quia nondum cesari verbum feci. Decreni cum ceteris scruatoribus vris quos in hac curia plures habetis: rem ipsam cesareo cultui exponere et cōmendare. Quid responsi habebō: illud vestre dignitati quātorius notum efficiam cui seruire in omnibus sum obnoxius: atq̄ vīnam possem quantū vellem. Nec plura de hoc. Propero ad alia reuerēdissimus pater archiepiscopus saltzburgen. quandam pridie capelle foundationem cōfir-

matuit in valle murze in loco non remoto a sancto Laurentio. vbi per in-
 uocationem diuini nominis & per merita sancti Leonardi plurima die-
 tur fieri miracula. Cōfirmaui & ego fundatiōē ipsam ex auctoritate cō-
 missionis mee. vt qui populi deuotiōē augēdam magis ac magis existi-
 maui. Deinde accepi dignatiōē vestram cum per id locorum transitum
 faceret prohibuisse capella vltius edificaret nec diuina illic officia cele-
 brarent. Itaq; cum rustici & incole loci ad me rediret atq; remediū pe-
 terent. Dixi non decere me neq; posse cōtra tanti patris decretū aliquid
 agere remisiq; illos a me vacuos. Ipsi aut post aliquot dies p nobiles de
 stubenberg ad pntiam cesaris introducti. Grauius questi sunt piū opus:
 diuinū sanctūq; apud eos ceptum impediri: dixeruntq; murmur esse ma-
 gnum in plebe: cuius deuotiōi obuiam iret. Vocauit igit me cesar ad
 lepetiuitq; votis vt annuerē & nobilium & populariū indulgētē capel-
 lam edificari & diuina ibi celebrari officia addens se magnū bre in sanctū
 Leonardū deuotiōē. At cum ego nō esse mei muneris affirmare vestre
 reuerēdissime paternitatis facta rescindere: petiuit salte; pmittere ad tres
 mēses celebratiōē ibi diuinorū bñi. vt interim vīa dignatio cōsuii possit
 & ita feci: nescio an illi rustici adhuc miserūt ad vīam pntiā. Quocūq; aut
 sit precor rescribere mibi dignemini: que causa mouerit vīam mentē ad
 bñiōi interdictum: vt fm illud ego quoq; excusare me possim: quia non
 auerē neq; vellē quis pacto vīs aduersari sentētis. Mibi tñ in valle illa
 dictū est & affirmatū: nihil illic eē mali & oīa ad laudē dei fieri & bonā eē
 ppli rectāq; deuotiōē. Sed plebanū scti Laurēti ecclīe vīe canonici p
 suo priuato iure aduersari. Vtūq; sit meū nō ē de vīs actibus iudicare
 qui sequi debeo nō preire: nec alia de tā certitudine peto nisi vt excusare
 me cesari & aliis supplicatibus efficacior possim. Nūc ad nouitates venio.
 Pruteni de ordine sancte Marie theutonicorū sunt apud nos in curia: pe-
 runtq; iudiciū aduersus cōitates: que ligam cōtra se fecerunt. Pars aduer-
 sa oratores miserat: sed illi apud morauia latronū patrias intercepti sunt:
 spoliatiq; bonis omnibus in vincula cōiecti propter quam causam dicta
 dies iudicii necessario cōducit. Nescio an illi noterunt in breui reddi
 libertati. Rex enim Ladislaus sub cuius saluocōductu capti sunt: ad eorū
 liberationē obnixē operam dat. Petiuitq; iam brūnam psonaliter ppin-
 quusq; est ei latroni qui illos detinet. Puto in curia sua multos esse qui
 scelus hoc ne puniatur adiutant: vt sunt mores hominum. Alii amicitia
 alii pecunia muneribusq; delinunt. Quemcūq; autē finem captiui ha-
 beat: non video hac vice terminum causę pruthenorum imponi posse.
 Rex Ladislaus in bobemiam iturum se ad festū Michaelis promisit q;
 uis bobemi id citius expetuerint. Georgius ibi plenā gubernationem
 habet. multumq; rochezane fauet. Catholici oppressi sunt heretici domi-
 nantur. Minores monachi qui tpe Sigismūdi pragaz redierant: instante
 rochezane denuo pulsi sunt. Dñs de rosenberg & alii qui fideles credūt

parum votis habet. Temporalia regni Georgius. spūalia rochezana gubernat. Nescio quid fiet in aduentu regis. Puto quia tenentes tenebunt. Nam puer nō poterit mutare regimē. In hungaria quomodo Iohānes vainoda gubernat. Sed ibi latro quidā axamit nomine homo bobemus cum quattuor milibus hominū infestare patriam cepit. Castella quedā expugnauit munitiōes erexit: spolia multa abduxit: resistētes hungaros aliquot conflixit. Nunc aduersus eum totum regnū est occupatum. atq; hinc factum est vt nos pacem babeamus. Nam licet hungari tenere conuenta nolint. Non tamē audent aliis implicati bellis nos inuadere. Australes autē libenter pacem ratificarent: sed non audent innitis hungaris. Quibus ex rebus eo deducta res est vt pacē sine pace babeamus. Depertauit enī ecclesia silentium est: Timeo ne diuturniorē vacationē eius cōtingat: quādo electus humiliare se cesari penitus respuit. Ego quid ibi dicā nescio: malo silere q̃ male loqui. Accepi regē la distat in ea re atq; aliis legatos suos romani missos. Trāseo ad maiora q̃ magis virgēt. Quis res oriētis satis notas & nimis heu nimis notas dignationi vīe non dubitē. Nō enī ab re arbitror de illis cū vestra pietate & colloq; & cōdolere. Qui ptes illas vidistis & quantū inde xpīane religiōi possit emergere preiudiciū optime nostis. Quō se habeat Grecia ad reliquā europam nō ignoratis. Tracie situm scitis constantinopolitane vr̃bis magnitudinē murorum molem adiacentis maris & terre qualitatem pulcre tenetis. Que sit thurcorū potētia: que latinorū negligētia: non latet vestram dignationē. Sed cur hec tam longius psequor. Nempe quia infelix: infauitū: durū: horrendum ad nos delatū est nunciū. Constantinopolim expugnatā: peram thurcis deditā. Classē xpianorū que opem sūre obsessis ibat victā interceptāq; esse. Aiūt enī q̃ de rascia ad nos veniūt imperatorē thurcorū pridie kalendas ianuarii ad vr̃bem cōstatinopolitanā machinas bellicas admouisse: insultusq; trinos dedisse. Primis duob; succubuisse: multosq; suorū amisisse. Deinde iratū omne militū robur. Ducenta enī & amplius milia virorum in exercitu fertur habuisse. Muros adire atq; conscendere scalas fuisse. Ipsumq; inter pugnatores pfectum aliis minatū: aliis premia pollicitum. Tertiū insultum magna vi summoq; conatu aggressum: tādem fatigatis magis q̃ victis opidanis rupto cuiusdam veteris portemuro vr̃bem introisse: datis edictis vt a sex annis supra omēs vtriusq; sexus persone necarent. Imperator noue rome captus: mox capite truncatus asserit. Sacerdotes & vniuersi monachi: diuersis tormentorū generibus lacerati necatiq; sunt. Reliquū omē vulgus gladio datum: tanta sanguis effusio facta vtriusq; cruoris p vr̃bem current. Sic nobilissima vr̃bs p cōstantinū primū condita in manus infidelū venit. Ab eius condicione anno. M. cxxx. vel circa. Tantoq; tpe paulo pluri senior roma steterat: quando primū a gothis capta est. At balarius enī anno ab vr̃be cōdita. M. dxiij. romam irrupit. At hic ne basilice sanctorū effringeret edixit.

Quid autē factura sit thurcorum rabies in vrbe regia non scio: suspicari
 facile est. Inimica gens nre religioni: nū ibi sanctum: nil mundū relinquet.
 Aut destruet nobilia tampla: aut certe propbanabit. Heu templū istud
 Sopbie toto orbe famosissimū: non ingētis quondam sacerdotibus: c. le
 bratum: mirabili opere: preciosa materia cōstructū: vel ruine iam patet
 vel Machometi spurcitie subiacet. Monachorum abdita sanctorum san-
 cta lupanaribus seruiēt. Aut delebitur ciuitas nobilis aut in manus xpī-
 ani populi detrimētū thurcorū sedes efficietur. **O** insignis greda: ecce
 iam tuum finem. Quis nō tuam indoleat vicem: Plurime olim vrbes in
 grecia fuerunt fama rebusq; potentes. Legimus thebanorum res gestas
 lacedemoniorum & atheniensium illustria facta. Fuit corintheiorū nō cō-
 temnenda respublica. Clare olim micene. Larissa potēs: pluresq; memo-
 rabiles vrbes: quorū si nunc requiras muros nec ruinas inuenias. Nemo
 solum in quo iacuerit queat ostēdere. Sola ex tanta ruina vetustatis cōn-
 stantinopolis supabat. Que de paruo bizanci ambitu a pausania quon-
 dam cōstructa: p Constantinū cesarē in emulatiōe vrbis rome ad incredi-
 bile fastigiū erecta. Tantū mirabiliū operum: tantū armorū: tantū littera-
 rum: tantū glorie habuit: vt omniū ciuitatū damna hec vrbs sola recom-
 pensare videretur. Hinc post pacē cum Gratiano factam & a Theodosio
 cōfirmatam veniēs cōstantinopolim rex gothorū Achanaricus: mirat⁹
 vrbis regie splendore ac magnitudine velut stupens dixisse fertur. De⁹
 terrenus est imperator: & quisquis aduersus eum manū mouerit ipse sui
 sanguinis reus existit. Et licet post diuisum imperiū siue translātū ad frā-
 cos vt melius loquamur: sepe cōstantinopolis in manus hostiū venerit.
 Vt tamē vram dignationē dicere solitam memini: nunq̃ illa vrbe xpīa-
 ni nominis hostes potiti sunt: neq; basilice sanctorū destructe: neq; bibli-
 othece cōbuste: neq; despoliata penitus monasteria. Itaq; mansit vsq; in
 hunc diē vetuste sapientie apud cōstantinopolim mouimentū: ac velut
 ibi domicilium lrarum eet. Nemo latinorū satis videri doctus poterat:
 nisi per tēpus cōstantinopoli studisset. Qd̃q; florente roma doctrinarū
 nomē habuerunt atbene: id nra tēpestate videbatur cōstantinopolis ob-
 tinere. Inde nobis Plato redditus: inde Aristotelis: Demostenis: Xeno-
 phontis: Thucididis: Basilii: Dionysii: Origenis: & aliorū multa latinis
 opa diebus nris manifestata sunt. Multa quoq; in futurū manifestanda
 sperabamus. Nunc vero vincētibz thurcis: & omnia possidētibz: q
 greca potentia tenuit: actum esse de lris grecis arbitror. Nunq̃ mea sen-
 tentia maior greco nomini iactura q̃ modo cōtigic. Xerxes & Darius q
 quondam magnis dadibus greciam asilixerē: bellum viris nō litteris in-
 tulerunt. Romani quis greciam in potestatem suam redigissent: non so-
 lum grecas litteras aspernati non sunt sed vltro amplexi veneratq; refe-
 runtur: adeo vt cū quisq; doctissimus haberetur cū grecissimū se ostēde-
 ret: nūc sub thurcorū impio secus cueniet: leuissimorū boim bonorū mox:

3

S

atq; litterarū hostiū. Non em̄ vt quidam rentur theucrorū sunt soboles
neq; perlarū qui nunc thurci dicuntur. Scitbarū ex media barbarie gen⁹
profectū est. Quod vltra eulinū pirichiosq; montes ad oceanū sepretri
onale sedes prius habuisse traditur vt etrico philozopbo placet. Gens
ignominiola & incognita fornicaria in cūctis stuprorū generibus: lupa
nariū cultrix que abominabilia queq; comedit. Ignara vini frumeti atq;
solis. Nullū diē festū agēs: nisi Augusto mēse quo cesari Octauiano cen
sum dedit in auro littorico: nō coacte sed sponte sua: vidēs ceteras regio
nes censum p̄bere. Sapiunt igit̄ adhuc aliqui originis: licet in asia mul
tis morati t̄pibus aliquid pristine deformitatis amiserint: seq; non nibil
excultos reddiderit: deuitant em̄ adhuc vinū: carnes equorū: vescuntū:
vulturūq; comedunt. In libidinē prouoluti sunt: litterarū studia paruita
ciunt. Incredibili fastu supbiunt. In quorum manus venisse grecam elo
quentiam non scio quis bene mentis non doleat: vbi enim modo facun
da ingenia requiremus: Prescisus est fluius omniū doctrinarum. Mu
sarum desiccatus fons. Nunc poesis: nunc philozophia sepulta videtur
Fateor multis locis apud latinos studia litterarum esse illustria: vt rome:
parisiis: bononiē: padue: senis: perusii: colonie: vniene: salamāticę: oxi
nie: papie: lipiti: & erfordie. Sed rioli sunt omnes isti ex grecorum fonti
bus derivati. A fonte precide riuum: precisus arefcit. Quo pacto in riuo
reperias aquam cum fontem ipsum inuenias aridum. Nō possum non
dolere sancte pater: cū talem fieri iacturam video litterarum maiores nū
putabant ā lris mandarent: eorū eternam eē memoriā. Inde poeta quidā
nō insulse dixerat. Eripiunt quēuis a mortis dente camene. Et nū Naso
nūq; se moriturū ope predaro putauit dicēs. Iāq; opus exegi qd nō io
uis ira nec ignes. Nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas. Et infra
Nomēq; erit indelibile nūm. Virgilius quoq; Eurialo & niso suis versib;
bus eternitatē elargiri posse putauit. Dū ait. Fortunati ambo si qd mea
carmina p̄nt. Nulla dies vnq; me mori nos extimet euo. Nec Flaccus a
liter sensit: cū de seipso dicit. Exegi monumētū ere pennius regaliqu sitū
piramidū altius. Quod nō imber edax nō aquilo impotēs possit dirue
re: aut innumerabilis annorū series & fuga t̄pis non ois moriar. Decepti
oēs sunt. Moriunt̄ etia; muse: labunt̄ ē memoriā poetarū scriptorumq;
oim queuis egregia opa. Quot iā poetas cū tēpore nomē amisisse putā
dū est. Nihil ē sub luna perpetuū. Que principū bñt: his quoq; finis su⁹
est. Diu viuūt qui lris cōsecrant̄: nō tū imortales fiūt. Surgāt noue fectes:
fiūt noui l̄sarū caracteres: emergunt ingenia diuersa: q oia tollūt: qd
aū se se sunt ineptū putant. Ecce nūc thurci l̄sarū & grecarū & latinarū bo
stes: vt suis lris locum faciant: nullū librū alienū eē sinūt. Hī nūc cōstanti
nopoly capta quis dubitet incēdio queuis scriptorū monimēta cōcedēt
Nūc ergo & Homero & Pīndaro Menandro & oibus illustrionib; poe
tis secūda mors erit. Nūc grecoꝝ philozopboꝝ vltim⁹ patebit interitus.

Restabit aliquid lucis apud latinos. At fateor neq; id erit diuturnū: nisi
mitiori nos oculo deus ex alto respexerit: fortunāq; vel impio romano
vel aplici sedi p̄buerit meliorē. Cū sede romana viuunt: moriunt latine lit
tere. Sed hanc quo in statu videam? sup̄sedeo dicere de constantinopoli
nō de roma sermonē inchoauimus. Cū qua cadēte grecas interisse lras
& dolemus & angimur. Magnū est hoc detrimentū: sed multo maius il
lud q; fidē xp̄ianā cōminui & in angulū coartari videm? Nā que totum
olim orbē occupauerat: iā ex asia h̄biaq; profligata: neq; in europa qui
elcere p̄mittit. Multū est q; thartari thurciq; tenēt: citra thanaym & ele
pontū. Saraceni quoq; apud hispanos regnū occupant: parū est qd in or
be xp̄iani nomen obūbrat. Terram in qua vīsus ē deus n̄r & annis: xxx.
& amplius hō cū hominibus cōuersatus: quā miraculis illustrauit: quā
proprio sanguine dedicauit: in qua primū resurrectionis flores apparue
rūt iā diu propter peccata n̄ra crucis inimici cōculcāt. Terra b̄ndicta: ter
ra p̄missiois: terra lac fluens & mel: scelerate gētis impio parat. En ipsa
dei viuētis ciuitatē officinasq; n̄re redēptiois: sanctaq; loca agni immacu
lati purpurata cruore saracenosq; iā diu manus pedesq; polluerit. An non
ipm xp̄iane religiōis sacrariū sanctūq; lectū cōculcant Machometi satelli
tes: in quo propter nos vita n̄ra obdormiuit in morte. Karolus magn⁹
multo sudore primū terrā illā vindicauit: deinde perditā recupauit Got
fridus. Ad quā retinendā etiā Conradus cēsar Ludouicusq; rex franco
rū nō dubitarūt: coactis exercitiis in asiā proficisci. Accū postea nostri
principes desidie se dederūt: neq; hierosolima: neq; antiochia: neq; acca
ron in p̄tate n̄ra remanere. Quicqd in asia tenuimus turpiter amissim⁹
Fugiētes victoriā Machometo reliquim⁹. Ingēs iactura: maximū dede
cuis. Verū tolerabilius fuit ciuitates quas inter hostes habuimus amitte
re q̄ his expelli vrbibus: que n̄ro in solo fundate xp̄ianisq; cinctē fuerint.
Quid est qd modo amissim⁹? Quippe regiam ciuitatem orientalis impe
rii sedem. Grece gentis columna. Secūdi patriarche folium. Heu late pa
tens christiana quondam religiō quomodo coartatis & deficiis ex quat
tuor maximis patriarchis: & solus tibi romanus supat. Quo pacto iam
scire potes: ex quattuor columnis quibus omne stetit ecclesiasticum edi
ficiū tribus ademptis. Ex duobus oculis alterū amissisti. Nisi diuina te
misericordia respicit: parum est quod de tua salute speremus. Quippe thur
coꝝ impator cōstantinopolitana potius victoriā: nō vt plerosq; veteres
fecisse legimus desidie sese tradidit. Sed peram mox aggressus vicinam
vrbem: & a liguribus longo tpe possessam in deditione accepit. Classē
quam summus pontifex Nicolaus cū venetis ac ianuensibus & catela
nis in auxiliū grece struxerat. siue tēpestatib⁹ actū: siue p̄ ignorantia loco
rū inclausam: siue alio quouis infortunio male defensam vt rumor est in
tercepit: maximas ibi opes bellicoꝝ instrumētōꝝ vim summā armorum
omnis generis ingens pondus adept⁹ est. Puberes omnes occidit. Tan

S. ii.

titos nunc cladibus christianum populum affecit: quantis antehac multis seculis in
audium arbitror. Triplicem ille sub vno tempore gerit triumphus: nos triplici
conflictu consternati iacemus. Ferunt qui de venetiis ad nos veniunt: omnia
luctibus plena esse: nullamque domum vacare merore. Hinc matrone inde vi
ri lugent. Alie maritos alie filios alie fratres deflet: nulli non propinquus
adeptus est. Priuatim & publice lamenta audiuntur. Consternatus senatus
iam non ponticam aut siriacam seu creticam solum: sed adriaticam quoque
navigationem amisisse videntur. Neque ab re albanie partem thurci tenent.
Quid si nunc victoriam persequantur: quo pacto thurcorum potentie dura
obulum resistet? Cui constantinopolis pax esse non potuit. Inde brundisium
ex parte italie vicinum. Quis tuebitur? Claudent adriaticum sinum. Magna
iacutura veneti nominis: sed maior christianitatis: que superatis venetis: non
habet amplius maris imperium. Neque carbelani aut genuenses quis poten
tissimi sunt: sine venetis pares poterunt esse thurcis. Satis erit illis affrica
norum molestias & assiduos contempnere impetus: quibus cum perpetuis
contentionibus agitantur. Hec mihi pie pater & acerba & miserima vide
tur: ex quibus habemus de preterito que doleamus: & de futuro que ti
meamus. Ideo dolenti condoleo. Res mala est: spes multo deterior. Vide
mus eadem grecorum: nunc latinorum ruinas expectamus. Exusta est
vicina domus: nunc nostra preestolatur incendium. Qui sunt iam medi inter
nos & thurcos parum terre: parumque nos hinc atque inde disiungit aquarum.
Imminet iam nostris ceruicibus thurcorum gladius & nos interim inte
stina gerimus bella: fratres persequimur: & hostes crudis in nos crassari
sinimus. Theutonones cum theutonibus irati furunt. Italum sanguinem
manus itala fundit. Neque galli neque hispani inter se conveniunt. Inter fi
nitimos viget ubique simultas: immortale odium & male sanabile vulnus.
Oportunum thurcorum ductor sibi tempus elegit. Tuto grecos inua
sit: dum latinos inter se divisos accepit. Auferat sibi mentem deus vaden
di in nos ulterius: dum sumus discordes. Neque frater fratri: neque filio pa
ter fidit. Actum de nobis est: nisi diuina pietas adiumento fuerit. Sed vi
gilantibus atque agentibus superi fauent: ignaros fugiunt. Nisi se quisque
iuuet frustra diuinam petiuerit opem. Audentes fortuna iuuat: timetes
negligentesque procul abigit. Ob quas res licet sanctissimum dominum no
strum vniuersumque sacri senatus ordinem ad reipublice christiane salutem
summo nunc studio intentum fore confidam: magnopere tamen opta
rem hoc tempore vestram prudentissimam dignitatem esse romae. Scio
currentem equum calcaribus urgeretis: neque ullam in tanto negotio ne
gligentiam pateremini. Nunc istum nunc illum cardinalem alloqueremi
ni. Neque apostolicas aures sineretis esse quietas. Sperarem vestra sollici
tudine breui provisionem fieri: qua non solum aduersus infideles chri
stiana res defendi: sed suis in sedibus thurci quesiti: ceteri atque deleri pos
sent. Puto autem in tanto negotio aut reuocabitur ad urbem vestra di

gnatio cōmuni vtilitatī cōsultura: aut certe iubebit. suscepta legatōe ger-
manicam gentē ad succurrendū labētī fidei excitare. Qz si neutrū horum
fieret licet ego minervam instruere presumam. optimū tamē factū puta-
rem vltro dignitates vřam summo pontifici ac sacro collegio sřas dare:
vt nunc in tanta rerum asperitate totis assurgant animis. Neq; pecuniis
neq; personis ignoscant. Dum noua sunt vulnera remediū querant: neq;
putrescere per incuriam sinant vulnus. Vocent reges & principes incer-
tum aliq̃ locū: dicant cōueniendi diem: mittant legatos de latere sum-
mi pontificis: exponant mala q̃ passa est modo christiana respublica: mō-
strent que futura timētur pericula: prouidēdi modos aperiant: inter xpī-
anos aut pacem aut inducias belli cōponant. Crucem p̃dicent: remissio-
nem peccatorū polliceantur. Intonet apostolica tuba: nihil negligat: ni-
hil hoc tēpore omitat. Nō est mibi dubium si locus rebus accomodus
nōminetur: quā reges aut veniant aut mittāt: bonisq; animis hoc fidei
negocium amplectantur. Ego quidem iam cesari nō danculū: sed in pub-
lico consilio de bacipa re nō pauca verba feci. Inueni mentē eius & volū-
tatem & apprimē ardentē. Sane multi ex senatoribus qui a derant dum
me hortantē. Cesaremq; respondētē audiuerint: vberes lachrymas emi-
serunt. Vidissetis senes veneranda canicie suas manus in hanc expediti-
onem prompto corde offerētes. Et qui se mori beatos dicebant si militā-
tes aduersus impiam barbariē caderent. Taceo robustos viros & feruē-
ti sanguine iuuenes. Quibus vnus diei mora in tali negotio annus esse
videt. Arbitror & in aliorū principum curiis idē inueniri. Neq; re-
nensium nobilitatem neq; gallorū magnanimitatē: neq; prudentiā italo-
rum: neq; hispanorū fortitudinē: aut anglorū audaciam in tali necessitate
desuturam: vel ratio suadet vel animus timet. Quippe bohemos: būga-
ros: polonos: ipa loci propinquitas admonēbit: fiet mibi credite: fiet cō-
muni omniū xpianorū passagiū: si romani pontificis hoc tpe surrexit au-
ctoritas ac bonorū predicatorū. Inter quos esse vřam pietatem cōmune
iudiciū: habet: fideles ac diserte voces in fines orbis terre sonuerint. ne-
q; necessariū erit de Matatbia vel aliis exempla proponere: qui pro pa-
ternis legibus cum paucis aduersus hostiū innumerabiles copias pu-
gnando vicerunt. Est terra nostra secunda virorum fortiū: exercitum in-
numerabilē cōponere pōt. Robusta iuuenū pectora in armis bñe: siue vi-
ros siue equos siue arma requiras: supiores xpiani sunt tburcis: nihil est
qđ nobis obstat: nisi vel negligentia vel dissensio nřa. Siue mari siue terra
pugnandū est: velimus solū victores erim⁹. Sola quondā italia greciam
aliam: libiam: egyptūq; armis vicit. Quid nūc adiunctis germanie galliēq;
vřib⁹ agat. Scim⁹ maioꝝ nřorū memoria quotiēscūq; latinoꝝ vires con-
uenerunt orientaliū populos cōtreinuisse: sempq; nřos exercit⁹ remeasse
victōres: nisi forsitan aliqñ pctis ppli de⁹ irat⁹ vel pestilētia nřos vel fame
cōtriiuit. Nā Marte manifesto sp̃ victoria penes latinos fuit. Qz si nūc bo-

S. iii.

nīs animīs xp̄ianus populus: nō tēte ataricie causa: nō inanis gl̄ie cupi-
dus: sed dei solū zelo accēsus: p̄ fratrū salute: p̄ lege xp̄i: p̄ augmento ca-
tholice fidei sumpserit arma respiciet nō ē dubiū ex alto dñs plebē suam
letusq; sup filiis boīm hereditate suā tuebit: ac nō solū de thurcis si pseue-
rātes erimus: sed de saracenis q̄s ceterisq; barbaris gētib; victorici dextera
sua triumphū nobis elargiet. Hec habui q̄ nūc dignatōi v̄re cōscribere
nimis fortasse p̄sumptuose: sed traxit me feruor animi simulq; putauī dī-
gnitatē v̄ram q̄cūq; a me dicunt in partē accipe meliorē. Valete in xp̄o
meiq; nōnunq; veluti fidelis mācipiū memoriā habete. Ex grezio surie
qd̄ bauaricū vocāt. xii. Kl. Augusti. Anno. M. ccccliii.

Littere promotoriales.

EPISTOLA CLVI

Neas zc. domio cardinali firmiano. Reuerēdissime in chr̄isto pa-
ter & domine mi colendissime post humilē recomendationē. Ve-
nit ad me lator p̄ntium Georgi⁹ mayer: frater ordinis beate Ma-
rie theutonicorū: exponens mihi q̄ ipse al̄s cupiens dictum ordinem in-
trare ac profiteri falso fratribus ipius ordinis accolitum se eē dixit. Dein
de receptus in religiōe: neglectis minoribus ad subdyaconatum: dyaco-
natum: & presbyteratus ordines p̄moueri se fecit diuq; ministravit in il-
lis. Suscepit tamen postea minores vt ait ordines ab episcopo gurcenī.
Nec dispensationē super p̄missis obtinuit. Super quibus rebus nūc tri-
stis & dolens: vt sibi de remedio dispensatiōis oportune p̄viderē lacry-
mando me rogauit: qd̄ cum sibi denegare quia facultas mea ad id se non
extēdit: Petiuit vlt̄ius sibi vt cōsiliū quid acturus eēt p̄berem. Suauiter
ergo ei vt ad romanā curiam se cōferret: ibiq; peccatū suū detrans m̄leri
cordiam peteret. Ait id se libenti animo facturū: sed cū de licētia supiorū
suorū id agere nō posset: petiuit vt sibi auctoritate legatiōis mee illā sibi
cōcederē. Interrogauī cur licētiā nō possit a suis maioribus h̄re: dixit
quia vellent p̄fectionis causā agnoscere: quāz si ois aperiret: certus eēt
quia ab eis ex ordine repelleretur: cogereturq; deinde perpetuo mendi-
care. Motus hac rōne dixi me sibi licētiā ei dare quātū possem: quātūq;
mea sese facultas extēderet: atq; has l̄ras in ei⁹ rei testimoniū sibi cōcessi.
Supplicō igit v̄ra dignatio eū recomissum habeat: sueq; necessitati sub-
ueniat. Ex quo dolēs ad cor reuersus pctā sua desset: pia m̄ ecclesia non
claudit redeuntibus gremiū: neq; mortē peccātis sed cōuersionē querit
Cupio p̄ces mee sibi apud dignationē v̄ram p̄ficue sint. Nec alia super
hoc mō. De nouitatib; barū partiū nibil habeo qd̄ scriptura dignū putē.
Nā silere cūcta vident. Pacē habemus sed incertam de thurcis. Fuerūt
hic nup̄ horrēda noua ex rāstia atq; etiā ex venetiis missa. Fuitq; vehe-
mens rumor cōstantinopolim perditā clāsem xp̄ianorū amissam: per am-
thurco traditā. Id cesari & omī curie sue molestissimū erat. Quēadmodū
sanctissimo dño n̄ro sup eo negotio nō breuē eplām scripserim. Nūc scilicet
ciora relata sunt: aut nō tam al̄pera noua. Dicūt em̄ plidū dñi n̄ri intrasse

constantino pulim. ac regiã vrbē defensam eē. Perditas tñ nonnullas na-
ues. Itaq̃ mēte quietiori sumus. Cesar ad inquirēdū verū nūcios misit:
quos prope dies expectamus. De bobemia hec sunt que cupio sanctissi-
mo dño nro fieri nota. Rex Ladislaus ad festū Michaelis co se iturū rece-
pturūq̃ regni dyadema pmiit. Georgiconē regni gubernatorē vsq̃ in
diē coronatiōis & vltra ad annū recepit. Cōpactata vt aiūt cum basilien.
olim cōcilio facta cōfirmavit. Catholici in regno male mētis sunt: dolent
q̃ se georgicani vtriusq̃ speciei fautori cōmillos. Canonici capituli pra-
gen. ad me scripserūt vocatos se ad coronationē dicētes: dicūtq̃ se nesci-
re quid agat. Si nō eunt timēt regis indignationē: si p̃gant formidat inui-
dias gubernatoris & rochezane. Verēturq̃ ne cogant cōpactata recipere:
& rochezanā in archiep̃m admittere: petūtq̃ cōsiliū meū: quia tēpus ad-
buclongum est. Scripsi eis velle me de tali re. S. d. nrm cōsuere. Ideo hec
supplico dignemini pietate aplice nota efficere: vt sua sapiētia p suo arbi-
trio pvideat. Putarē bonuz eē capitulo ecclesie pragen: in pilzina cōmo-
ranti: vnū breue scribi: p. d. n. in quo mandareſ illis ne quid in facto cōpa-
ctatorū ad cuiusvis instantiã attētarent. Id sufficeret eis pro excusatione.
Posset aut hoc breue dirigi Reuerēdissimo dño meo sancti Petri & is vi-
terius facili inō ad pilzina trāsmitteret. Hec cū fiducia scribo. R. dignatōi
vestre quam rebus piis affectam non ambigo. Cupio me semper esse in
mente dignationis vestre reuerēdissime & illi seruire. Ex gretz die. xxvii.
Iulii. Anno. M. ccccliii.

Consiliatur capitulo pragen. ecclesie quomodo se habeant.

Neas r. Decano & capitulo ec. **EPISTOLA CLVII**

c. desie pragen. Venerabiles viri amici honorādi. Litteras vestras
accepimus: magnasq̃ illas mentium vestrarum fluctuationes co-
gnouimus: que nos impresentiarū non sine causa exagitant & super qui-
bus nostrum consiliū petitis. Respondebimus breuiter prudentie vte:
que multa ex paucis comprehendere nouit. Affecti fuimus semper ec-
clesie vestre: vtinam potuissemus aliquando vt optauimus illi prodesse.
Certe missi ad partes istas per sanctissimū dominū nostrum anno proxi-
me p̃terito: sperauimus & bobemiam intrare: ad quam regionem legati
de latere sancte sedis apostolice auctoritatem habuimus & adhuc babe-
mus: sed interciderūt aliqua impedimēta: propter que nostro desiderio
locus eē nō potuit: neq̃ nūc in his terminis sumus: vt cū serenissimo re-
ge Ladislao ad coronationē eius trāsire possum: nisi aliud sanctitas dñi
nri nobis iniūgeret: cuius mādatis parere cogeremur. Optarem autē
vñ causā id itinēris assumere vt vobis assistere & vñs rebus p̃sulare pos-
semus. At si nos non veniemus de qua re nulluz mandata habemus: for-
sitā alius veniet ex dispositione romane sedis cuius directio & auctori-
tas vobis vtilior erit q̃ nostra esse potuisset. Atq̃ hec ad ea dicimus que
nostrum in bobemiam transitum respiciunt. Nunc ad cōsiliū qđ petitis:
S. iiii.

respondere pergimus. Grauis res & ardua que nobis imminet & maior
q̃ per nos dirigi possit. Scim⁹ vos eē prudētes nec dubitam⁹: ex duob⁹
malis quā id recipiatis qđ minus possit nocere. Tñ aliqua p̃ captu nro
bona fide & sincera dicem⁹ aio. Sane p̃cipimus in utrāq; partē vobis im
minere picula. Siue pragā intretis vocati siue recusetis ire. Si p̃gitis duo
pericula instāt. Vnū ne p̃ insidias aduersantiū in mortis aut carceris incō
modū rapiamini. Alterū ne cōpactatis cōsentire ac rochezane electōi sub
scribere cogamini. Magna sunt hec & animi corpisq; discrimen in se bñt
At si vocati nolitis ire: cōtēptus regius opponi vobis poterit: multa cō
tra vos dicent. Forsitan & in locu vrm alii ponent: & implebit nobilis
ecclesia scismaticis & hereticis ministris. Quid hic cōsulamus: sane bere
mus timemusq; ne cille voraginibus immergēdū cupiger euitare carib
dim. Vt cunq; sit illud nobis prima fronte suadēdū videt. Si vocat vos
regia sublimitas nō existimam⁹ declinandū imperiū: sed petendū saluum
cōductū ad tēpus nō breue: quo recepto poterūt aliq vrm intrare pragā
semp aliquibus extra manentibus inuenietis apud regē multos bonos
viros q̃ cause vre assisēt: informabitis cōsiliarios eius ius vestrū dicetis.
Credimus equidē plures erūt cause vre effecti: q̃ rochezane. Neq; puta
mus vos cōpelli ad rem aliquā iniustam: & cōtra statū ecclesiasticū dum
publice securitatis lras habebitis. Qz si vobis aut de rochezana in archi
episcopū recipiendo: aut de cōpactatis amplectēdis verba fiant: poterit
tis vos semp ad dñm nrm papā referre dicetes. Qz sine eius speciali man
dato nihil in talibus vos agere liceat & ita vobis cōsulimus. Neq; nunc
aliud dicendū videt nisi. quia rogamus vt forti animo tēptationes perfe
ratis: qm̃ virtus in aduersitate pficitur. Nos tamē hec que ad nos scripsi
tis sanctissimo domio nostro cūcta scripsimus. Supplicauimusq; sue san
ctitati vt de vobis vra p̃ fidelitate paterno more cogitet. sp̃am⁹ aliquid
sua sanctitas meditabit: qđ ad vestrum ac regni vri cōsolationē pertineat
Nam etsi nūc sup rebus grecoꝝ afflictis multa disponere habet: nō tamē
orthodox qui sunt in bohemia oblitus ē. Xps dñs nř vos tueat. Vale
te & in diuina sp̃ate misericordia q̃ presto ē cū sinceritate ad eā recurrenti
bus. Datū in gretz stirie die. xxvii. Iulii. Anno quo supra.

Hortat⁹ fortiter aduersa ecclie tolerare. **EPISTOLA CLVIII**
Neas domino vuenesslao de crumnau decretorum doctori: de
cano & administratori ecclesie pragen. Venerabilis & eximie do
ctor amice honorande: q̃uis litteras vestras libenter accipimus:
que vestram memoriam recentiore in nobis fecerint: contenta tamē ear
inuiā audiui⁹: quippe dolemus ecclesie vestre insignis negocia non
bene ac votie succedere. simulq; vobiscum timemus ne peiora emergāt
Hortamur autēz vos: quando vocati estis in arcem sollicitudinis: vt for
ti pectore cunctis procellis resistatis: vt vrm omnem aduersantis inimicū
solido scuto fidei repellatis: assistat vobis dominus: & q̃uis vrgeri vēto.

rum turbinibus suam nauem patiatur: non tamen sinit submergi. Cum magis tribulatur ecclesia: tunc fortior assurgit. Confidite in domino & viriliter pugnate pro causa dei. Dabitur victoria legitime pugnātibus. Scribimus venerabili capitulo vestro: quid nobis in rebus vestris ex usu videatur. Quia legetis vnicuius capitulo nostras litteras: non est cur verba repetamus. Compatimur vestris laboribus: vellemus & consilio & auxilio esse: sed tantum facimus quantum possumus. Scripsimus domino nostro speramus sanctitatem suam res vestras minime neglecturas. Que nobis rescribentur curabimus vestre prudentie nota facere: & ubicumque poterimus tam vestre persone quam memorabili ecclesie praeferentiam. Vbi studebimus esse. Rogamus nos magnificis dominis de rosenberg: patri & filiis quorum memoriam colimus & obseruamus commendatos faciatis: & ad vota eorum offeratis. Valete in christo optime. Ex gretz die. xxvii. Iulii. Anno quo supra.

Dux venetum reddit certum impatori romanum de dade constantino politana.

EPISTOLA CLIX

Erenissimo & excellentissimo domino domino Friderico diuina fauente demetia romanorum impatori semper augusto ac austrie stirieque duci etc. illustrissimo. Franciscus foscari dei gratia dux venetiarum etc. Recommendatione & prosperorum successuum incrementa. Nihil nobis attulerunt noui serenissime princeps littere vestre cesarie maiestatis si quoad modum ipsa scribit: graui molestia ac merore commota preterit cum primum innotuerit sibi acerbum & horredum nouum urbis constantinopolis quam praefati dissimili theueri magna christianorum strage suo impio submiserunt. Est siquidem casus iste infelix: tantum magnificandus: ut nihil supra temporibus nostris contingere potuisset. At quoniam vestra serenitas neque enim indigne cupere videtur eiusce nefande rei seriem a nobis certius ac particularius intelligere: & si hec referentes dolore & amaritudinem renouemus: ut tamen maiestati vestre more geramus nunciamus eidem impatori thurcorum qui cum maxima potentia incredibilique apparatu terra mari contra urbem constantinopolitanam castrametatus erat: die. xxix. Maii peritici: ciuitati ipsi quam circumquaque obsessam tenebat omnique tormentorum bellicorum genere debellauerat: maximum & acerrimum bellum intulit. Tandemque eadem die ipsa innumerabili christianorum dade subegit: remque utique obscuram: calamitosam ac christiano noisum immo immo periculosa. Hec siquidem noua: utinam tam falsa essent quam nuntium vera sunt. Nam ea accepimus a capitaneo galearum nostrarum nup huc regresso qui ad illud viagium constantinopolis & romanie cum nonnullis nostris triribus: more mercatorio profectus erat. Quiue cum eisdem galeis ad tutandam urbem illam usque ad ultimum eius excidium constans permansit: ita ut magna pars hominum tririum earundem male perierit. Nam primum trucidati primum in miserabile captiuitate abducti sunt. Multi quoque nobiles ciues & mercatores nostri qui in ea urbe aderant cum facultatibus & bonis suis magni valoris: aut

gladio perierunt: aut ad seruitutē ipsam crudelissimā deuenerunt: nec absq; magno ere redimi poterunt. Preterea subinde nunciatus est: tuncrum ipm occupasse ciuitatē pere. & qdam alia loco finitima cum magno xpianorum excidio. De qua tamē re aliam certiorē noticiam nondum accepimus. Enimvero princeps excellentissime: hostis iste truculentissimus adeptus est urbē precipue constantinopolis nobilissimam: & tam rōne sit: q̃ ex aliis dignis conditiōibus aptissimam & mirrūimodū accommodatū ad potetiā suam augēdam: ita ut ubiq; terra & mari de hoc potentissimo hoste sit plurimū dubitandum. Et pfecto nisi christiane potentie aliter excitetur: & huic morbo validis pmissionibus occurrant: anteq; ulterius plabatur: videre videmur magna picula incūbere toti xpiane religioni. Quibus nō facile erit christianis principibus posse resistere. Datus in nostro ducali palatio die. xxvii. mensis Julii. Inditione prima. Anno. .M. ccccliii.

Super intendens iconomo instruitur quid agendum.

Ximie doctor fili charissime. Sex **EPISTOLA CLX**

c mēsis postq; senis scripte fuerant: restitute sunt nobis lre tue: quas licet veteres: tamē auide legimus. cū loqui tecū quē habemus charissimū videmur. Est nobis voluptati q̃ anthonium tibi placere: suisq; mores laudas: spamus indies acceptiorē tibi futurā: si mō vestigia parentū secuta fuerit. Nāq; ut de sorore nra taceamus in qua commendāda posset nos fillere sanguis. Quis Bartholomeo patre modestior: quis suauior: q̃s amātor: vti nā iuuenesceret hō ille. Sed nimis iam senio cōfectus est. Oia p etatē labunt: animus quoq; sit tpe debilior. Iuuenescat tñ in filiis & qdam mō renascunt hoies: qñ pater nos habet sepe liberi referrāt. Tenes qd dicere velim: anthoniā sua virtus & imitatio paterna nō sinet nō eē grātā. Nec plura de hac. De vicario cognouim⁹ que scripta sunt a te & a dño Gregorio: qm breui⁹ ad vos redire studem⁹ nō ē cur multa sup eo dicamus. Habet dñs Gregorius mentē nra: Multa tolerare oportet hoies cōpati q̃ alterutrū cōuenit. Cuiq; snū viciū est viuēdū sine socio fuerit q̃ viciū habētī noluerint cōuersari. Neq; corpora sine macula: neq; animi sine mēda repiri facile pnt. Cū dño Bartholomeo pcuratore cupim⁹ cōputū fieri: ne cū venerimus eius rei curā habeamus: nouimus eū bonū eē virū. Sed nemo ē qui nō egeat adiutore. Idō te hortamur cū p occupatiōes licet supintēdas domui nre. De frumento sepe mentē nram intellexisti: credim⁹ vos q̃ meliora sunt agere. viuimus: q̃ animo quīetiori dū te curare simul cū manna res nras intelligimus. Cōmendamus tue fidei matres & sorores nepotesq; ac neptes nostras. Bartholomeo focero ut nō nomie multes salutes dicas bonūq; animū facias optamus: quem loco patris habemus plurimūq; videri optamus. Franciscum eius filium saluere iubemus. Anthoniū nepotem si quādo errata acriter corripito & ad studiū incēdito. Amicis nostris. d. Mariano.

bozino: Georgio andrentio: Frãcisco patricio: Thomaffio & Anthonio
ac Guidoni picolomibus ne tediat nra vice salutes dicere & vale optime
Ex grezio die. xiii. Iulii. Anno quo supra.

Rata habet facta ab amico nomine suo. **EPISTOLA CLXI**

Neas senensis episcopus domino Francisco de tholomeis cano
nico senensi. Venerabilis & eximie doctor amice & frater aman
tissime. Tuas litteras postq̃ senis date sunt: Sex mensibus acce
pimus. In quibus de collatione cuiusdam ecclesie mentionē facis: cupis
q̃ tuum probari factum. Quid nī probemus: aut quid a te fieri potest nō
probata dignū placent nobis omnia que facis: laudamus pbamusq̃ sin
gula. Nā et lī rōnem facti nullā afferas: vides quantum virtuti tue tribui
mus: ipa nos auctoritate moueres. Habeto bonū animū: non est cur tua
gesta rescindere cupiamus. Viuerem⁹ quippe securiores: si te vices nras
semp̃ ducere scirem⁹: tibi nāq̃ nīl honestate & aliarum salute nouimus
ēē antiquius. Sed mittim⁹ bec qm̃ prope diē te visere atq̃ amplecti spera
mus. Interea cupim⁹ reuerēdo p̃ri nouello ep̃o grossetano comendatos
nos facias: cui⁹ p̃motionez auide intellexim⁹: etsi nemo ex nris de re illa
nobis scripserit. Vicariū nrm̃ tue charitati acceptū ēē cōmēdatūq̃ cupi
mus. Cui cū nouissime scripserim⁹: nō fuit mō necessariū lras multiplica
re. Vale & nos ama & nra cura vt soles: scitoq̃ te nobis ēē charissimum.
Ex grezio stirienſi die. xiii. Iulii. Anno. M. ccccliii.

Ad Nicolaum quintū pontificem summū de clade vniuersalis ecclē
sie orthodoxe & de situ & fertilitate bŭgarie & de aduersis pruteno
rum cōtra cruciferos ordīs t̃betonicorū. **EPISTOLA CLXII**

Nnitus quidē beatissime pater que aduersa sunt scribo: sed com
pellit me debitum officii mei: qui iussu pietatis vestre germaniā
incolens: quēcunq̃ accidunt siue secunde siue aduerſe sortis no
uitates. Apostolico teneor culmini notas facere. Sane per hos dies no
ua res in bungaria exorta est: cuius mala & aduersa paci bonisq̃ morib⁹
tamen scitu digna & admirabilis. Quam vestre sanctitati referre hac ep̃i
stola breuiter institui. Hungaria sicuti vestre beatitudini constare nō am
bigō: & vltra & circa danubiū latissimas terras occupat. Quod citra da
nubium est: olim pannonia fuit: que ab oriēte moesiā: ab occidenti no
ricum habuit septentrionē ei danubius austrū illirici mōtes excepe. Quo
līsdorus magno errore vt mihi videt̃ deceptus apēninos vocitat. Que
trans danubiū bŭgaria iacet: ps scitbie prius erat: dualq̃ gētes habuit ge
pidas qui contermini germanis fuerunt & dacos. Non qui nūc daci vo
cantē: quorū rex ad oceanū germanicū inter sueciā & saxonias latissimo
regno: sed palustri potit̃. Nā bī dani melius appellant. Sed q̃ ea loca re
nuerūt q̃ nūc trāssiluanī occupāt vicina thartaris in corone speciem mō
tibus cincta. In hac parte bŭgarie: que gippidarū fuit adhuc territorium
est: quod sepulſū appellant pro gepudio: vbi aque riuus habet: in quo

mersa ferri materia in cuprū vertit: gleba illic frumētī ferax. Auri & argē
ti diuites vene multū pecoris: aer salubris: terra optimis cōparanda tūsi
sua se vbertate corrāperet. Verū latrones ex oibus puincis p circuitum
depulsos: ipa soli inuitat fecūditas. Illic em velut asilū impunitatis babe
ant: oēs qui domo vel propter flagiciū vel propter seditiōes exulant: ar
mati sese recipiūt. Censualesq; sibi accolae reddūt. Sepe illic dū Sigismun
dus impauit latronib; receptacula patuere. Neq; Alberto cesare rapto
ribus ea regio caruit: sub rege polonie pax miseris incolis ignota fuit.
Hiscbra bobemus nō alto loco natus: multa vī animi & corporis eam pro
uinciam: magna sibi ex parte subegit: multa ibi plia varia fortuna cōfecit.
Sepe cū paucis magnas hostium suoz copias fudit. sepe victor raro vī
ctus. Tandē hungarie procures ipsūq; regnī gubernatorē mortuo re
ge polonie pacē ex se petere compulit. Ciuitatesq; regiōis illius diutine
ac miserande seruitutis iugo cōtrixit. Nouissime aut cum Ladislaus Al
berti filius paternū regnū suscepisset. Giscbramq; data pecunia sepulsinis
opidis cedere suassit: spes erat quieturā terrā: atq; post lōgas belli cala
mitates dulcis tandē oculi suauitatē fruiturā. Sed minime ita visum est su
peris. Nouus latro noua plia miscet. Nempe inter mōtes & siluas: q po
loniam hungariamq; distēmināt: diu latrocinatus est bobemus quidā
obscura domo vilibusq; parētibus ortus: sed audax homo manu atq; in
genio promptus laboris paties. piculūq; cōtēpto: cuius multa facinora
referuntur. Qui cū sericeam dyplōidem dño cui seruiebat olim fura? eēt
cognomēto Axamitū appellatus est: qd latine villosū sericū sonat. Hic
postq; Giscbram sepulsiō amotū audiuit: terramq; milite vacuā agnouit:
cōgregata nō parua latronum manu: quasi in eius locum suffectus regio
nem inuasit: duabusq; arcibus natura & arte munitis: partim vī: partim
dolo receptis: mox ruriculos in apertis villis cōmorātes: ferro atq; igne
deterritos: mīstrare victui necessaria pecunias dare mēstruas ad omnem
q; nutrū psto eē coegit. Cūq; municiōes aliquot locis oportunis constru
xisset atq; in his p̄sidia collocasset: ciuitates quoq; munitas sibi tributari
as reddidit. Deinde astutus hō quā in potētī regno diu trassari sine ma
gnis copiis se nō posse intellexit. Ad ingeniū bohemicū rediens: pulcrā
tallaciam cōmentatus est: q latrones vniuersos ex proximis regionibus
ad se traheret. Omnibus em qui sub eo militare vellent: stipēdia publica
uit: homi equestri in ebdomadā aureū nummū: pedestri mediā partē:
ac tributorū & spoliōrū oim equam cuiq; distributionē. Quicqd em ex
tributis rapinisq; corradit in comuni reponit. Cūq; p̄sinitū diuisiōis ad
est tēpus: emerita cuiq; stipendia persoluuntur. Quod supat viritim di
uidit: atq; vt mos bohēmorū ē ad euangelii corticē cūcta referre. Tantū
cōsequunt g vltima die mēlis in societate belli veniūt: quātū qui mēsem
integrū arma tulerūt. Sic em euangelii velle ait in quo vltimi venientes
qui prima hora venerant oparū cōparantur. Qua re cognita omēs quos:

flagitium egestas: cōfcius animus domo protulit ad axamit cōfugiunt.
Ex quibus ille iam quinq; milia pugnatorū cōflauit exercitū: ac iam nō
sepulcris tñ sed vniuersis hungaris terribilē formidabilemq; se prebet
Neq; Iohannes bimad gubernator huius homis impetū cōpescere po
test. Qui et si maiores sepe motus sedauerit: maioresq; hostes regnū in
gressos deleuerit: nō tamē mō latronis huius obuiare conatibus audet.
Cui & nōnulli regni barones clam manus porrigere phibent: quib; gu
bernatio Iohānis diuturnior grauiorq; videtur. Ob quaz rem interpel
latus est Ladislaus rex: vt in hungariam aduersus latrones pficiat nisi
regni magnos motus: subditorūq; varias dades audire velit. Hic autē et
si bobemis iturū se pragam pmiserit: tñ quia maiori piculo prius occur
rendū putauit: exercitū tota austria atq; morauia congregari mandauit.
Publice dictitans aduersus axamit psonaliter se velle pficisci. Persuaderi
tamē populo nō poterat regē puerū aduersus latronē ductare exercitū.
Sed opinabant nōnulli hanc eē comitis cilie & Iohannis gubernatoris
hungarie tēgnā: qui pacē cū cesare tractatam habere ratam nequaq; vo
lunt. Nec milite cogregare pnt cupiētibus ociū australibus. ideo qñ axa
mit exterminaturū: ingētes hē copias studebant. quas cōgregatas in ce
sarem verterēt. Quidā vero altiori consilio rem pensitantes in caput Io
hannis eudendam sibiā existimabant. qui parū regi parer. nec amplius
q̃ viginti quattuor milia florenorū vt aiunt in annos singulos regali era
rio cotribuit: qd supat sibi retinet: regnumq; p suo arbitrio gubernat.
Hunc extollēs: illū humilians: vt imperiū apud eum regni titulus apud
Ladislaum eē videat. Iudicabant igit aliqui comitē cilie locum eius ap
petere: neq; posse ad eū puenire nisi Iohannē fraude circūueniat. Eū igit
tur cōuentū eē vt cōuocetur omnes ex hūgaria: austria: morauiaq; baro
nes in exercitum ad pntiam regis causam cōuocatiōis Axamit abunde
prebere nō posse. Iohannē nō cōparere. Cōparentē autē in vincula reci
pi cōpelliq; regni quecunq; bonā sibi vsurpauerit: regi reddere. Tumq;
comitē voti cōpotē fieri. Que res mihi haud vero similis eē visa ē. Ne
q; em facile decipi gubernator pōt oculatus hō & amicis prudētibus cir
cūdatus. Frustra quippe iaciē recte an oculos pennatorum. Vtq; fo
ret australes insidias veriti sine cōuētū terrigenarum delectum hē mili
tum negauerunt. Comes aut qui multis nō ignorat inuisum se eē: cōgre
gatione multitudinis veluti pestē vitauit: ne vt an cesaris: sic & tunc suū
iugum excuteret. Itaq; carere exercitu maluit q̃ cōuocādo populum re
gimen suum in dubio ponere. Ne tamē nihil omnino fecisse videretur:
mercēnarios milites erē publico mille cōduxit atq; in hungariam misit:
qui se copiis gubernatoris adiungētes in Axamit vaderēt. Quō aut res
acta inter illos sit nōdum exploratum habeo: timendū est ne fortuna la
tronibus faueat: vt sepe malis q̃ bonis ē melior. Interea bobemor lega
ti viennā venire: petiuerūtq; regē ad eos q̃ primū iter facere: coronāq;

regni accipe. Nisi hoc ageret: mutationes in bobemia timēdas dicentes.
His responsū ē regē ad festū sancti Michaelis iturū: prius et si maxie ve-
lit nō posse: multis in austria morauiaq; negociis occupatū & auro excus-
sum: nō hīc comitatū regi cōuenientes. Cūpe fieri oīa. Legati quī rīsi
eos tederet: illud tū in bobemiā relatuos se pmissere. Interea fratres san-
cti Francisci: q; p Sigismundū cesarē post multas bullitarū clades ad pra-
gam reducti fuerant: conāte rochezana repulsi sunt. Sacerdotes si qui bñ
de fide sapiunt infinitis contumeliis afficiuntur: oīa in manu beretico-
rum habentur: neq; illie christiana religio postq; bobemi baptismū susce-
perunt magis vnq; oppressa fuit q; modo: neq; predia: neq; corpora tue-
ri possunt. Qui fidem orthodoxam sequunt ex arbitrio perfidi & homi-
num qui viuunt sceleratissimi rochezane cuncta geruntur. Ladislaus em
rex Georgio gubernatori potestātē regni in clericos laicosq; cōcessit. Is
vero quia cōmunionis labem induit. Rochezane quē maxime timet ni-
hil contradicit. Tēporalia solum curat. Spiritualia rochezane permittit.
Sic regnū illud nobile & olim opulentissimū ab hereticis ex integro gu-
bernatur: quod ante hunc diem inauditū est. Quis em bullitarū rabies
primas in regno partes aliquādo possederit: semp tamen aliquot ciuita-
tes atq; barones ecclesie romane ritū seruātes: extra imperiū illorū man-
sere. Nunc omnis nobilitas oīisq; plebs Georgio paret. Hic princeps
hic caput habetur. Nec dubiū est quin mores dominantis imitari serui-
entes studeant. Inde malū ingens regno imminet & vicinis regionibus
immissa calamitas nisi rex Ladislaus cito bobemiā ingreditur: rebusq;
modū adhibeat meliorē: qd futurū multi sperant. Ego cū videro tūc cre-
dam. Dolēda sunt hec q; modo narro. Sed ptestatus sum ab initio de re-
bus aduersis me verba facturū. Pergam vltra non vt molestus sim vestre
sanctitati: sed vt vestrū solū quantum valeo nihil ignorare sinam q; germa-
nos inter agant. Dum bobemi atq; hungari q; dicta sunt gerunt. Prute-
ni qui aduersum magistrū ordinis sancte Marie theutonice certū inter
se nō laudandum fedus pepigerant. Vocati ad iudiciū cesaris: legatos
ex se primarios boies delegerant: qui maiestātē cesarēā accedētes causas
suam tuerent. Sed fuit his iter per morauia latronibus inhabitatā terrā:
vbi tāto quisq; nobilior ducitur: quanto spolia maiora cōmisit: ibi homi-
nes intercepti: excusq; rebus omnibus aliquibus eorū occisis: in capti-
uitate deducti: quī & cesaris & Ladislai regis publice fidei litteras ha-
berent. Sicq; dicta iudicii dies circūducitur: neq; spes est iusticie locum fi-
eri. Procedere namq; aduersus absentes q; cōparere non possunt nulla ra-
tio patitur. Proferri dies sine consensu partiū nō potest: quando ex com-
promisso res agitur. Neq; procuratores magni magistri consensum pro-
rogationi adhibent: quo attamen cesar potest ad concordiam nauat ope-
ras. Sunt em aliqui ex parte ciuitatum: qui & iuri stare non possunt. Cō-
positionis tamen admittende potestatem habent. Neq; in hac re magna

spes est ciuitates sedes dimittere: religiosi permittere nolunt. Qz si reb⁹ infectis hinc partes abeant: magnū discidium magnumq; malum instat. Religio potēs est armis amicis auro abundans: neq; ciuitates nude sunt. Quinq; & quinquaginta simul opida iuncta sunt. Ciuitates imperi q̄s vocant stagnales: cum his sentiunt: opemq; pollicentur. Rex quoq; polonie vicinus ciuitatum partes adiuturus timetur: qui sepe religioni & magno magistro fuit infestus. Viri seniores cum vetera mente reuoluūt admodum verentur: ne bobemis pruteni similes fiant. Inde q; magn⁹ ille & clarissimus theutonicorū ordo pellatur. Hec ad extrema germanie pertinent & ad oceanum versa: parum mediterraneos mouent homines. Sed quid illud horribile nouum modo allatum de constantinopoli tremis manus dum hec scribo: borret animus: neq; tacere indignatio sinis: neq; dolor loqui permittit. Heu miseram christianitatem. Pudet iāq; vices: feliciter vtiā ante hunc casum obissemus ita lia: germania: gallia & hispania magna ex parte salua: procbpudor ab effeminatis thuris inditam urbem constantinopolim capi permittimus. Credo hec iam vestre pietatis aures accepisse: egredior germaniam & ad greciam pergo: thurcorum imperator magnis militum copiis constantinopolim proximis his diebus obsidione terra mariq; cinxit. Atq; ad motis machinis & insultu ter facto expugnauit: populum omnem gladio extinxit. Sacerdotes diuersis tormentorum generibus excarnificauit: neq; sexui neq; etati pepercit: quadraginta & amplius milia personarum illic occisa referuntur. Queres gestas ad nos ex rastia veniētes enarrāt. Paleogolū q; apud eos impauit capite multatū: filiū ei⁹ reptū fuga in pera mō obsessū autē. Nolo ista sigillatim psequi: q; p alios & meli⁹ & veri⁹ sanctitati v're pscripta eē nō ambigo. Satis ē mihi cū vīa pietate de tāta xpianitaris ruina dolere. Vrbs q; post constantinū in annos. M.c. & ultra durauerat: neq; vnq; in p̄tate venerat infidelīū spurcissimorū thurcorū b̄ infelici anno directior patuit. Roma q; post suā cōditionē in anno. M.dxiij. p gothorū regem Atblaricū direpta refertur. Sed hic ne tēpla sanctorū violarentur edixit Thurcos autē in ecclesia dei seuituros quis dubitet: Doleo tēplū illud toto terrarū orbe famosissimū Sopbie: vel destrui vel pollui. Doleo infinitas sanctorū basilicas ope mirando cōstructas: vel ruine vel spurcitie Machometi subiacere. Quid de libris dicam: qui illic erant innumerabiles: nondum latinis cogniti. Heu quot nunc magnorū noia virorū peribūt. Secunda mors ista Homero est. secundus Platonis obitus. Vbi nūc philozophorū aut poetarū ingenia requirem⁹? Extinctus ē fons musarū. Vti nam tantū nobis suparet ingenii vt hāc calamitatē dignis vocib⁹ deplorare possemus. Adinodū ista cor meū vrgēt atq; expūgūt sanctissime p̄r. Video simul & fides & doctrinam deleri. Idq; nostra desidia accidit qui solū p̄ntia respicimus. Qz si seruētiores ad rē xpi publicam animos adhiberem⁹: hec p̄fecto nefanda clades inferri nobis minime potuisset. Certeus

sum quia merore magno v̄ra sanctitas est affecta: multumq; rei huius de-
 plorat euentū. Neq; ab re quidē. Nemo ē em̄ cui magis tanti mali fama:
 q̄ v̄re pietati sit obfutura. Nam scriptores om̄es qui apud latinos roma-
 norū p̄tificum gesta referēt: cum ad v̄m tēpus fuerit ventū in hanc sen-
 rentiam de v̄ra gloria scribēt. Nicolaus papa quintus natione tuscus. se-
 dit annis tot. Patrimoniu ecclesie ex tyrannorū manibus v̄dicauit: diui-
 sam ecclesiam vniōi reddidit. Bernardinū senensem in cathologo sancto-
 rum annumerauit. Palatiū sancti Petri cōstruxit. Basilicā eius mīrifice re-
 parauit. Iubileū celebrauit. Fridericum tertiū coronauit. Pulcra bec & de
 cora de v̄ro nomine p̄dicabunt: sed illud oīa funestabit: cū in fine claudie-
 tur. At huius tempe vrbs regia cōstantinopolis a t̄burdis capta direpta:
 q̄ est: nescio an diruta incensae dici poterit: quis in manu hostium data
 minus exulta nobis q̄ integra possit obesse. Itaq; luet v̄ra fama sine v̄ra
 culpa. Qui et si totis conatibus opem ferre misere ciuitati studuissis: nō
 tamē xp̄ianis regibus persuadere potuissis vt arma simul capescētes cō-
 mune fidei negociū adiuuaret. Negabant tantū esse piculū quantū dice-
 batur: mētiri grecos: mendicareq; pecunias arbitrabant: oīa ficta vanaq;
 reputabant. Fecit v̄ra beatitudo qd̄ potuit. Nihil est qd̄ vestre clementie
 possit impingi: sed tñ impinget hoc v̄ro nomī posteritas rerū ignara: cuꝫ
 vestro tempe constantinopolim amissam didicerit. Timui semper boni
 beatissime pater: cū multa ex scientia vestre glorie succedere animadu-
 terem: ne sinistrum aliquid emergeret: quod felicitatis cursum impedi-
 ens: lacrimabilem afferret materiam. Ecce quod timui ex duobus cbr̄isti-
 anitatis luminibus alterū iam videmus erutum. Orientalis imperii euer-
 sam sedem. Grecam omnē gloriam extinctam cernimus. Maiores nostri
 hierosolimam: accaron: antiochiam p̄diderunt fateor: ingens malum:
 sed nulla clades moderne ruine comparanda est. In asia & in aliena pos-
 sessione nostri veteres vrbes amisere: nos in europa in nostro solo: inter
 cbr̄istianos potentissimā vr̄bem: orientalis imperii caput: grece: columē
 litterarū domiciliū ab hostili manu sinimus expugnari. Iam regnat inter
 nos Machometus. Iam nostris ceruicibus imminet t̄burcorum gladius.
 Iam nobis clausus est eufinus & thanays inaccessibilis factus. Iam vua-
 lachos t̄burco parere necesse est. Inde ad bungaros: inde ad germanos
 t̄burcorū gladius penetrabit. Et nos interim domesticis quatimur odi-
 is. Reges francie & anglie inter se litigant. Germani principes inuicē bel-
 la gerunt. Raro hispania tota quiescit. Italia nostra pacis expers de alie-
 no iure cōten dit. O quanto melius tantū armorū tantumq; militie in ho-
 stes fidei verteremus. Verū beatissime pater nō scio cui magis q̄ v̄re san-
 ctitati bec cura debeat. Vestrū est iam assurgere: scribere regibus: mitte-
 re legatos: monere: hortari principes atq; cōmunitates in aliquē cōmu-
 nē locū: aut veniant aut mittant. Nuncq; dum malū est recens cbr̄istiane
 reipublice consulere festinent: pacē aut inducias inter socios fidei cōpo-

nanti: atq; iunctis virib; aduersus salutifere crucis inimicos arma moueat
Spero equidem si vestra sanctitas suo ex more hoc negotium feruido &
ardenti animo toto corde pmouendum accepit. & deum & homines
assensuros: futurūq; breui v; insolentie sue thurcos peniteat atq; in altus
xpiana fides emergat. Hec habui que nunc ad vestram pietatē scripture
digna putarem Et quīs de tanto & tam arduo negotio maiores viros q̃
ego sim loqui deceat. quia tamen xpianus sum: nihil a me alienum puto
qd xpiane religionis vtilitatē concernat. Nec ambigo que p me scribun
tur: cuncta pietatē vestram in partem accipe meliore nec alia modo. Re
cōmendo me vestre pietati: quā pius & optimus deus felicem ecclesieq;
sue statum diu ac viciue sospite & letam cōseruet. Ex gretzio stirienſi die
xlii. Iulii. Anno. M. ccccliii.

Impator summo pontifici spondet auxilio esse contra thurcos.

Facillime pater & dñe reue.

EPISTOLA CLXIII

b rendissime. Cum nobis renunciatū esset his diebus cōstantino
polim grece caput & oriētalīs imperii quōdam sedē p thurcorū
dñm expugnatā & in seruitutē redactam: multumq; ibi xpiani sanguinis
fusus esse. Grauius quidē vt debuimus & molestissime tulimus cōmu
nem xpiane religionis calamitatē atq; iacturam: intelligentes nō de pre
terito solum qd doleamus: sed de futuro quoq; qd timeamus tātē vrbis
amissionē fidelibus xpianis habunde pbere. Nāq; si verus est rumor ad
nos delatus: hominū quadraginta milia cesa sunt. Aie plures in seruitiū
miserabile ducte. Tempa diuino nomini dedicata funditus diruta. Na
ues non paucē capte. Amissa ciuitas famosissima & rōne situs & aliis cō
ditionibus ad tutelam xpianitatis admodū necessaria. In qua p multa se
cula & patriarchalis dignitas clauit & impialis maiestatis insignia flo
ruerunt: taceamus de litteris ac bonarū omniū artium studiis: que veluti
domiciliū pprium ex tota grece cōstantinopolim habuere. Quibus mō
cum ciuitate cadētibus nullum pfecto credimus esse xpiano nomine in
signitum: qui de tante vrbis ruina supra modum non angat & doleat.
Maximū certe atq; horribile vulnus illatum est ecclesie catholice nostro
tempore. ac maiulq; scriptis possit aut verbis exprimi. At cū potētissim;
hostis crudelissim; immanissimūq; in manu victoriā hāc. locūq; nactus sit:
ex q̃ fidei xpiane quā psequit p sua libidine possit officere: quis non eū
indies plura conatus existimet quibus xpianorū gentem in pnicem de
solationēq; ducat. Quippe victoria sui natura insolens. etiam si ad mites
venit: feroces eos impudentesq; reddit. Quid cum his agat qui suapte
ingenio soliti sunt seruire: an putare quisq; pot iratorū hominū cupidōq;
atq; acerbissimorū quieturā ēē victoriā. Enimvero qui ex illis partibus
ad nos veniunt: & peram aiunt xpianis pditam & alia pleraq; loca vicina
cōstantinopoli p thurcos occupata q̃ proximā quāq; victoriā nō desi
die aut socordie ducunt. sed instrumentū sequitis habent: ita diuisq; oibus

T

entantur vt christianum nomen ad intermitiones dedigant. nescimus an
vera sint que auctore non certo dicuntur. Timere tamē q̄ sperare multe
nos vident rōnes. Fama que de venturis thurcorū exercitiis erat ciui
tas regia pro magnitudine sua parum populosa: hostium ppinquitas: au
xilii spes remotior. & infelix ac dolorosum nunciū optato & fausto semp
credibilius. Quibus ex rebus & si non dubitemus. S. vestram bis cogni
tis excitatam esse ad cogitandum inueniendumq; modos quibus tam pe
rico & potenti hosti ne amplius noceat oportune resistat. Tamen quia
nos quoq; velut impatorem & aduocatū ecclesie res ista concernit: haud
ab re credimus eē. Si clementiā vestram pro cōmuni fidelium salute accē
sam: magis ac magis inflāmare nitamur. Neq; enim res est que vel negli
gi debeat vel deferri: occurrere oportet priusq; vulnus altius intigatur
aut veneni labes in corda decedat. Ceterū cum tanto negotio nō vnus
provincie, aut paucorū principum. sed omniū christianorū regum seu cer
te magne partis eorum necessarie vires existant. Dicemus confidēter qd
nobis ex vso videt: neq; dubitamus quin dicta nostra vestra sanctitas in
partem recipiet meliorem. Sane pro tanto & cānecessario ope optimum
factū censemus: clementiam vestram que locum tenet in terris saluatoris
nostri iesu christi: cui⁹ res agitur: nūc exurgere: scribere regibus: legatos
mittere: monere. hortari principes ac cōmunitates in aliquem cōmunez
locum: aut veniant aut mittant. Nunc dum malum est recens: christiane
rei consulere festinent. Pacem aut inducias inter socios fidei componant
atq; iunctis viribus aduersus salutifere crucis inimicos arma pmoueāt.
Qz si vestra. S. toto pectore suoq; more ad rem hanc tampiā & vilem in
tenderit: non est nobis dubium quin plures & reges & principes; in qui
bus zelus domus dei & ardor fidei orthodoxe non est exinctus: ad mā
datum vestrum voluntarios & obsequentes se prebeant. Nos certe pie
tati vestre vt libuerit: & assistere & cooperari pro nostri officii debito mi
nime omitemus. Solum precamur vt vestrum in hoc negotio consiliū
& intentū cōmunicare dignemini. Nanq; si fuerit opus nostreratiōis &
imperii sacri principes ad hoc ipm vocare: & alia q̄ iuxta consiliū vestrū
putauerimus oportuna implere nō negligem⁹. Quia vō ad hmoi nego
cium maxime elucere arbitramur. Italica bella q̄primū sopiri q̄uis bea
titudinē vestrā ad hoc conari & p se sufficere nō ambigam⁹. Tamē q̄a an
no pxime decurso & rome & neapoli & ferrarie & venetijs: de hoc plu
rimū egimus: licet frustra si pietati vŕe impiatū quouisimō expedire vi
detur q̄ oratores aut ad. S. vŕam aut ad ptes cōtendētes mittamus. siue
alio mō p pace celerius cōficienda laboremus. vt vŕe sanctitati fuerit vi
sum: eo modo faciemus omniq; cura & studio proni erimus ad ea inten
dere. p que pace italica q̄ ceter⁹ xpianis data: & furori thurcorū resistat
& christiana religio in suo statu cōquiescere possit & debito sub splendor
re foueri. Datum 26.

Spondet se citius patriā visurum.

EPISTOLA CLXIII

Neas senesh. episcopus dño Georgio Nicolai eximie doctor frater amantissime. Scripsimus tibi nuper de receptione tuarum litterarum que nobis cumulatiim reddite sunt. Ex quibus ingratiū illum & dolendum tue matris amice nostre sanctissime femine cognouimus obitum. Respondimus ad omnia que significasti. Non est cur multa dicamus modo. Solum illud te scire volumus: supplicauimus cesari paucis añ bunc diebus: repetendi domum ad tēpus facultatem vt nobis daret. His autē cūvis iubendi imperiū habeat: tum rogauit ad. xv. diē post festum diui Michaelis apud se maneremus. Instat enim eo tempore corā sua maiestate grande iudiciū: inter ciuitates quinq; & quinquaginta prussie & fratres ordinis beate Marie theutonicorum. In quo non vult nos abesse. Necesse est igitur ad illam diem vt pscueremus. Exinde mox consensu equis ad vos veniemus: & anteq; intret aduentus domini si deus dabit vobiscum erimus: deq; rebus singulis transigemus. Fortasse medio tempore calamitas constantinopolitana nostros italos de pace cogitare magisq; hacten? admouebit. Ex grezio stirie. v. idus augusti. Anno. M. ccclii.

Descriptio vrbis vuiennensis per poetam Eneam filium edita.

EPISTOLA CLXV

Ienna ambitu murorū cingit̃ duosq; miliū passuū: sed b; suburbia maxia & ambiciosa fossa & vallo cincta. Vrbs autē fossatū magnū habet: inde aggerem palatij. Menia deinde spissa & sublimia: fretasq; turres & propugnacula ad bellum p̃mpta. Edes ciuium ample & ornate: structura solida & firma: vbiq; fornices aule late. Verū b; estuaria sunt loco tridiniōrū q̃ ab his stube vocitant̃. Nam hyemis asperitatē hoc domitat̃ modo. Fenestre vndiq; vitree plucēt & ostia plerūq; ferrea. In his plurime aues cantāt. In domib; multa & mūda suppellex. Equosq; iumentosq; & ois generis capacia stabula: alte domosq; facies magnificeq; visunt̃. Vnū id dedecori ē: q; testa plerūq; ligna cōtegūt: pauca latē. Cetera edificia muro lapides cōsistunt. Piēte dom? & interius & exterius splēdent. Ingressus cuiusq; domū in edes te principis venisse putabis. Nobilium platosq; dom? libere sunt neq; ciuitatis magisstrat? in his ius habēt. Celle vinarie adeo p̃funde & spaciose sunt vt sub terra nō min? q̃ sup̃ terrā edificiosq; apud vuenā esse feras. Platearū solū stratū lapide duro: vt neq; plaustrorū rotis facile cōterat̃. Sctis celū tenētib; ip̃isq; maximo deo tepla dicata & ampla & splēdida: secto lapide cōstructa: plucida & cōlūnarū ordinibus admirāda. Sanctosq; plurime & p̃ciosos reliquias argēto: auro: gemis vestite. Templosq; ingens ornatus: diuesq; suppellex. Sacerdotes abundātes bonis pluribus. Qui clero preest apud sanctū Stephanum solo romano principi subest. Ciuitas in paucis patanēsi ē maior filia mare. Plures in ciuitate domus consecratas ecclias habet & priores

T II

sacerdotes. Quattuor ordines mendicantiū procul a mendicitate ibi ab-
 sunt. Scoti & canonici regulares sancti Augustini admodum diuites ha-
 bent. Monialesq; sacre & sancte virgines. Ibi quoq; monasterium est ad
 sanctum Hieronymū nuncupatū. in quo meretrices cōuerse recipiuntur
 que die ac nocte hymnos lingua theutonica decantant: quarū si quare-
 dire ad peccatū comprehēsa fuerit. in danubiū precipitat. Sed agunt ibi
 pudicam sanctāq; vitam. Rarus de his sermo malus audit. Scola quoq;
 hic est liberaliū artium ac theologie & iuris pontifici. Noua tñ & ab ur-
 bano sexto papa concessa. Magnus studentium numerus eo confluit ex
 hungaria & almanie partibus lupioribus. Duos hic daruisse cōpertū ha-
 beo pstantes theologos. Henricū de bassia: qui parisiis edoctus huc in
 principio vniuersitatis aduolauit: primusq; cathedrā rexit: ac plurimavo-
 lumina notatū digna conscripsit. Alter fuit Nicolaus de dinkelspubel
 sueuus vita bona & doctrina multa darus. Cuius sermones hodie auide
 a doctis legunt. Est & ille hodie Thomas baselbach nō incelebrat? theo-
 logus: quem scribere bystorias non inutiles aiunt: cuius ego doctrinam
 laudarem: nisi duos & viginti annos ysaie primū capitulum legisset: neq;
 adhuc ad calcem venisset. Maximū autē buius gimnasii vitium est q; ni-
 mis diutiuam operam in dyaletica: nimīūq; tēporis in re non magni fru-
 ctus terunt. Qui magisterii artium titulo decorantur hac vna in arte maxi-
 me examinant. Ceterum neq; musice neq; rethorice neq; arismetice cu-
 ram gerunt: quīs metra quedam & eplās ab aliis editas imperite magi-
 strandum compellant. Oratoria & poetica apud eos penitus incognita:
 quibus omne studium in elenchis est vanisq; cauillationibus solidi haud
 q̄q; multū qui libros Aristotelis alioq; philosophorū habeant raros in-
 uenies: cōmentariis plerūq; vtunt. Ceterū studentes ipi voluptati ope-
 ram prebent: vini cibiq; auidi. Pauci emergunt docti: neq; sub censura te-
 nent: die noctuq; vagant: magnasq; ciuibus molestias inferunt. Ad hec
 mulierum pccitas mentes eorum alienat. Ciuitatis populus quinqua-
 ginta milia comunicantiū credit. Consulatus octo & decem virorum eli-
 gitur. Tum iudex qui iure reddundo preest. Deinde magister ciuiū qui
 curam ciuitatis gerit. hos principes assumit. Quos in ciuitate sibi fidelio-
 res arbitrat: atq; ab eis iusiurandū exigat. Magistratus alii nulli sunt ni-
 si qui vini exigunt vectigal ad illos omnia referunt: quorū potestas an-
 nua est. Incredibile videri potest quot p dies singulos in ciuitatē victua-
 lia ingerunt. Quorū atq; cancrorū multe quadrigę adueniūt. pisces pa-
 nis: carnes: pisces: volatilia sine numero afferunt: vbi ad uesperas citi nihil
 venale ex his inuenies. Vendemia his ad quadraginta dies ptendit: intil-
 lo non die trecenti currus onusti vino bis terq; inferuntur. Ducentos &
 mille equos indies ad opus vindemiarū exercet. Ex villis pte rea ad festū
 vsq; Martini libertas oibus est vinū in urbē redigere. Incredibile dictū ē
 q̄nta vis inducat vini. Qd vel viuēne bibit: vel ad extraneos p danubiū

cōtra cursuꝝ aque magno labore mittit. Ex vino qđ vulēc vēdit mīn-
tim decim⁹ denar⁹ principi cedit. Ea res auri duodecim milia quotān-
ad camerā defert: in reliquū parum oneris ciuib⁹ inest. Ceterū in tāta &
tānobili ciuitate multa enormia sunt: die noctuq; rixe admodū plū gerū-
tur. Nūc artifices aduersus studētes. Nunc curiales in artifices: nunc isti
opifices aduersus alios arma sumunt. Rara celebritas absq; homicidio p-
agit. Frequētes cedes cōmittunt. Vbi rixa est non sunt qui diuidāt con-
cedētes. Neq; magistratus neq; princeps custodiā (vt par esset) ad tanta
mala adhibēt. Vinū domi vēdere nihil extimatiōi officit. Oēs fere ciues
vinarias tabernas colunt: stūbas calefaciūt: coquinā instruunt: bibulos &
meretrices accersiūt: bisq; cibi aliquid cocti gratis p̄bēt vr ampli⁹ bibant.
sed minorē mensurā bis dant. Plebs vētri dedita vorax quicq; ebdoma-
da manu q̄siuit: id festo die totum absūmit: lacerū & in copositū vulgus.
Meretriciū maxim⁹ numer⁹. Raro mulier est vno contēta viro. Nobiles
vbi ad ciues veniūt: vxores eorū ad colloquiū secretū trahunt: viri allato
vino: domo abeunt cedūtq; nobilib⁹. Plurimēq; puelle patrib⁹ infētis vi-
ros sibi delegūt. Vidue intra tpa luctus ex arbitrio suo nubunt. Pauci in
ciuitate sunt quorū pauos vicinia norit: rare familie vetuste. aduene aut
inglini fere oēs. Mercatorrs diuites senio cōsecti puellas in mīmonium
ducūt. easq; breuī dimittūt viduas. Ille inter familiares domesticos cum
quib⁹ sepe cōsuetudinē adulteriū habuerūt iuuenes viros accipiūt. ita q;
beri paup⁹ bodie diues inuenit. Cōtra q; bi supuiuetes: vxores alias acci-
piunt resq; p circulus ducit. Raro fili⁹ patri succedit. Lex apđ eos ē q; sup-
uiueti iugi p̄tē defuncti bonorū mediā tribuit. Testamēta libera sūt. Icti
& viri vxorib⁹ & vxores viris bona testant. Captatores hereditatū mul-
ti qui senib⁹ blādiētes scribi beredes se se curāt. Aiunt & mulieres eē ad-
modū multas q; viros graues vxorib⁹ veneno auferūt. Cōstat sepe a no-
bilib⁹ celos eē ciues: q; vxores suas vbo terruerūt: quib⁹ amatores in cur-
ria fuerunt. Viuūt p̄te rea sine vlla scripta lege. Mores autē se tenere vetu-
stos. q; sepe ad suū sensum vel adducūt vel interpretant. Ius admodū ve-
nale est qui pnt sine pena peccāt. Paupes atq; amicos nudos iudicia pie-
tunt. Iuramēta q; publica sunt tenaciter obseruāt qđ negari iuratus pōt:
nullam vim h. Mutuū dātes ad tps siquid detrimētū tulerint. elapso ter-
mino iureiurādo quā summā volūt extimāt: maximoq; dāno debitores
afficiunt. Pignora q; mutui cā dant: si quid afferūt nō extimāt vsuras. Ex
cōcations tantū timēt quātūz infamāt aut dāno tpali sunt. Furta q; apđ
furē inueniunt iudici cedūt. Ad bec festa parū religiose colūt. Carnes oī
festo vendunt. Aurige nulli vacāt die. In austria reliq; multa opida sunt:
nullū aut magni nois. Barones multi potētes & nobiles. Inter q; primū
dignitatis locū obtinet schaumburgen. & maithurgēses comites: oppi-
bus aut supare credunt de vualse: de liechtenstain: de puchau. Nec parū
habēt nomē putēdorffer stareberger eberstorffer eckertzauer hochēber

ger & alii complures. Eytzinger licet nouissimi sint: potētia tñ hodie & auctoritate inter primos habent. Monasteria complurima sunt & magna & ditata. Ecclesie preterea cathedrales salt; burgensis: patauiensis: ratilpanensis: frisingen. latissimas possessiones in austria castellaq; plura possident ac domos egregias quas inhabitant. Sunt em omnes consiliari ducum austriae bosq; veluti maiores bonorāt. Siue bellum gerere siue curiam letabundi habere velint austriae duces & prelatos & proceres veluti reges in comitatu habent.

Tractatus pulcherrimus Enee siluii de curialium miseris.

EPISTOLA CLXVI

Neas filius picolomineus. S. p. d. Dno Iohanni aich perspicaci
 e & claro iuriconsulto. Stultos esse qui regibus seruiunt vitamq;
 tum infelicē tum miserrimā ducere curiales: vereor ne qui me arguant mibiq; maledicant: si hac epistola quā tibi sum scripturus oñdero. Nec ei deerunt qui me principibus deserant & hostē reddere curēt: qm videar homines ab eorū obsequiis arcere. Nam quis post hac inquit illi regū atria frequētābūt: si se futuros illic miseros intellexerint. At ego nō id ago vt principib; derogem: sed illos potius magn; leno molestis. Instant illidie complurimi & nobiles & magniviri: q regū aures obtundūt dum in curiā p̄cibus recipi postulant: quos cum nequeunt reges aut vtiliter recipere: aut honeste repellere: in magnaq; ppter ea sint anxietate: grā mibi non odiū haberi debebit si quē ex his monuero: curie regis vt suapte renūciat. Nec timendū ē meis scriptis id fieri vt regū aule deserant: erit em semp stultorū numer; infinitus: qui vitam beatā apud reges solū modo iudicent inueniri. Sed caue dicunt alii ne diuinis aduersere preceptis dum regū suades euitari seruitia: cum Petrus aplos princeps & caput ecclesie subiecti estote dicat omni creature humane ppter deum: siue regi quasi precellēti siue ducib; quasi ab eo missis. Absit aut a me scelus hoc vt apostolo cōtradicam vel regibus dicā non eē parendū. cum & veritas in euangelio reddi q sunt cesaris cesari iusserit & q dei sunt deo: cūq; ad romanos Paulus doctōr gentiū dicat. Omnis ania potestatib; sublimiorib; subdita sit: non est em potestas nisi a deo. Clamo & ego obedite principibus vestris oēs populi. Subiicite vos sublimioribus p̄tīb; oēs gentes. Sed memineritis quia Petrus propter deum vt subiciamini iubet. non ppter opes potētias vel honores. At ista nō sunt cōtraria meis scriptis si cum ppheta dixerim nolite cōfidere in principibus in filiis hominū in quib; non est salus. Preterea complures obiectiones alias quib; te responforem cōstituo. si qui sint qui velint me amplius impugnare. Ego ad rem ipsā inueniam si prius quid hoc me disputare cōpulerit paucis ab soluero. Genitor meus filius q mortuo pte posthum; natus paternūq; nomē tulit: adolescētie sue florem apud antiquū ducem mediolanensem: huius Philippi ducis patrem peregit: affectulq; tandē curie sedūs: domū

rediit uxore duxit: filios genuit & usq; in hanc diem vitam quietam lau-
 dat amq; degit. Is cum ad se duo senenses iuuenes admodum nobiles ac-
 cessissent: & an regi seruire pduceret punctati fuissent: sic respondit. Me-
 nippus cum adolescens apud homeri hesioduq; diuersa deorū scelera le-
 gisset: ea licita eē atq; honesta credebat. nam quod dū faciant quis nō ar-
 bitretur honestum? Hic vir postea factus: cum illa tanq; turpia phiberi le-
 gibus ania duerteret. incertus animi phos adiit: scissitaturus ab eis q̄ nāz
 esset optima vita: sed neq; phī fatissacerunt: cum inter se dissentirēt. & alii
 voluptatē: alii vacuitatē doloris: virtutē alii. quidaz vō animi corporisq;
 & fortune bona simul iuncta vitam dicerent prestare beatam. Incertior
 igitur ille multo q̄ antea. vt verbis vtat Terentii: consulere mortuos de-
 creuit: & ad inferos penetrauit: ac ex thiresia qui & ipe vates diuinatōrū
 fuit: vbi vita beata esset pquisiuit. Cui cum vates diu rēdere negasset. in
 aures tandē insusurrans: apud priuatos inquit optimā vitam. hec est feli-
 citatem inuenies. Gyles quoq; lyddorū rex: qui se pre ceteris fortunatissi-
 mum reputabat. Appollinē consuluit quis suo tpe felix esset. contēpse-
 oraculum regias opes & apparatus: atq; aglaū quēdaz arcadē modici ru-
 ris cultorē: qui metas agelli sui cupiditate nūq; excesserat: felicem esse re-
 spondit. Vos igitur o iuuenes si quo modo viuatis optime queritis: mi-
 nime reges adibitis. nam cum ipi felicitatis expertes sint: felices qui sibi
 dicati sunt nullo pacto possunt efficere: quippe q̄ principibus seruiētes
 nihil sibi libertatis relinquūt. vt ea cōsequi possint quibus potiti multo
 sint q̄ antea miseres. Virtutes em̄ o iuuenes felicitis vite sūt effectrices
 que a principū domiciliis exduse: si quādo casu aut errore limē ingrediū-
 tur: euestigio cogunt fugere: pterrite sinistris morib⁹ quibus in altis pa-
 latii viuūt: q̄ si tepus differendi daret monstrare vobis om̄s hoies stul-
 tos esse: qui vitam habentes aliā in qua possint honeste versari in curiis
 principum se precipitant. Sed abest ociū. Ideo vos tm̄ moneo: vt agrum
 hunc bistriones & adulatores & alios nebulones metere sinatis: qui ni-
 grum in cādida vertunt: nullus est viris bonis apud principes locus: nul-
 la emolumenta laborū & vt iuuenalis verba resumā. Minor ē hodie res be-
 ri q̄ fuit: hec eadem cras detrabet exiguis aliquid. Sic filius genitor. Illi
 vero ab infano proposito reuocati domi manere & sibi & musis viuere
 decreuerūt. At paterna vox minus in filio q̄ in extraneis potuit: nec em̄
 me pater ab obsequiis curie valuīt auocare: q̄uis sepe multi ne me post
 principum vesanias ire perditum admonuerit. Sed expertus sum quod
 prius non credidi: veramq; patris sententiam inuenio: de qualibet me
 nunc in hac epistola discutere: grauiq; tuo iudicio remittere cuncta. nam
 & tu annis cōpluribus inter aulicos canes latraui. Vidi te apud Alber-
 tum cesarem honorato in loco: & cum te primū noui: orator suus in ba-
 silicā cōcilio bñ dictionē sibi ex patrū cetū petebas: cum is regni hūgarie
 diadema mortuo socero suo Sigismundo cesare suscepisset: atq; postq; is

quoq; vita functus est. nō em̄ triennio toto impanit: ad nepotē eius Al-
 bertum austriae ducē te cōtulisti cuius es ad huc cōsiliarius. Quā rem nō
 sum nescius apud ignaros rerū mee sine plurimū detrabere. quis em̄ in se
 licite vivere curiales crediderit: cum tu qui viri baberis bonus & sapiens
 solutus semel curie vinculis. iterū te vincieris sed sum ego quoq; in eadē
 qua tu es causa. qui annis iam. xv. curialem seruitutē seruui. & nūc eccle-
 siasticos nūc seculares secutus sum principes. & quis liber nō nunq; eua-
 ferim. mox tamē in vincula me apte redii. Itaq; posset aliquis opinari: vt
 solus vel cum paucis curie voluptatib; fruatur: idcirco memor es curie co-
 ram aliis detestari sic apud mediolanū qui bernardino predicatori cōtra-
 ctus vsurarios accusabat: vt p̄biberis ab his reliquis solus ipse feneraret.
 Sed longe aliter est: non em̄ quia placeat mihi curia ideo verfor in curia.
 sed ne leuitatis accuser: qui genus vite receptū nesciuerim prosequi: ideo
 & te arbitror retinere. Accidit em̄ nobis sicut cōiugatis. Sunt em̄ admo-
 dum multi qui viuentē cōiuge matrimoniu damnat: & vxoris obitu cu-
 piunt libertatis amore. sempq; illius ad corinthios Pauli mandati memi-
 nerint. Solutus es ab vxore noli querere vxorem. At bi postq; libertatē
 sunt assecuti. mox alterā ducunt cōiugem vt vix quidā exequias defun-
 ctē valeant expectare. Sic em̄ est hoim calamitas: vt vitam quā viuūt diu
 q; vixerunt etsi malam sciunt. mutare tñ aut nequeant aut nesciant: hinc
 oratus adeos qui suam vitā damnātes alienā laudant. Iam faciā qd vultis
 inquit. eris tu qui mō miles mercator: tu consultus mō rusticus. hinc
 vos hic mutatis discedite partib; eya quid statis volūt. Plurima sunt mi-
 Iohannes q nos cogunt pseuerare sed nulla est rō prior q̄ ambitio. q̄ tāq;
 emula cbaritatis omnia fert onera q̄uis grauissima vt honoribus seculi ac
 p̄p̄ariis laudibus efferat. Qz si bumiles essemus & aiam potius lucra-
 ri q̄ vanam venari gl̄iam studeremus: baud multi p̄fecto in hec tedia sese
 recipient. Ad eos igit̄ qui p̄pterea sequi reges volunt quia platos & do-
 ctos in curiis eē spiciūt. saluatoris nr̄i Iesu vocē obiciā. Sup cathedram
 moysi sederūt scribe & p̄barisei q dicunt facite s̄m opa eorū nolite facere.
 Non igit̄ qd insignes viri ac maḡi vite faciūt. sed qd facere debent imi-
 tari oportet. Expedat prius seipm q se dicare vult regibus an tolerare la-
 bores fame p̄peti: si tñ sufferre: cōtumeliaq; valeat iustinare. Deinde p̄
 spiciat diligēter vtrū ex curia cōsequi possit qd suus desiderat anim;: mi-
 bi & angustie apud principes infinite intolerabiles eē vident̄: & q boies
 optant illic nullatenus inueniri q sit vt veram p̄ris s̄niam arbiter de q nūc
 trasigemus. Repetēda est igit̄ paternavox. quid ille stultos esse autumat
 singulos qui nō coacte principib; seruiūt. Clara vox dura tñ fortasse nō
 nūius videt̄. Sed audiāt quo pacto p̄be. Stulti quo ad p̄positū nīm trī-
 bus modis dicunt boies. Stultus ē qui q̄ritat qd neq; inuenire. Stultus
 & qui q̄rit qd nocet inuentū. Stultus q; & ille ē qui sine p̄posito ad quē
 tendit. cū plures habeat calles. deteriorē deligit & piculiosiorē. vt si romā

petiturus cū due sibi pateāt vie: altera breuis atq; secunda: altera lōgior ple-
na latronibus p̄gere vltimā velit. Curiales igit̃ boies aut primā stulticiā
incidunt aut alterā aut tertiā. Aut em̃ qđ assequi nequeūt inuestigāt. aut
qđ inuentū detrimēto sit q̄runt. aut semitā p̄iorē deligūt q̄s res melius
longe cognoscem⁹ si q̄ sint curialiū desideria & quos sibi cōstituant fines
preuiderimus. Mibi vident̃ oēs qui regū vel principū latera stipant: aut
bonores q̄rere. famamq; seculi: aut potentiā aut diuitias aut voluptates.
Nec inficias eo nōnullos esse qui se apđ p̄cipes lucrari anias arbitrent̃:
vt meritū tāto maius nāciscant̃ quāto cū maiore piculo militauerint. De
bis igit̃ quinq; generibus boim dicendū est nobis q̄s tantū distare vt sa-
pientes sint ostendemus: vt facile quīuis eosdē deliros: amentes insanos ac
stultissimus queat cognoscere. Prius tñ q̄ hoc aggrediar: oēs oratos vo-
lo ne me quepiam principū carpe censeat: aut quouis pacto serenissimo
diuoq; principi meo Friderico cesari detrahere. Nam et si dicturus inter
disputandū fuerim viciosos principes esse. & libidinū ac stulticie seruos:
nō tñ id oibus ascripserim. nec em̃ me latet inueniri nōnullos virtutū ac
sanctionis cultores qui a principatu vicia diuino quodā munere sepe-
nt. quēadmodū boni apud gētiles principes Augustus Vespasian⁹ Titus
Traianus & Antonin⁹ pii sunt habiti & apud xpianos Cōstantinus Ar-
cadius Honorius Theodosius Carolus magn⁹ & quē bamberga vene-
ratur Henricus sanctus in quibus si vel pietatē vel mansuetudinē vel pa-
cis amorē vel iusticie zelum vel religiōis affectū requiris. Fridericū nīm
nulla in re minorē inuenies. Tantūq; abest vt meis sibi scriptis velim de-
tractatū: vt eius laudes illustrare. & versibus quoad possim & orōne so-
luta decreuerim: nec me nūc eius curia detineret nisi sua me bonitas alle-
xisset. Sed me quāta sit curialiū ifelicitas ostensus: nō quid ipe & alii pau-
ci q̄s equos amauit iupiter sed quid cōter principes agant referre opor-
tuit: q̄ si om̄ia que inferius mala recensent̃ in nū principis inueniri curia
dixerim: apte mentiar nec minus mētiar. si nihil illoq; bice cōtēderim
nec ego quēq; momorderim. quia sic est boim vita vt plus mali vbiq; q̄
boni repiat. Nōstra intētio est factuos esse qui principib⁹ berent dispu-
tando monstrare. iam igit̃ illos aggrediamur qui tanq; appetiētes bono
rem principibus seruiūt. Aduersus quos cum Iuuenali libet exdāmare.
O medici media pertundite venam: delirant em̃ qui p̄pter bonorē prin-
cipibus famulant̃: ad quorū purgandas mentes non meis scriptis sed el-
leboro potius esset opus. quis em̃ in aulis principū verum bonorē dixe-
rit inueniri. Dant̃ honores in curiis non fm̄ mores atq; virtutes. Sed vt
quisq; ditior est atq; potentior eo magis honorat̃. Nam quez vñq; pau-
perem tāet si prestanti virtute predictū: regum aliquis sublimauit. Audio
quod obiciis fuerūt nōnulli dicis obscuro nati loco atq; inopes quondā
qui nunc om̄ibus sunt prelati: sic enim principes voluerūt. sed quos oro
sic prelatos ais nempe quos suis moribus conformes inuenerūt. quibus

moribus auaritie: libidinis: luxurie: crapule: crudelitati. Sic est sane. Placeat auaro regi qui pecunias vnde cunq; refert. Gratus est libidinoso q virgines atq; maritatus sibi conciliet. Carus est ebrio qui cōbibit. Crudeli iocundus est qui sanguinē q̄ multum effundit humanū. Nemo acceptus est nemoq; ex paruo statu prefertur aliis. nisi magno aliquo facinore sese principi conciliauerit. At hic non est verus honor & stabilis. qui ex radice venit non bona. Vera gloria vt inquit Cicero: est illustris ac puagata multorūq; & magnorū: vel in suos ciues. vel in patriam vel in omē genus hominum fama meritorū: quam nec principes assequuntur nec qui seruiūt eis. Cum viciis omnes fere sint dediti. nec bonum aliquid agant nisi fortuito. At transeūti per urbem tibi inclinabunt homines. denudabunt capita: cedent loco: salutes dicent. manus osculabuntur. Ita est certe. At vbi transigeris digitos retrotendunt: subsannabuntq; tibi. Et ille est inquiet: qui principem nostrum seducit. qui bellum suadet: qui vestigalia auget. qui onera nobis importabilia cumulare facit. & etia; qui verito pollice quos vult ex nobis occidit quem dii deeq; omnes perdant. ne sub eius tyrannide diutius simus. Huiusmodi est honor curialium. qui si te quisquis es oblectat. non verebor te stultum atq; insanum affirmare: qui oblectationes tuas in re fallaci varia atq; omnino falsa reponas. Ac parafitorum vocibus qui te cenarū gratia laudāt. quantū tribui debeat tuipe nosti. Preterea histiones atq; ioculatores & toti? vulgi laudes. quas vir prudēs pro nibilo reputabit. quia nulla est vera laus. nisi a veris pueniat laudatis Adde q̄ omnes curie sequaces non quibus presint. sed a quib; precedant inspiciunt & altius semp euolare nitunt. atq; cum reliqui precesserint ipis etiam regibus incipiunt inuidere. quia inexplēbilis est humane glorie appetitus. Cui postq; te dedideris semper illud Ciceronis in ore habebis. Quicquid est enim q̄uis amplum sit: id certe parum est: cum est aliquid amplius. Est insuper philosophorū sentētia ac presertim Aristotelis in honoribus non esse finem ponēdum: quia & res incerta ē & in potestate alterius. & qui seruit honori & huius seculi fame necesse est vt multa faciat inuitus. Interdum plus hominibus q̄ deo seruire cogitur. Duo enim cum sint honores: alter virorū bonorum: alter multitudinis. Stultus est qui primū apud regem venatur: quia inueniri verus honor non potest vbi virtutes non regnant. Qui vō alterum multo stultior est: quia & rem pnciosam sequitur: & viciōsam & instabilem & incertam. Atq; hi quidem perpetuis cruciatibus affliguntur: cum sibi preferri plurimos & sepe indignissimos videant. nec qui bonorum est audius vq; magisq; in curiis angitur atq; iam satis de honore sit dictum. Nūc ad potentiam eamus: pulchrum videtur apud principem esse potentem. tuto rem vocari regis: precipere aliis bellum indicere. pacem componere: posse obesse & prodesse q̄ pluribus. Sed multi decepti sunt. dum posse apud reges plurimum quesiuērunt: apud Tiberium. Neronem Claudium tā

potens Seianus fuit vt imperator apud capreas cum rege caldeo sedente: solus hic imperium administraret. secundumq; illud totius orbis caput veneretur. Et quippe si ante ipsum oppressa cæsar's senectus fuisset. hunc vnum populus augustum vocasset. Sed nulla est apud principes diuturna potestas. nullusq; status debilior. nullius incertior. nullius infirmior est. q̃ ei⁹ qui apud principem videtur esse potentior. Sunt emuli multi: simulates: odia. Omnis potentia magne inuidie subiecta est. Incidunt suspensiones: parantur insidie: perstreperunt vndiq; delatores. Atq; vt oculus parua festuca turbatur. sic principum gratia offensiuncula vel minima cadit. Interdum etiam nullo crimine perditur. tantum apud principes subdola lingua potest. apud adrianum imperatorem delatorum voces adeo valuerūt: vt amicos quos ad summum prouexerat: post hostium loco habuerit. Sed ad seianum redeo: vis ne saluari sicut seianus: & tam esse potens vt ille fuit. At hic vnica principis epistola captus est: per urbem vnco ductus ad spectaculum: & in tiberidis ripa truncatus. Omnesq; ipsius statue ex capitolio delecte sunt: perlege sacras litteras: quot Saul: quot David: quot Salomon ex his qui apud se potentes erant occidi iusserunt Abimelech quia potentem vidit apud se Isaac ex regno repulit forsitan: & interfici iussit. nisi dignus dei cum illo fuisset. Clitonem sue nutriticis filium Philippi patris laurdes comparare fuisset: Alexander macedo sua manu interemit. Extant nostri temporis admodum multa exempla: que consulto fugio ne cui videar detraxisse. De magno regni appulie senescalpo nemo me dicere probibet. quia tuta est in mortuos reprehensio. Hinc apud reginam Ioannam primo in loco fuit. potentiamq; suam firmiorem putabat. quia & stupris sese insinuauerat. At regina conuerso in alium amore: percussores ad illum noctu transmisit: quo mortuo alios sibi concubinos substituit. Parati sunt qui apud reges perpetuo sint potentes. Sepe qui beri placuit hodie displicet. nullum est in atriis principum malus studium q̃ vt alios de gradu precipient & se erigant. potentum quilibet appetit. nulla inter curiales habitat fides: non frater a fratre tutus inuenitur: nec patri filius fidus est. nec filius patrem seruat. quilibet sibi studet. omnes preferri volunt. omnes mandare. Si quis potens est. mille circa se oculos habet & totidem linguas ad ruinam eius aspirantes: & vnus hinc alius illinc premit. Nimum multos timere habet qui multum potest. & illum omnes oppugnant qui principi gratior existimatur. Ruunt turres que iuxta flumen site perpetuum in se aque cursum recipiunt: quid tu facias qui ex vnius voluntate dependes. in cuius amore nec ferro nec plumbo sed cera fixus teneris: quam vel infigidatus amor excutiet vel ire seruator eliquabit. Non omnibus tantum arridet fortuna (vti vides) quantum cæcellario nostri cæsar's Caspari schlick. quem vel miranda faci clementia: vel singularis virtus atq;

prestantia (que in paucissimis hominibus reperitur) apud tres cæsares inter primores potestatem reddidit. Alios vero vix viderimus in curia successores tales esse quales apud antecessores fuere. Sed precipitari complurimos ex gradu cernimus. ita ut quanto prius honoratiores & potentiores censebantur; tanto exinde debiliores & inonoratiores fiant & sint inimicis gaudio. amicis vero & propinquis & sibi dolori. molestie atque dedecori. Est autem vulgarissimus eorum finis qui apud principes vel honorem vel potentiam querunt: quos in errore manifeste comprehensos stultissimos esse nemo negauerit. nec plura de potentia. Nunc diuitias persequamur quas minime dubium est complures mortales in curiales carceres attraxisse qui cum Oratio se laborem ferre dicunt senes: ut in otia tuta recedant: quidam vero Iuuenalis referunt verba: quando ego figam aliquid quo sit mihi tuta senectus a tegete & baculo. Aduersus quos possum saluatoris nostri sermonem referre: qui tam difficile dicit diuitem intrare regna celorum: quam per foramen acus transire camelum: quo fit ut stultum sit diuitias querere: & spem patrie celestis amittere: nec mihi quicquam timorem famis adducat: quasi non habeat christus unde alat pauperes suos. Apostoli nauim & retia reliquerunt inquit Hieronymus: nec tamen illis quicquam defuit. Libertas christi pauperum & olera. Cresci diuitias preferunt: sed ista fortasse nimium religiose dicunt: nec talia sunt que vulgo probari queant. Agathus igitur pingui munerua: consentiamusque Iuuenali & Aristoteli ad felicem vitam opus esse diuitiis: quia non facile emergunt quorum virtutibus obstat res augusta domi. Sunt qui se posse putant diuitias cumulare principibus seruientes: at hi ut diuitias coparent libertatem vendunt: nec tamen diuitias assequuntur: nam si tibi princeps vel beneficia contulit vel feuda concessit: vel res alias: tantomagis seruire teneris quanto maiora sunt dona. Quod si aliunde nescis ex Gregorio discito. Cum enim inquit ille augere dona: rationes etiam crescunt donorum. Quod si tunc ex curia velis abire cum diues es factus: mox omnia perdidisti. Inuenisse causa. Submittitur accusator: convinceris reus: etiam non commissi criminis auferunt bona: & ne conqueri videri possis eripitur & vita. Si vero in curia perseueraueris: oportet ad queuis imperia regis esse paratum: ire in bellum: per latrones transire: nauigare in mari: manere in peste: mille capitis adire pericula. Iustum & iniustum exequi mandatum: ridere & flere cum rege: laudare quem laudat. vituperare quem vituperat: nulla tibi in verbis aut in operibus libertas supererit. Quid igitur stultius est quam diuitias per tot tormenta cogere: cum sit manifesta frenesis: teste satiro: ut locuples moriarius egenti viuere fato. Nonne preterea deliramentum est cum duo vel tres cumlauerint opes: omnes huius liberalitatis munificentiam expectare: & non potius infinitos respicere: qui dum regibus seruiunt: ad extremam inopiam sunt deducti. iam dabitur inquit Persius iamiam donec deceptus & expers ne quicquam fundo suspirat munus. in imo diuitibus non

nuncq̃ dari solent diuitie: sicut in mare feruntur aque. Nemo paup̃ quib̃
diu & admoduꝝ vtiliter seruiuerit: tantuꝝ premii reportabit quantuꝝ diues
ex obsequio paruo. Non em̃ seruicia in curiis principuꝝ: sed p̃one pode-
rant. Nam & paruos parua decent & magnos munera magna. Nec do-
nare reges solent: qđ nequeat cum libido fuerit auferre: itaq̃ nec rem do-
natam si velis alienare poteris: nec in aliud regnum transſerre: nec ex ea
quicq̃ disponere quod regi non placeat. Non sunt igit̃ tue b̃mōi diuitie
quibus nō potes vti p̃ arbitrio. Quid q̃ neq̃ testandi facultatē habebis
nāq̃ si liberis careas nemo tibi nō princeps erit heres: si adsunt filii: nūi
& ipi principi seruiant nō succedēt tibi. Taceo quot diuites necati iussu
eorū sint qui eos ditauerint. Solent em̃ principes si nonnullis largiri mul-
ta: sicut & nos ſues pascim⁹ vt eos postq̃ impinguatī fuerint deuorem⁹.
Sic de Seneca. Longinoq̃ legimus quos propter diuitias interemptos.
Iuuenalis affirmat his versibus. Temporibus diris igit̃ iussuq̃ neronis
Longinū & magnos senece prediuitis ortos. Clausit & egregias latera-
norū obsidet edes. Tota cohors perierūt em̃ & lateranī propter diuitias
Sancte igit̃ scriptū est & vere qui amat diuitias fructum nō capiet ex eis
Adde q̃ paucissimi reges que sua sunt donant: rapiunt em̃ vt donent: q̃
nec vera sunt dona nec iusta possident. Cum vix regnū vllum inueniat
quod nō sit vel partū vel cōtinuatū fraude quid est qđ largire iuste prin-
cipes possint vnde pecunie vnde locatia veniunt q̃ apud principes sunt
nili ex rapto vel venditione iusticie: aut ex spoliis ecclesiarū. At ista sunt
iniquitatis premia: que nec regi prodesse neq̃ tibi vtilitati si donata fue-
rint esse possint. Relinquamus igit̃ hanc diuitiarū cupiditatē quia nō im-
pletur auarus pecunia. & auaro vt inquit Hieronymus & Seneca prius
dixerat: tam deest qđ habet: q̃ qđ non habet. Scimus scripturā dicentem
quia non proderunt diuitie in tpe vltionis. diues em̃ cum interierit non
sumet omnia & nō descendet cum eo gloria domus eius. Viuamus obse-
cro tanq̃ nihil habētes & omnia possidentes victus atq̃ vestitus vt iteq̃
Hieronymi verbis vtat: diuitie xpianorū sunt: & has est potēs nobis do-
minus absq̃ ministerio principū tradere: diuitias veras apud reges vel nō
inuenimus: vel tales inuenimus quas longe melius fuerat nō inuenisse.
At hoc de diuitiis libasse sufficiat. Ex quibus ni fallor monstratū est stul-
titie opam dare. qui ob opes principibus famulant. Nunc tēpus admo-
net vt de voluptatibus differamus in quibus multi mortales beatitudi-
nem posuerūt: Atq̃ in patris epicurus vir aliqñ magnus quē p̃bi nostri
tpis magis verbis q̃ factis reprobant. nam quottus est obsecro vel theo-
logorū qui voluptatibus nō inserviat. Qz obrem forte inueueris q̃ asper-
netur oculis pulcritudinē rerū: nō odore villo nō tactu non sapore capiat
sed udatq̃ auribus oēm suauitatē: huic boies & fortasse pauci deos p̃pi-
tios pleriq̃ aut iratos putabūt. In orōne p̃ marcello Ciceronē dñantem.
inuenim⁹ quibus in verbis oēs quinq̃ sensus tetigit quibus voluptates

baurimē. Cūq; due vie sūt quib; hūana vita cōtinet: altera virtutū: al-
tera voluptatū: illa deserta inculta atq; interclusa frondibus & virgultis
hec s; boim frēntia terit. nec quisq; ē q; voluptati nō obseqt. Sūtq; ad-
modū multi q; tanq; voluptatib; fruituri obsega principū amplectunt:
q; tūq; stultissimū sit opeprecū fuerit ostendisse: ac de voluptate q; primū
oculis pēpīt primū dicam. Oblectant nōnulli dū splēdidos egtes con-
spiciūt. dū bella geri exercitusq; pcurrere vidēt: dū formosas cultasq; mu-
lieres intuent. dū cetus boim ornatoꝝ: dū ludos: dū iocos: dū pulcbros
equos: dū pēcturas: dū sericeos pānos: purpureos: aureos: dūz minificas
vestes: insignes vrbes: egregias domos: alta palatia: marmorea templa:
testudines: viridātia prata: lucos: fontes. flumia: feras serenū acē: motes
apricos: amenas valles: armēta: canes: & hmoi cetera ptemplant. ad hec
oia multo iocūdiora sunt priuat; hoibus q; curie obligatis. nā q; seruicio
regū mācipat; ē in bello nō vt spectator. sed vt miles aderit. & huc atq;
illuc cōcursabit. ac hostē ferire seq; tueri magisq; oblectare oculos cogita-
bit. Mulieres nō intuebit nisi cū regi placuerit. tūq; illas videbit q; aliis
grate sibi molestissime sint. ornatiuestib; boies plus inuidie q; voluptatē
pbeāt. & alienos eqs & meliores & nitidiores q; sui nō letabit īspexisse
iocis atq; ludis praro intererit: lateri regio sp assistēs. palatia vō tēpla pi-
cturas facilius spectare mercatores atq; priuari boies q; curiales possunt
Cūq; reges praro suoz regnoz limites exeat: vrbes īspicere nō nisi
vnius regni poteris. nec quid apd alias gētes sit pēciosum vidēdi tibi co-
pia dabit: ea q; que in cāpis sunt visu delectabilia rarissime īspicies: do-
mo clausus q; si captius nec vnq; exhibis. nisi cū rex vel venari voluerit: vl
aliter animū relaxare: qd cum fiet cū maxime velles domi manere cūz ni-
ues agros cooperuerint: vel cū solis seruore mūdus ardebit. Sed marcet
plerunq; sub tecto squalida pulueribus pars maior curialiū. nec in cho-
reis atq; tripudiis seminarū delectatio datur: cum tu illam respicias que
in aliam fert: & te nedū spernit: sed etiā odit. Nulla dies est in q; es mille
non videas q; tuā cōturbent animū. Semp tibi ante oculos inimici sunt:
osculariq; manū pēpe cogeris quā velles trūcatam videre: facileq; plus
amaritudinis q; dulcedinis visus tuus ex curia repositabit. At in auditu
dices magna est curialiū delectatio dum nouitates totius vrbis viros sa-
pientissimos loquētes: dum gesta virorū magnorū: dum cantus sonosq;
audiunt musicorū. Credo & hoc plerosq; decipe. Sed medēduz est etiam
huic parti: ne quis oblectaturus aures curie se astringat ac molestiā p vo-
luptate pēpīat: naz qd tu mihi de nouitatibus ais abs negotio confuto:
cum plura illic displicētia q; grata audiant. Cum nunc ciuitates capte: vi-
ri prestātē occisi: spolia facta rapine cōmisse: victores mali: victi boni se-
pius referant. Viros atit sapiētes qui de morib; ac secretis nature dispu-
tant. quib; bystorias referunt. non nisi p adulationes apud principes acci-
pies: q; si nonnunq; oratores atq; pbi dūcti curias adeunt. oronēsq; corā

principibus habent. non tam dulce est eos illic audire. vbi cum metu magis loquuntur quam in scholis vbi sunt liberi: & ad veritatem non complacentiam sane. Hinc est quod Athenis dum libera ciuitas fuit & Rome dum consules reipublicam gubernabant: ita studia maxime floruerunt. In curiis vero quilibet sermo per adulationem habet. nihil ad verum dicit. Comedant mali bonique vitupant. Sunt qui veterum narrat historias: sed mendose atque puerilem auctoribus non credit: sed fabellis inanibus fides adhibet. Plus Guidoni de columna quod bellum troianum magis poetice quam historicie scripsit. Vel marcellio de padua quod translationes impium quod nunquam fuerat ponit vel vincetio morcho quam liuius salustio: iustino: quinto gurtio: plutarcho: ac suetonio prestatissimam auctoribus credit. Citharistas vero ac cantores: quibus curia solet optimos bene plus enim hoc genus hominum quam philosophorum vel poetarum principibus placet: non ad tuam sed regis audies voluptatem. Cum dormire aut aliud opus agere velles: tamen potissime istorum sonis aut cantibus ingetaberis. Omnibus hoc vicium est cantoribus inquit. Oratius inter amicos ut nunquam inducant animum cantare rogati: iniussu nunquam desistant. Quo fit ut cum nolis audias. cum velis nusquam appeant. Et tamen his singulis rebus aliquid cogere elargiri. Quid quod omnia iurgiorum atque rixarum sunt plena: vnde alteri maledicit: increpant se iniuncte. Blasphemie indeus sanctosque iaciunt: omnes in confuso loquuntur. tot clamores sunt: ut vix socium qui prope te est valeas audire. quilibet sua facinora narrat cum derogatione alterius. Illi suam patriam laudant & alienam vitupant. Spurcissima vndeque verba personant: nulla in vobis modestia: nulla reuerentia nullus pudor. Scurrerunt audiunt vel detrahentes vel ructantes. Nam his solis libertas est: quicquid vel facere velint vel dicere. At hec si quis sapiat sordus potius esse velit quam audire. Iam de tactu pergamus in qua venus potissime dominatur qua nonnulli reque ignari blandissimam in curiis esse credunt. Ex eo errantes quod mulieres eos amare consueverunt: qui vestibus sunt ornati qui crines ventilant: qui cornuamentis interfunt: qui canunt: qui choreas ducunt: qui se leti atque hilares inueniunt: sicut curiales esse vident. Sed mime ita est ut grata sit hic venus: nam si quod est mulier quod hos amat: non tamen eis se credit: quod loquaces agnoscit iactatores instabiles plurimum amatores: nisi forsitan aliqua est que famam parui faciat: tuncque multi circa vnam concurrunt: nec ullam sine rivali diliges. hinc rixae: contumeliosae: odio sae verba: interdus verbera & homicidia: nullam nutrire modico poteris: cui adsint qui multa permittant. veniet alter te pulchrior & acceptior: nulla tamen fides est quod vno contenta sit viro sepe cum amica petes aut alium cum ea inuenies. aut ille illa: ad alium repies. Quod si tibi grata obtigerit & fida puella. non poteris nisi raptum. & per furtum esse cum illa: neque enim fuisse regi & amori poteris nisi uterque insolens dominus est: & qui boiem totum vult sibi. Adde quod nesci amica sed nec coniugem in curia pudicam suabis: tot sunt vndeque proci. tot formosi iuvenes. tot promissores: tot lene. ut nec castissima coniunx resistere tot impugnationibus possit. Quod si probissima fuerit: deserenda est tamen: cum indices curie principum moueant. Siue prius sit siue

concubina tunc anxietates mentisq; dolor: quia nec cum amica remanere nec illam ducere tecum potes: & instabilitate femine remanentis cuius est in horas mutari semper suspecta habebis. Iunge irrationes ac detractiones que sunt amantibus. Dinumerata discrimina: potera suspensiones: omnia beccum sint priuatis graui: curialibus importabilia. nec usque in atrijs regum tactus oblectat. Sequuntur alii duo sensus odorandi & gustandi qui partim coniuncti sunt partim disiuncti: namque dum ferula redolentia sapidaque comedimus uterque sensus letat. Si quis aut flos aut vnguetorum sequatur fragrantia non gustum sed odoratum iuuabit. & officium suum odoratus amittet cum in palato cibum masticabit. At hi quibus in solo palato est causa viuendi stulti sunt & pecudum vitam non hominum sectantur. Nam & apostolus eos vituperat quorum deus venter est. rem namque dannatam sequuntur: quibus plurimi propterea velint regibus obsequi: ut bibere atque edere maxime possint: & quia principes optimis utantur vinis atque cibariis vesci quod se eisdem sperant: potaturosque cum regibus se confidunt: ac sicut musce pingues melas sic isti vinctas domorum popinas infectant: quibus regalibus epulis magis musce potantur. Videamus igitur apud fastigium regale quanta sit curialium edendi atque bibendi voluptas: que sane tunc optima est. cum fames adest atque sitis: cum nec illa nec ista pertrahit. At in curia prae meridiem cibaria distribuantur: quo tempore non famelici sed rabidi sunt homines. quibusdam vero expectatio longo debilitatis spiritibus appetitum subripuit: alii modico pane vel caseo pregustato officium stomachi claustrum: quo fit ut alii vorarent quicquid apponeretur & ad crapulam impleantur. Alii vel minimum fumere ne queant. Interdum in ortu dei & ante lucem ferula posita sunt. que nisi comederis usque in noctem ieiunabis. nec tamen stomachus officium suum fecit nec appetitus adest cum post meridiem praesens fueris rursus post horam cena ponitur. nunquam in suo tempore cibum affert: hinc subite mortes atque intestata senectus: & orexis & vomitus & aliorum dolor & calculus: & morborum omnia genera viuunt: qualis cena tamen vinum quod sicca non letet lana pati. ut Iuuenalis ait affert: quod cum biberis infans has acetosus: aquaticus: corruptus: pendulum: acerbum: aut frigidum: aut nimis tepidum: colore saporeque malo. Taceo illos principes qui tamen ceruisiam in potu praebent: quae cum ubique amara sit in curiis tamen & amarissima est. Nec tibi aut in argento aut in vitro dari pocula credas namque in vno furtum timeas: in altero fractura. Potabis igitur ex ligneo cypho: nigro antiquo: fetido: in cuius fundo sex coacta est: in quibus sepe minxisse domini consueuerunt. nec tibi vni cyphus dabitur ut si velis vel aquam misceas vel purum bibas: sed in comitatu potabis: atque ibi mordebis ubi nunc vel pediculosa barba vel saluosum labium: vel immundissimi dentes fuerunt. Interea vinum antiquum in tua praesentia regi propinabis: cuius tanta fragrantia est: ut eius odore tota domus repleatur. Bibetis muscatellum: maluiticum: ex gallis: ex matrigali: ex riparia genuellum: ex hungaria: atque ex ipsa grecia sibi afferri vina iubebit: nec vnum tibi vel minimum cyathum continebit

quis cardiaca passione crucieris q̄ si bonū vinum ante te sit nō tñ iocūde
 sapiet: cū melioris fragrantia tue bauerint nares. Velles nōnunq̄ bibere
 sed nō audes nisi maiores incipiant: nec famuli vinum apponūt nisi post
 mediā mense: q̄ si ante petieris & importunus & petulās & ebriosus iu-
 dicaberis: nec sine ignominia qd postulas obtinebis: nec ad tuam sed ad
 maiorū sitim potabis. Vinū postq̄ in mēsa fuerit p̄ multas manus transi-
 bit anteq̄ ad te veniat: nec speres mūdari ciphū dū pinerne remiscēt: q̄-
 uis in fundo sex bereat vel intus aliq̄s ructauerit: nā si cut in tēplis aque
 bñdīte suū infunditur: sic in atris principū vinaria vasa quibus familie
 potāt in anno semel euacuata mundant. Nec in vino tm̄: sed in aqua q̄
 cruciatus inest. Nam si stomachus dñi vt Iuuenalis inquit feruet: potu-
 q̄ cibo p̄ frigidior geticis petiit decocta pruinis. Quibuscū in estate ser-
 uatur glacies atq̄ hac in feruoribus vina frigesunt: nec tibi minima por-
 tio dabit maioriq̄ siti cruciaberis: quia videdo nibil gustabis. Quid ti-
 bi de mappis dicam: nigris lacens vntis: q̄ nedum tibi fastidiū mqueāt
 sed manibus applicant teq̄ sequunt: si qñ te volueris tergere q̄ plures
 veriti madidas pingui iure manus in propriis desiccāt vestib: hinc est il-
 lud abdomē q̄ in pectoralib⁹ curialiū cernis: vt satius sit in stabulis por-
 corum q̄ in curiis comedere dominorū: nā mensalia illa mūda: sericia du-
 plicata: solis principib⁹ seruiūt: & indies mutāt: tua trūcis affixa tam diu
 discerni a mēsa possint. Audi nūc cibaria & sume voluptatē si potes: nul-
 la tibi alia mactant aialia q̄ boues: capre: porci: vī vrsi. nec ista recētia vel
 paululū trita: sed postq̄ fetere ceperūt dispēsatores emere solēt: nā q̄ mi-
 noris emūt eo magis furant. Carnes tue frigide bis cocte immūde: infu-
 pide: fetētes sumo & carbonib⁹ plene: nullis cōdimētis: nullis salsamētis
 speciebusq̄ nullis apparate. Caules putridi: rape marcētes & mūdē: le-
 gumina semicocta: ciceraq̄: pisces: fabis: lētib⁹ inter dū puluerib⁹ atq̄ cine-
 ribus mixta. Caseus raro ad te venit: aut si veit viuus ē plenus vermib⁹:
 vndiq̄ pforat⁹ situ squalidus: saxo durior: butyrū fetidum lardūq̄ ranci-
 dū tua fercula condit. Qua tunc apponunt tibi cū iā pullos alūt. Pira &
 poma marcida q̄ nisi tu comederis porcorū esca fuissent. oleū quo tibi ex-
 coquunt fercula de lāpadib⁹ sumit vel lucernis: cuius fetore fugari serpē-
 tes possent: q̄le illud fuisse credendū ē propter qd rome cū bochare ne-
 mo lauari volebat. Ego magnifico hero meo caspari cācellario gr̄as ago
 q̄ me hac ex sentina imūdicarū detraxit: & ad lautā ei⁹ mēsa deduxit: q̄-
 uis nisi ipse fuisset iā curiarū tediis renūcialsem. Sed psequar ceptū iter: pi-
 scēs tui vel lucū parui vel carpones vel allecia. Si natalicius fuerit poteris
 & renkam gustare luti in quo iacuit odore fetentem: & anguillā colubre
 cognatā: aut bosce pisces q̄ apd doctas vrbū nutrit. Si q̄s tibi nobi-
 lior piscis apponet qdriduan⁹ erit. Panis tuus niger & adeo dur⁹ vt vix
 genuinis dentibus frangi queat. Et quis eodem pcio se pe niger & alb⁹
 panis emat: ne tamē alluēcas semp nigro pascris. Volūtq̄ dñi assidue

inter se ac seruos disparitatem notari: quis neque voluptati nonnunquam neque
 vsui lucrit. Tua insuper feruicia eadem sunt: facites in annum quod tibi edendum
 sis scire poteris: quod res admodum voluptatem diminuit: que solet varietatibus
 irritari. Posset forsitan aliquis hoc tolerare: nisi meliora pre se ferri conti-
 nuo cerneret: sicuti curialibus accidit: quod dum sordidum panem terunt: dumque
 in morem equorum vel ordeum vel speltam vorant: aut quas vocant casea-
 tas. Interca domini piscem quem corsica misit vel thaurum in itane rupes. seu i-
 entia namque guttura satiare non sufficiunt nostra flumina nec maria: dum piscato-
 res proxima queque scrutantur retibus: nec pisces sinunt in vicinia crescere: ecce
 mox alium qui longi latius pectoris: necnon squillam desert asparagus vnde
 septem: cuius cauda nedum familia sed hospites quoque si qui affuerunt com-
 uivales despiciat ille murenam adducit ex sicilia quam inter scyllam & caribdim
 cepit: dum auster se contineret: quid accipenseris: turtures temulas aut alios
 pisces enumerare: quicquid in aquis suavius alit: ante principem atque id vel
 asium vel oleo velle frango vel vino coctum optio inter odoriferas herbas
 intueberis. Maxima inter pisces tibi invidia accrescit: nec minor inter car-
 nes. Cum ceruicem: leporem: aprum: capream: castora: falcianum: perdicem: gruem:
 pavonem: oricem: gallinam: turdos: merulas: ficedulos: ardeas: anseres be-
 dulos: agnuculos: cuniculos: asperiolos & quicquid volat & quadrupedit
 saporis egregii vorantem principem videas: atque hec egregie coacta pulme-
 tariisque preparata suauissimis: quod cum respicias nihil ex his que ante te sunt
 mordere potes: Sed expectas & ad comitem dicis ecce iam dabit nobis se-
 mifum leporem aut aliquid de dunibus aprum: iam piscem asium: iam conge-
 latum aromatico iure ad nos mittet: iam pullum gallicum iam duas au-
 culas destinabit: sed evanescit omnis cogitatio tua: nam curialibus nihil
 horum porrigitur: nisi fortasse ad cruciatum tuum aliquid socio tibi assidem mittere-
 re: quo scires illum te principi cariorum: nonnunquam & tibi tantillum dabit non
 quo te satieris: sed quo magis afficiaris tedio quam suaves sint epule princi-
 pis: sciens panem autem dominum niuem ac molli saligine factum aspicias ad quem pi-
 standum proprius eligitur & magno stipendio retinetur artocopus: quem si
 tangere volueris increpatus percutieris: qui panem tui canistri non receperis:
 nec intactum beri dimiseris: quod si verum fuerit & optata conitrua cenas maio-
 res reddiderunt: radunt tubera terre & usque a libya deferunt. Boleti opti-
 mi: quales edere solebat Claudius aut illum in quo venenum vxor sibi pone-
 rit. Curialibus autem viles & accipites fungi ponunt: & in quibus sepe mors
 edit. Poma principis talia sunt quod sorores dicunt Hesperides habuisse:
 & his solum oblectari potes: tam enim odorifera sunt: ut non solum propin-
 quos: sed longe etiam itantes odore suo perfundit: tangere tamen illa non
 poteris aut quouis pacto gustare. Caseus ex parma placetiaque deducit:
 sudans cecus: pinguis ex ouibus factus: quod solum serpyllum cum suauissimis her-
 bis depaste sunt. Structorem interea saltantem per domum & chiromata volan-
 tem cultello ante dominum diuersis gestibus leporem atque gallinam secantem specta-

his: & qui te nihil horum p̄mittit t̄gere q̄bus oblectareis. Quis ē qui
rebus in istis voluptatē cū curialibus credat: quis nō potius penā ingen-
tem cruciatūq; maximū recognoscat: an nō similitū est hoc tormentū
illī qđ poete finxerūt de Tantalō: qui nec in aquis bibere nec in pomis
edere potest: q̄uis ad mentū vsq; vtrāq; sibi p̄tingant. Quid q; in mensa
princeps assidue fabulā atq; tacenda dicēdaq; satur: cū tu nec loqui nec
biscere audeas: nam si forte nutrire p̄sumpseris aut nutu aliquid signifi-
care: quasi casus per plantas educeris foras: ac vel latro vel fur vocaberis
vel adulter. Maxima queq; domus (vt Iuuenalis ait) seruis ē plena sup-
bis. Ille panem magno cum murmure porrigit: ille indignatur q; se ali-
quid poscas: & qđ se stante recumbas: aut non vident famuli defectum
mense: aut si vident negligunt emendare. Sepe tibi vinū vel panis deerit
nec tamen aliqđ istorum poscere audebis. Si vel aqua; vt vinum dones
vel acetum vt piscem mergas vel sal vt carnes aspergas vnq; petieris im-
portunus diceris. Enumero tibi sedentium tedia: sed maiora illorū sunt
qui stantes seruiunt: & quotiens aliquid mordet ipi tecum biant: & aerē
solum capiunt: qui solis pascuntur cenarum reliquiis. Sed accipe molesti-
as alias. Sunt in curia diuerse dapes: nam raro minus quattuor ferculis
cena paratur: at ista nunq; vt optares ex ordine dabuntur: semper quod
vltimum velles erit primum cum pane satur & vsi plenus dorto fueris:
tunc cibaria meliora porrigentur: vt vel stomachatus renuas: vel ad tra-
pulam cū tuo maximo damno comedas: q; si quis casus meliores epu-
las initio mēse cōcesserit: mox ille ex oculis auferent. Est em magna mi-
nistris diligētia ne diutius res p̄ciosiores cū in mēsa p̄mittant. nā & in po-
nendo tardiusculo: & in leuando celerrimi sunt. Aspicie insup in parapsi-
de quot man⁹ enatant circa carnes: quot cultelli festinant: q̄le piculus illic
manū apponere nisi q; cirotbecā ferreā recepit. Sicut apud strigoniēses
archiepm illū qui an p̄ntem secūsus fuit florentinū quendā fecisse cōme-
morant. Cōtiguit em vt nōnunq; alienū q; digitū vel portiunculā man⁹
accepit atq; momorderit: vituli carnē vel bouis existimans. Mense in cu-
riis vndiq; circūdant edentibus. Cibaria supra caput tuū & humeros af-
ferunt: lepeq; sup te ius totū effunditur. Hic te premit is raptat & in faci-
em tuā vomit: inter ferculū & ferculū magna fit mora: tempusq; longum
expectando cōsumit: cū interim nec spūere nec scireare potes: nisi scurrare
numero velis haberi. Nunq; certa comedendi est hora. Si tñ in ipso mēse
initio nō affueris: cena multaberis aut iurgiis afficeris acerbis. Inter bec
nec porros: nec cepe: nec allium: quia venenum ab Oratio dicitur co-
medere poteris. Nec igitur que principes edunt: nam illa tuus ventrem
dedignantur: nec que rustici vorant: quia vetorē dominis gustare p̄mit-
teris. Crassis igit illis & nullo sapore cōditis vteris dapibus. In quib⁹
i voluptas ē: aliqua cessaret tamen: quia cōtinue sunt & immutabiles.
nam voluptates vt Iuuenalis affirmat rarior vsus cōmendat. At in his

rebns tantū deest vt gaudiū aliqd intercedat: vt male iudicare non existi-
 mē: q summā in eis miseriā summāq cordis afflictioēz posuerit. S; stulti
 atq imperitū vulgus hec ted la nō animaduertit: solūq suspēlas auro ve-
 stes ac sublimes respicit in eq uis milites. Et cū opes argentū: aurū: famu-
 lorū cateruas & ornatū exteriorē intuet. miseriās interiores nequaq cō-
 siderat. At Seneca summa prudentia vtr. Isti inquit quos p felicib? aspi-
 citis: si nō quā cernunt sed q latēt videritis miseri sunt sordidi: turpes: ad
 similitudinē suoz paritū extrinsecus culti: quo fit vt curialib? q propter
 irritamētā gule principibus seruiūt: nedū ciues priuatos qui cū iocunda
 cōiuge inter dulces liberos caste ac parce comedūt: vel rutilcolas q medi-
 as inter oues castaneas molles & mitia poma cū lacte vorantes nitidi flu-
 minis vndas exhauriunt. Sed ipos quoq q in crepidinib? petraz vel in
 pontib? v? ad ecclesiāz valuas medicāt: sine cūctationē preponā. Cū ill' nec
 ex snia succedat qd appetunt: nec si successerit meliores propterea beati-
 oresue fiāt. Sūt igit oēs stulti qui ob has causas in regiū famulatū sese re-
 cipiunt. Ceteru cū ab initio dixerim? quosdā eē qui tanq aīc cōsulturi re-
 galib? se dedūt obsequiis: extimāt em cōsulendo regibus vtilitate; rei
 publice promouēdo: pupillī & viduarū tuendo causas afflictis & inopi-
 bus succurrēdo: tanto magis deo placere quanto maiore tedio ista per-
 agunt. Respondendū est etiam his me qui stultiores sunt aliis: sapientio-
 res oibus videant: quib? neminē ad huc cognouerim qui nō suum aliqd
 temporale cōmodum apud reges insectaretur. Fingamus tamen aliquē
 fore quem sola salūtis anime ratio mouerit. An ita est vt hoc in curia sibi
 possit obtinere: cōsulemus ne nos viro bono in obsequio vt se regis im-
 mergat. Putabimus ne sic animam lucre fieri. Mibi hercule non sit verisi-
 mile in curiis principū vbi tot vicia regnant: vbi tot irritamenta ab exer-
 citio virtutū subducunt vi virum aliquem bonū posse perseverare. Nan-
 q vt sessor bonus in equo retrogrado vel calcitroso excutietur: dilabe-
 q tandem: sic vir bonus & iustus apud reges diffluet: vel immunitus re-
 rum licentia ac fluxu: & tot immundiciis tum viciorum tum hominū cir-
 cūuentus dedinabit a via: & in scopulos ruet ventorum viribus actus &
 rempestatū: q cum Plato in atheniensī curia perspexisset: fugere potius
 statuit q inter tot viciorum inquinamenta morari. Cognoscito igitur te
 ipsum qui sequi curiam statuis: & an Platone sis maior; animaduertito
 an virū plus tibi q illi sit ad resistendū male consuetudini: oportet in cu-
 riis obsequi oibus cōicare qd habes: seruire tempibus: versare naturam
 & regere. Nec non te ipsum hūc & illuc torquere & flectere; cum tristib?
 seuerē: cum remissis iocunde; cum senibus grauiter; cum iuuenibus co-
 miter: cum facinorosis audacter: cū libidinosi luxuriose viuere. Quod
 nisi feceris: nec magnus in curia nec diuturnus esse poteris. Sed replica-
 bis mibi forte illū ipsum Platonem: quem fugisse curiam superius
 scripsi. Posterius tamen ad Dionysium sicile tyrannū peruenisse illiq ser

nisse. Sic est vt ais. Sed vide quid obtigerit: nanq; vocatus ab illo per doctrinæ speciem: cū tyranni vicia corripuisset: tyranni fraude venundatus est. Nec is solus ex sapiētibus iram principis exptus est: nam & Zenonem plūm senem admodū pbararis tyrannus omni cruciatus genere dilacerauit. Anaxagoras nobilis philozophus ab Anacreonte cyprioz rege occisus ē. Boetius iussu Theoderici regis interijt. Longa mora eēt si quos viros bonos necari principes iusserint enumerare voluerim. Nec mihi quispiam vel Moylen vel Helyseum vel aliū quēpiam philozophoz commemorauerit: quasi & sibi liceat qđ viris diuinis pmissum extitit: nec em̄ cum regibus illi manserunt: sed functi legatione quā deus eis mandauerat abierunt. Solus Ioseph apud Pbaraonē moratus est: quę ordinatio diuina pro salute populi illuc transmiserat & venundatio fraterna: faterbor & Mauriciū & Martinum militasse ac principibus seruiisse: sed ille q̄primū christianus cognitus est cū tota mox legiōe thebea truncat⁹ est capite: hic vt vir factus ē & regia castra dimisit: & in obsequium dei se sequestrauit. Sciebat em̄ vir sanctus quia pupilloz & viduarū cause ad pncipes nō egrediunt: quia nunq; apud reges causa pauperū defendit: quia venalis est omnis iusticia: quia impudicus est omnis sermo: quia nulla misericordia: nullus religionis zelus: nulla charitas: sed inuidia & ambitio tñmodo dominatur. Quibus obsistere fortissimi fuerit: & plus diuina q̄ humana sapiētia. Et q̄uis eēt Martinus ipse sanctissimus: possetq; sua virtute supare miliciam: amplius tamē maliciam nec per se voluit sequi nec aliis imitandam suo exēplo demonstrare. Nec saluator noster xps interrogatus quid faciendū eēt ad vitam consequēdam: vade dixit & regib⁹ seruito: sed vade inquit & vēde omnia q̄ habes & seque me: nō princeps nō regē: sed me: nō curiā s; me inquā seque. Videas igit tibi vir bone qui propter animā seqris curia: ne propter curiam illā pauperas: quia multi sunt ibi laquei: multa offendicula: multe insidie demonū. Durum est ambitionem frenare: auariciam compescere: inuidiam domare: iram cōbiberere: luxuriam coartare: dum semp inter ista verferis. Si quis tamē a deo sibi creditū talentū nouit vincere: vt ista possit & tanq; sol immaculatus in luto versari: si potest picem tangere & ab ea nō inquinari. Si pōt ignem ingredi & nō vri: non illum curiam sequi prohibeo: nam meritū tāto grādius assequetur: quanto piculosius militauit. Sed persuasum est mihi neminē eē: qui curie seruiendo nō potius vincat a viciis q̄ vicia vincet. Dociles imitandis vt Iuuenalis verba recenscam turpib⁹ ac prauis omnes sum⁹. In genesi quoq; diuinū oraculū est in hūc modū. Sensus em̄ & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescētia: nō suaserim igit vlli in curiis iminorandū: nā & aia vt dixi discriminē magno supponit: & vita sepe an̄ tempus amittitur: quoniam vel principis desiderio fauebis ac vltro suis viciis arridebis: & animam perdidisti: vel increpabis malos mores: accusabisq; scelera & in re iram principis expetieris. Cyrus per la rum

rex Arpalo familiari suo admodum ante charo: ob deprehensum in se ut
 cium: filios epulandos in conuiuio dedit. Cambises eiusdem ex charissi-
 mis qui se de ebrietate corripuerat: filium sagitta transfixit. Nec tu mihi
 Aristotilem obicias summū philozophum Alexandri magni castra se-
 quentem: nescis em̄ qua volupte hoc egerit: & an sibi libertas fuerit ali-
 ter faciendi. At secuti sunt Alexandrum cōplures alii. Calisthenes philo-
 sophus critus frater collactaneus Lysimachus miles & philozophus in-
 signis. Calisthenes dum adorari more persico Alexandrū prohibet: trun-
 catis manibus & pedibus: effossis oculis & auribus amputatis: miseram
 vitam in carcere ducere cogebatur. Cui cum Lysimachus in remedium
 erumnarum venenum obtulisset leoni obiectus est. Crito cum Alexan-
 drum Philippi patris laudibus detrahentem redarguisset: ab eodem ut
 supra retuli in conuiuio est occisus. Sunt igitur stulti meo iudicio: & ut
 arbitror tuo Iobannes amantissime: & qui propter superiores causas &
 qui propter anime lucrum seruitia principis amplectuntur quoniam vel
 quod querūt nō inueniunt: vel per viam spinosam & ancipite pergunt:
 cū ad finē quē cupiunt tutissimis possint & quietissimis itineribus profi-
 cisci. Eset ergo iam satisfactus his que ab initio proposuimus: possemus
 iam epistolam claudere: sed sunt adhuc alie complures molestie curialiū: de
 quibus nō erit ab re breuiter meminisse. Plurima inter dormiendum
 sunt tedia. Sepe in asseribus dormiendū est: in paleis: in lapidibus: nudo
 q̄ solo: in vēto: in pluuiā: in frigoribus. Si plumas fueris allecutus: ad pe-
 diculos: culices: & alias infinitas vel mordentes vel deterrence se
 tentes bestiolas te prepara: nunq̄ solus dormies: nisi cum sociū cuperes.
 Lintheamina immunda: fetida: lacerata: & quibus nuperrime pestilentia
 sunt mortui tibi dabunt. Comes adiungetur scabiosus: qui se tota nocte
 fricabit: alius tussitabit: alius fetido flatu te purgebit. Interdum & lepro-
 sus tibi coniacebit. Alius frigidus est & vestimenta ad se rapit: alius febre
 calidus: & lodicem cum omni tegmēto supra te iacit. Semper vel ille tibi
 molestus erit: vel tu illi videberis tediosus: dormis frequenter in cōi: ubi
 vel. x. vel. xx. ubi vn̄ sterit: alter pedit: alius calces iactat. nūq̄ ante me-
 dium noctis ē silentiū. Veniūt ebrii dormitū: cōfabulant: garrūt: raptat
 rixant: pugnat: & seinuicē cedūt: Surgunt mingentes: sepe apud stabula
 sunt cubacula tua: & equos fremitantes vel se mordētes audis: nūq̄ scies
 ubi iacere debeas: nisi dñi dormitū iuerint. Sunt in diuerforiis multi ad-
 uene: multi ignoti: & vita curialiū plerūq̄ in hōspiciis publicis statuitur:
 ubi cōtinuo fures timēdi vel formidandi sicarii sunt: neq̄ res tuas vnq̄
 tam diligētē custodies quin aliqd detractū repias: nā & ipsi fures in tha-
 lamo tuo dormiēt: & te sopito assurgēt: res tuas sub te q̄ iacētes eripi-
 ent. Ad sunt meretrices: ancille: lenones: ioculatores: lusores: pasiti: g iur-
 gia cōtinuo pludunt. tantusq̄ clamor exorīt ut nedū dormire sed nec q̄
 prope te est loquentē sociū intelligere queas. Adde loquacitatē eorum

qui nocte plonza est nunq̃ quiescūt. Absentē cantat amica; vt Flaccus
 ait: multa prolutus vappa nauta atq; viator. Nulla dormiēti quies dat.
 q̃ si vnq̃ rumores & alia mala somnus vinceret: ac oculos claudere cepe-
 ris: euectigio reuocaberis: & aliquo casu surgere cōpelleris: credo te ista
 millies expertū: ideoq; sum breuior. Sed alia accipe q̃ inter hospitādum
 sunt tedia. Marescallus orandus ē ac p̃cio cōducēdus: rogādūq; serui ei⁹
 & alliciendi munerib⁹: vt hospiticiū tolerabile tibi p̃beant: q̃ si promiserit
 non tñ implebūt. teq; vel in remotissimis locis vel in fetidissimis ganeis
 collocabūt. Interdū & honestū locū que; dedit vt deferas & alteri cedas
 minis & vi coget. Sed eēt tolerabile fortasse marescallo caput infestēre
 cuius est officiū nō inonestū: at sordidos homines sequi atq; his suppli-
 care & offerre pecuniā grauissimū est. Nec tñ hoc potes effugere: nam et
 coquis & pistoribus et frumētariis & bladī viniq; distributorib⁹ humi-
 liarē te cōuenit: & ip̃orum beniuolentiā emere. Quid ostiariū referam?
 Hēu quotiens ille vlnas in pectus detrudet tuum: quoties te pugno vel
 calce repellet: quoties vbi te viderit venientes portam q̃ patebat statim
 recludet. Quoties te exduso quis aurū dederis: vel mimū vel scurrā vel
 e mulum tuum intromitter: quoties tibi vel dormire principem vel in cō-
 filio eē vel egrotare mēditur. Quid de motu castrorū dicam: quis tormē-
 ta que nunc incidunt possit enumerare: Quanta equorū est cura: quan-
 ta armorū: quot vrgant angustie. Transeunda sunt alta flumina: pontes
 ancipites ascendendi. Equitandum in tenebris: in pluuiā: in vento: in ni-
 uibus: in luto: in glacie: in fluminibus: in spinis: in nemoribus: in saxis: in
 precipitiis: in abruptis collium: inter latrones: inter hostes: nunq̃ certus
 est principis recessus: fama nonnūq; vagatur in crastinū esse castra remo-
 uenda: cūq; accinctus es vie mutatur opinio: q̃ si forte impatus fueris re-
 pente fiet recessus: ibitq; cum paucis: & sequi pene festinātur omnes iu-
 bebit: idq; tunc potissime cum vel egrotabis vel medicinam sumpseris:
 vel sanguines diminueris: aut equi aut famuli tui minus dispositi fuerint
 Si quis & standi vel recedendi certitudinem habere voluerit: ex caupo-
 uibus vel meretricibus melius instruetur q̃ ex aliis: nunq̃ quo sit eun-
 dum scies: nisi postq; perueneris. Creditur summa luce rex abiturus: tūc
 q; omnes in equis expectant: & ad meridiem vsq; tā muli q̃ equi & cur-
 rus onerati manent: sepeq; oneratam q̃ decepti deponūt. cum vero iter
 arreptum est in his locis potissime mansio fit: vbi nec vina sunt nec ciba-
 ria: nec in quibus recipi queas diuersoria: vbi vero vbertim omia suppe-
 tūt: nunq̃ post biduum castra manebunt. Est cām regibus tedium quoti-
 ens multitudinē letam audiunt: contra vero ex angustis afflictioeq; ple-
 bis solatia suscipiūt: ideo nonnūq; mille passus pficiunt. Interdū quin-
 quaginta milia passus obambulabūt. Gaudebūtq; cū te vel familiare p-
 didisse vel equū accipier: vel cū te p̃cipitatū in flumina vel frigore obrigu-
 isse: vel estu defecisse cognouerint: cū ipsi & contra frigus & contra calo-

rem armati exierint. In castris præterea processu. quot pressure sunt: quot
calces: quot trusiones: quot casus: quot irrisiones: quot blasphemie: nūc
tuus equus aliu cedit: & in te culpa refertur: nūc tuus leditur & afficietis
damno. Litigant inuicem famuli & in bellū descendūt dñi: interdū serua
re ordinē oportet: nusq̃ cedere loco licet: festinandū est cum alii festinant
ta rdandūq̃ dum alii tardant: nec prope te erit quē velis amicum nec ad
eū vbi sit poteris ire. Si quo casu cecideris nemo te colliget: sed vniuerso
exercitu calcaberis: & tam tu q̃ equus in puluere redigeris: nūc in locis
palustrib⁹ & in luto castra ponunt: nūc in arena locoq̃ sterili: ex quo nec
lignatū nec aquatū absq̃ magno discrimine p̃gredi queas: tūc aut estas
erit & caloribus exureris: cicadis obtunderis: culicibus mordeberis: ser
penibus intoxicaberis: fetoribus ac exalationibus pessimis cruciaberis.
Aut est byems & tecto atq̃ vestib⁹ nudus pibis: q̃ si tu forsan euaseris:
famuli tamē & equi supesse nō poterūt. Adde cū prope sunt hostes ma
iores molestias: nunc vitandas lapides: nūc sagittas timendas: nūc fures
formidandos: nūc latrones: nūc insultus ē faciendus in hostes: nūc cauē
dum est ne hostes ipsi officiant insultātes. In armis edendū est: in armis
dormiendū semper in vallo castrorum in portis excubie sunt habēde:
nūq̃ hora quieta est: nūq̃ in pace manere licet: nūq̃ tube: nūq̃ cor
nua tacent: nūq̃ insidie cessant. Quotiens itur ad muros vel cū duo con
currunt exercitus: quāta trepidatio est. quot clamores nūc erigunt ma
chine: nūc ferunt tribuli: cōcurrunt iacula fodunt missilibus scuta. Coru
scant enses: sub illo equus occidit: hic fossus telo ruinam minat. Illi ca
put auferit: huic manus amputat: quidā calcant inter equos: quidam in
foueis iacent exangues: mille facies mortis vbiq̃ vident: non hic miseri
cordia est: nō benignitas: nō humanitas. Si ille vir bonus: ille miles egre
gius: ille fortissimus credit impator qui plures sua manu necauit: quisq̃
cruentū gladiū ex pluriū virorum iugulis eduxit. Sūt equestres pugne
sunt pedestres sunt nauales: sunt murales vbiq̃ res sunt horrende & faci
es inferni similis: nihil ibi lucrari absq̃ iniuria p̃ximī potes: nec tua sunt
que bellis queruntur iniustis: vt fere sunt omnia bella q̃ inter domesticos
fidei cōmittuntur. Perdere autem illic nedum res sed vitam & animam
potes: nec tute vitare bellum confidas in quo tuus rex interfuerit: nemo
se mare vitaturum speret cum rex nauigauerit aut comitandus rex ē. aut
amittendus inter tot tantasq̃ difficultates: aut iuuenis es & sufficere insoli
tas res non potes: aut antiquus & deficientibus viribus nec in ediam nec
sistim nec laborem sustinere vales. Prætereo morbos qui dū sic angimur
nos aggrediunt: quib⁹ coacti vel in via deserimur: vel inter ignotos ple
rūq̃ die claudūt: qui domi manentes p̃ multis annos viuere potuissent.
Sed redeamus iam in vrbes: simus in amplo spacio: locoq̃ quiescat cu
ria: deerūt ne propterea cruciatus: an nō fient indies noua edicta & con
stitutiones noue: quibus vt te coaptēs: singulis diebus de nouo incipi

es viuere. Siue rex sedeat siue stet: tibi tamen semp erit standū: nec vllam
tuis tibiis poteris dare quietem. Sed nō nunq̃ sedes temerarius iudica-
beris. Quid vero in stipendiis exigēdis: quāta morositas: quantaq̃ di-
minutio est: nunq̃ in tpe dat: nunq̃ integrū: nūc ad istū nūc ad illū remit-
teris: diuersisq̃ mendaciis eluderis: multa sunt propter q̃ magnifico Ca-
spari cancellario teneor: sed in hoc quoq̃ sue magnificēcie sum obnoxio-
quia me nō patit̃ solario meo frustrari si cut alios video: qui suū gemunt
fraudari salariū. Nunq̃ stipendia recipiunt nisi distributorem donaue-
rint: nec vllus est qui tam dara conuētionis sue capitula faciat: & ad volū-
tatem officialium nō recipiant int̃pretationē qui sunt omnes auri cor-
rosores. Sed iam de necessariis alig d dicamus: qui & ipsi curialiū tormē-
ta exaugent: nūc hoc nūc illud impetrari sibi petētes & siue durū sit siue
absurdū qd̃ optant: tamē impetrare te volūt. Quidā potētes sunt qui ex
grā principis pmouere propinquos possent: sed tales sunt eius consan-
guinei: vt vel eis benefacere nō audeat: vel si audeat ifamiā populi & in-
dignationē supra se dei sustineat. Quid q̃ amorē in se principis nemo ve-
rum assequit̃: nanq̃ vt socrates in eo quē de regno scripsit libro testatur
Principes neminē nisi incon sulto quodam impetu diligūt: q̃ si quem
amant: nō vt amicū diligūt. Inter pares em̃ amicitia versat̃: sed eo modo
amant quo & canes & equos diligūt: fructus vt exinde suscipiant. Quid
dixi errauit: certe multo plus equus aut canis q̃ homo diligitur: mortuo
quippe viro mox vir alius adest qui locuz defuncti magnis p̃ciis sibi da-
mū postulat: at canis vel equi mortui vice non supplebit alius nisi vel
emptus precio vel grā. Parū ad huc dixi: cū nedū nō dolenda sed optan-
da mors tua principi sit: qui diutius seruiisti: aut em̃ pro lōgis obsequiis
nō te remunerauerit: & solui obligatio morte tua: dulcecq̃ suo ex ore so-
nabit. Ach si mortuus nō fuisset homo ille: magnis eum muneribus do-
nassem. Aut largitus est tibi plurima q̃ te mortuo recupare se sperat: vix
enim hodie diues aliquis moritur: cui principes nō succedant. Sed audi
iam quot immiuent tibi molestie propter personas principis: raro nedū
inter principes sed inter priuatos quoq̃ vir bon⁹ reperitur. Cicero in di-
uinationū libris. Si que rarissime fiunt monstra putanda sunt: inquit ma-
gis monstrū est vir bonus q̃ partus mule. Astipulatur huic sentēcie Iu-
uenalis: qui licet prius dixisset. Rari quippe boni: vix numero sunt toti-
dem quot t̃bebarū porte vel diuitis hostia nili. Postea tamen quasi sepe
reperiri nō possent amplius se restrinxit dicens. Egregium sanctūmq̃ vi-
rum si cerno bīmembrī vt monstrū puero & miranti sub aratro piscibus
inuentis & fete comparo mule. Nec diuina scriptura remissior est. Siqui-
dem apud paulum prop̃bete verba relata sunt. Est aut̃ deus verax: omis
homo mendax. Et iterum scriptū est: quia nō iustus quisq̃ non est intel-
ligens: non est requirens deum. Ac rursus: non est qui faciat bonum nō
est vsq̃ ad vnum. Vides vt oratores ac poete cum sacra scriptura concor-

dant: vides ne vt rari boni: mali vero infiniti sunt. Si ergo rex tuus ma-
lus fuerit dolebis eius infamiam eiusq; viciis cruciaberis. Si avarus e an-
geris: quia nec te premiat: nec alios benemeritos & quia plurima negli-
git ne sumptum faciat. Si liberalior est: times ne profusione nimia oblini-
et erarium. Si crudelis vereris ne in te tuosq; seuiat. Si pius egrefers: qz
Neas cardinalis senensis Nicolao liscio volaterano. S. p. d. Scripsimus ad te iam pridē. Idēdē procopio cancellario de re bohemicā: exinde sperauimus nōnihil in eo negotio fieri posse. nihil audiuius. Miramur & feremus molesto animo tot nos incassum subiisse labores: periūsq; salutiferū & necessariū opus. Fortasse ita deo placitū est. De pragen. ecclesia: multi sermones habiti sunt: admittenteq; roratu nostro causa cōmissa fuit cardinali sancti Marci: vt plebi bohemicę data: rursus pape preficeret episcopus. Et ille quidē vir bonus & doctus & quē dignū hoc bonore putamus: nobis tamē nō est visum ad talem ecclesiā quēq; pmoueri nisi cōsulto rege. Ideoq; quoad potuimus differri p̄motionem conati sumus. Tu bec p̄copio dicito & curato vt respōsū habeamus: vellemus regia sublimitas p̄ ipso cancellario instaret. Arbitramur em̄ nō frustra conaret. Que nobis de comite cille scripsisti cognouimus & cōmunicauimus non sine tua laude. Plurimum optamus sepe ad nos scribas & nihil subiceas de thurcis & de rebus aliis cognitione dignis. Apud nos timor belli est futuri. Credimus tamen summi presulis sapientia obuiam ibit. Rogamus p̄copium regie maiestati nos efficiat cōmendatos. Tu vō reuerendissimis dominis Strigonen. cardinali & varadiensi episcopo commendabis. Ex vrbe roma Kalendas. Aprilis. Anno domini. M. cccclvii.

Adinouet cōmissa diligēter exequi.

EPIS. CCLXXIII

Neas cardinalis senensis Henrico senfleben. Salutem plurimāz dicit. Credimus te ad curiam cesaris incolumen puenisse. Idq; cupimus. Rogamus igitur imperatorie maiestati nos cōmendatos efficias. Cesar enim est quem in terra vnice colimus. & illi pre ceteris qui viuunt obligati sumus: loquere secum de rebus cōmissis diligentie tue. Maxime autē horteri suam excellentiam ad bellum contra thurcos gerendū. Excitādosq; germanie populos quoniā ipse primus est quē xpiani respiciunt. Hic enim rumor est non sine auctore certo: magnas apparatus copias thurcorū dominū vt rursus hungariā inuadat. Quod nisi theutonibus presidio fuerint: actum de regno illo nō dubitatur. Hec agito cum reuerendissimo patre nro episcopo Gurcensi & singularissimo amico p̄posito frisingensi quos nostro nomine iube beneualere. Rem variniensem curabis p̄ tua prudentia expedire: nescimus quomodo ad aures p̄curatoris dilata est prutenorū: illi tamen nō ostendit se credere: mora periculosa est. Nos si difficultas eēt in reseruatiōe p̄pterea quia in cardinalatu sumus offerimus apostolicas litteras obtinere quibus reseruatio aufertur: quēadmodum & plures alii fecere cardinales in gallia & alemania

Reliqua cōmittimus prudentie tue. Vale optime. Ex roma. iiii. Aprilis.
M. cccclvii.

Offert opam suam quoad potest.

EPIS. CCLXXIII

Neas cardinalis senensis Vlrico episcopo gurcēsi. Saluteꝝ pluri-
e mā dicit. Que sunt apud nos nouitates scribimus cesari: nō repe-
timus que illis in litteris videbis. Precamur nos cesareo culmi-
ni cōmendes: eiꝝ contra thurcos expeditionem suadeas. Ita enim expo-
scit christiane religionis necessitas. Dilationem a creditoribus tui prede-
cessoris obtinuit Henricus senfleben sicut ab eo relatum tibi non ambi-
gimus. Siqua amplius sunt que cupias ex nobis: tantum aderit volun-
tas: quantum sinet potestas. Scimus enim nos tibi esse obnoxios: & cu-
pimus aliquando partem debiti perfoluere. Vale ex roma die. iiii. Apri-
lis. Anno domini. M. cccclvii.

Petit cesarē induci ad bellū cōtra thurcos.

EPIS. CCLXXV.

Neas cardinalis senen. Vlrico ridrer Salute plurimā dicit. Hen-
e ricus senfleben tuus & nō apud te est: & que sunt apud nos sci-
tu digna tibi exposuit. Nō ē cur fatigem⁹ aures tuas: cū post ie⁹
abitū nihil noui emerferit scitu dignū. Rogamus vt exhorteris cesareꝝ
maiestatē ad bellū cōtra thurcos. Ita enī suus honor et reipublice xpiane
alus exposcit. Nā thurci vt fama nō vana est proxima estate rursus hun-
gariā sunt inuasuri. Siqua sunt que cupias ex nobis scis nō eē tui aman-
tes & cupere voluntati tue more gerere. Velis nos magistro camere cō-
mēdatis facere. Et Arthongū nō nomie saluū dicere. Ex vrbe die. iiii.
Aprilis. Anno dñi. M. cccclvii.

Nouitates italie scribit.

EPISTOLA CCLXXVI

Neas cardinalis senensis Diuo Friderico impatori Salute pluri-
e ma m dicit. Que nunc scribam pauca sunt: fama hic est: dispo-
rascie seniolem obiisse mortem: filios eius ad thurcos defecisse.
Iamꝝ christianis insidiari: si ita est: credimus non latere maiestatem tuā.
Accipio illorum sororem esse in castro cilie que fuit vxor comitis. Ca-
uendum est ne mulier fraternam labem sequatur. At puto sublimitatem
tuam id non negligere. Quia tamen aliqui iusserint me hoc scribere: non
fuit consilium vt reticerem. In partibus motus est futuri belli. Et multa
eius rei signa sunt: deus melius consulat. Ciuitas senensis discordiis
ciuilibus agitur. Rex aragonum suo more venationibus operā dat:
fuitꝝ (vt aiunt) in periculo proximis diebus ne per aprum interficere
tur: cum cecidisset in quo sedebat equus. Rex portulagie venturus cum
dasse affirmatur menie proximo: quod mihi non sit verisimile: cum nec
terrestris per hungariam paretur exercitus: nec ex italia classis alia paran-
da putes nisi aplica. Indigemus dei auxilio si bñ optamus nostras res di-
rigi. Cōmendo me tue sublimitati ad eius mādata promptissimū. Ex ro-
ma die. iiii. Aprilis. Anno. M. cccclvii.

Informat amicū de gestis i reb⁹ suis. **EPISTOLA CCLXXVII**

Neas cardinalis senen. Iohanni binderbach. S.p.d. Et fratre tuo
e credimus te nosse que hic agunt: nos rem tue prepositure accepimus apud dñm nrm: de pbenda ratifpanen. faciemus q̄ poterimus. Sed durus est aduersarius tuus: & fauorem habet cardinalis zome ren. quē nosti dñm cē immutabilē nos tñ vt amicū decet tuas pces iuuabimus: nouitates q̄ apud nos sunt scribimus cesari: videbis lras nras: nō est cur laborē sumamus inanem. Vtinā annus iste pterito & quietior lib & melior: mendacesq; vates & astrologos faciat: quorū iudicia raro aliquid boni pſagiunt: nos ea tpa optauerimus q̄ aduersa sint prophetarū & astrologorū iudiciis. Cupimus amicos nros Iacobū de lodrano nobi lem equitem: Iohannē nibili astronomū pstablez nro noie saluos dicas. impatrici aut̄ auguste nos humilime commendatos facias: cui parere & voluntarij & acconcti sumus quoties nobis aliquid impauerit quod in nra fuerit facultate. Vale ex roma die. v. Aprilis. Anno. M. cccclvii.

Preconia regis aragonū enumerat.

EPIS. CCLXXVIII

Neas cardinalis senensis. iohāni soletio. S.p.d. Pergrate fuerunt e nobis lre tue quibus bonā valitudinē tuā & animū tuū erga nos eū esse qui prius fuit abunde intelleximus. illud quoq; nobis iocundissimū fuit q̄ regiam maiestātē paruitatis nre memoriam tenere: & nos amare asseueras. Nihil est em̄ qd̄ magis cupiam⁹: q̄ inter seruitores suos cōnumarari: qñ quidē ipse rex vnus ē qui nrm exornat seculū. Vn⁹ aut̄ inter principes doctus ē: & terrarū cultor: vnus liberalissimus: vnus in armis pitissimus. Vn⁹ qui domi belliq; magnus euo nro videri possit. Vnus deniq; qui religioni indefesse seruiat. Qz si animū ad perdēdū tburcorū pfidiā intenderet: vt sepe pſessus est: nō modo qui nūc viuunt regibus pſerēdus erit: s; oēs pculdubio antecedit quos prisca secula indyos cōmemorant viros. Est igit̄ nobis dulcissimū cū tāti regis seruitores sumus & credimur. Dere tua nō minus cupidī sum⁹ q̄ tuipse: immo vel tantomagis quāto tu p hūilitatē tuas virtutes extenuas nos p veritatē illas magnificamus. Scimus em̄ q̄ sunt merita tua & q̄ tibi debeant̄ premia & que pnt tibi dignitates cōmitti. Qz si aliquando vt spam⁹ res tua in mediū adducet: audiēt cardinales quale de te iudiciū faciam⁹. nulus tñ est qui pbitate ac doctrine tue nō sit affectus. illud solū impedimēto est pmoitiōi tue: q̄ alia negocia nō cōponunt. Atq; ita sit vt vtile per inutile viciet̄ qd̄ leges abhorrere solēt. Putamus tñ his rebus breui modum imponi & honori tuo consultum iri. Suadendum est sublimitati regie vt in pmoitiōib⁹ ecclesiarū ea mediā cōplectat̄ que tolerari possunt Valde autem conuincit chrisiane rei hos duos principes esse charitate conuictos. Et qui diffidiū querunt neutrum amant: Audimus libenter que scribis de voluntate regia erga senenses. Alterū vero quod sub pectis vt senenses ipsi cauti sint neq; seipsos implicent malis: quibus cū

velint explicare nequeant: salubre consilium est. Sed nos multum illi rei publice tuemus: tum q̄ civilis discordia populū exagitat: tum q̄ pressoria querunt qualia fugienda eēnt. Sed ipsi viderint nos parie & si bene volumus illi tamen consulere non possumus: quia nobis non creditur. Cardinalis sancti angeli scribit thurcum proxima estate in hungariā maiori conatu q̄ prius venerit rediturum. Non esse hungaros ad resistendum potentes: nisi externa habeant auxilia. Petit clāsem apostolicam augeri & infestare maritimas thurcorum oras: nostro iudicio regis opus hoc magis q̄ pape fuerit: nec plura modo. Rogamus sublimitati regie iterum atq̄ iterum nos comendes. Et dominum de montesia singularem amicū nostris verbis saluere iubeas. Ex roma die. v. Aprilis Anno domini. M. cccclvii.

Recitat metū de thurcorū feritate. **EPISTOLA CCLXXIX**

Neas cardinalis senensis Alphonso aragonū regi cecilięq̄ Salu
e tem plurimam dicit. Hacipsa die rex inclite ac potentissime alla
te sunt littere ex hungaria summo pontifici: omnesq̄ curiam con
turbarunt. Referunt em̄ Machometē thurcorum dominū cum Soldano
egypti: cum Caramāno cilicie: cum Tarcaro scithie inito federe coactis
ingentibus copiis rursū ad hungariā properare albam: quod alii ca
strum belgradum vocant summis viribus obsessurum. Iamq̄ iter acce
pisse: nec dubium est quin diebus quindecim cū toto exercitu ante op
pidum sese collocat. Ferunt quoq̄ iurasse eum etiam si alie maiores par
tem amissam audierit non sese retro abiturum. Hec albenſes legato apo
stolico scribunt pleni metu. Quippe quibus sola spes de celo est: neq̄ em̄
tam securi homines dei: quin humanū expectant auxilium. incredulum
est mortale genus neq̄ illud ponderat quod scriptū est in sacris eloquiis
Naledictus homo qui confidit in homine. Sed miserandus illis est: si se
mel diuinitus liberati: rursū pietatem diuinā tentare verentur. Per
cussit de celo deus hoc anno thurcos: neq̄ enim humana victoria fuit.
que apud albam parta est. Voluit experiri deus quidnam reges agerēt:
ceteriq̄ christiani populi rectores profligauit hostes: occidit qui ferocio
res videbantur. Abstulit innumerabiles machinas: spaciū dedit quo si
vellent christiani populi sese accingerēt: redituroq̄ thurco armati occur
rerent. Sed quātomagis indulget deus: tantonegligentiores sumus ab
utentes ocio. Ecce redit hostis & nemo est qui laboranti hungarie opem
ferat: & vereor ne hungaria pessumeat: & nobile illud regnum hostilis
gladius euertat. Quod si deus tulerit cadit murus nostre religiōis: & isti
nere plano plano per carnos & forum Iulii in italiā thurcorū turme de
current. Ad hec accedit filiorum olim gubernatores hungarie captura:
qui p̄ regē in arce budensi dephensi custodiunt. Cūq̄ is nō parui no
minis (vt ita dixerim) prelatus interceptus est Iohannes varadiensis
episcopus. Feruntq̄ & aliis plerisq̄ nobilibus inclita vincula. Incōper

ta est adhuc causa: sed vero simile est necē comitis cilie hoc peperisse. In felices xpiani quos tanta cecitas exagitat: vt nec premētibus hostib⁹ domestica deponant odia. Surgat igit⁹ tua serenitas: & qđ potuerit huic periculo remediū adhibeat. Ceteri principes in tuā sublimitatem cūcti fere cōtorquent oculos: eāpsam quicquid egerit secuturi. Neq; em rex ē in orbexpiāno apud quē plus auctoritatis q̃ apud te sit: qui regnorū potentia: rei militaris pericia: experientia rerū multarū: & incredibili sapientia ceteros europē principes antecellit. Hec per me ad tuā māsuetudinez fide dicta sint. Datū rome die. vii. Aprilis. M. cccclvii.

Refert noua regi scripsisse.

EPISTOLA CCLXXX

Neas cardinalis senensis Iohāni soletio. S.p.d. Scribim⁹ aliqua
e de tburcis sublimitati regie: que cupim⁹ sibi offeras legasq;. Nisi em ipse laboranti xpiane religioi opem ferat: id imminet discrimē ex quo vir alius liberare nō possit. Nunc opus est arte ingenio & virib⁹ vti. Nec apud eū nisi inueniamus vbi perquirēda sint ignoramus. Vale ex rome die. vii. Aprilis. M. cccclvii.

Equo aio fert fortune ludum.

EPISTOLA CCLXXXI

Neas cardinalis senen. Iohāni binderbach. S.p.d. Ad nos de statu curie cesaris nouitas puenit. Ita se hūane res bñt: nūc iacemus nūc in alto sumus: deo laus qui cesarē omī piculo liberauit. Dolemus vicē gurcen. epi nri amici optimi: cōmiserati sum⁹ & vnguodio cui nō dubitam⁹ admodū nocere diuitias. Facta sunt hec q̃ fieri potuere ex ecutoriales misse sūt: & mō nūcius aplicus eo pergit sacre theologie professor Laurētius rauarella: quē tibi comendamus si eū videris. Ambrosio nro diximus quem misisti. Expectabit adhuc aliquantulū. Et si molestū fert tādū suspensum teneri de preposito bartescaden. expectabimus qđ agas. Cupim⁹ si qđ monasterioꝝ vacare cōtingit id nobis signifiees: vt tandem aliquid consequi possimus: quo leuior fiat nostra paupertas. In causa prebende tue vexamur maxime ob dñm zamoresi. qui tuū aduersariū tuē. Iuuamus tamē te quoad possumus. Vale & senatui tergesti. no epōq; ac preposito pisini nro noie salutes dicito. Ex vrbe romana die. viii. Iulii. Anno dñi. M. cccclvii.

Nonitates italie.

EPISTOLA CCLXXXII

Neas cardinalis senensis Iohanni cardinali sancti angeli Salutes
e plurimam dicit. Scripsi nuper reuerēdissime pater & domine mi colendissime non paucas litteras dignationi tue: nescio an potuerint ad te penetrare cū audiuerim: & te postea dimissa hungaria bosnaz petuisse: nunc pauca subiiciam: & casui mea scripta committam: naz que littere tot montes: tot flumina: tot barbaras nationes: nisi casus inopinatus pertransire iubebat. Scripsisti mihi de pragensi ecclesia tuo more paucissima verba: sed preter consuetudinem mordentia. Didis em nos p̃c omnia bene expedituros: nec dubium est quin sermo tuus ironicus

fuerit: non dicam amplius: etsi opinor quorsum ea verba tendant me nō
 ignorare. Et pro mei animi libertate semper aperte cum dignatione tua
 sum locutus. Et ita faciam si quando redieris quod deus breuissime co-
 cedat cum sospitate & honore. Tunc si quid erit quod mihi velit tua pa-
 ternitas obicere: audiam patienter. Et vel obiecta purgabo: vel petam
 veniam: nisi quod plerique agunt alta mente archanum tuum inducere vo-
 lueris. Et de hoc satis. Audiui vt dictum est de tuo transitu: credo fuisse
 vrgentem causam. Sed doleo armis plenaz esse hungariam quibus non
 in tburcos sed in sese barones eius terre depugnent. Illud quoq; mole-
 stissimū est q̄ inter imperatorem & hungarie regem vetuste contentio-
 nes reuirescut. Mallem tua studia huic morbo mederi: & que sunt in vi-
 scribis nostris auferre mala conari potius q̄ que cutem attingunt. Sed
 cuncta optime nouit prudentia tua: cuius iudicium nunq̄ meo postpo-
 fuerim. Venio ad res italicas. Dominus noster bene valet ad cruciatam
 totis intentus animis. Apud esculum latrones cum Iosia & Octauiano
 arcem munitissimam ecclesie occupauere. Legatus adductis eo copiis
 omnes in deditionem accepit. Vrsini cum comite euerfo cōtendunt: &
 colūnenses qui hactenus quievere: nouissime se bello miscuerunt. Rex
 aragonum cum genuenlibus bellum gerit. De pace nulluz verbū. Dux
 mediolani quiescit & veneti: quibus nuper nonnulli ciues in exilium acti
 sunt: & aliqui manus amiserint. Senenses intestino morbo laborant: pie-
 cininus regis homo est nec putatur hoc anno arma sumpturus. Ex reno
 audiuius aliqua que non placent: nescio an erunt vera: papa nuper in-
 terrogauit cur non impediresset: respondi vt soleo libere suam sanctitatem
 cui m esset in hispania: italica negocia curare uon potuisset: tuam reueren-
 tissimam paternitatem in bolnaualde reno distare. Camerarius legatus
 orientis duos pape nepotes in vincula coniecit qui cyprum populati fu-
 erant. Que scribam alia non habeo. Ex vrbe die. iiii. Iulii. Anno domini.
 .Mcccclvii.

Pollicetur rogatu operam dare. **EPISTOLA CCLXXXIII**
 Neas cardinalis senēsis. Illustri principi Ludouico duci bavarie
 c Salute: plurimam dicit. Reddite sunt nobis littere tue humanita-
 tis & beniuolētie plene: quibus rogas vt illustri principi Ruper-
 to nepoti tuo ad consequendam ecclesiam ratspanensem: nostros fauo-
 res impertiamur. Reduciſq; nobis ad memoriam dare memorie genito-
 ris tui erga nos charitatem: & tuam illam quam simul habuimus in no-
 ua ciuitate consuetudinem. Vidimus libenti animo epistolam tuam: &
 mirati sumus subscriptionem proprie manus. Scribis em̄ optime quod
 est in tanto principe valde laudabile. Recordamur quotiens in curia ce-
 saris suauis habuimus sermones in simul & cu; de lapide inuisibilitatis
 inquisitione; faceres. Tenemus memorie in ditione tua possedisse nos
 ecclesiam bispacensem. & fuisse a genitore tuo benigne tractato s. Scim⁹

q̄nobilissima est indyta domus bauarie: & q̄ illi sedes apostolica teneat. Intelligis vti confidimus nos non eē ingratos: de nepote tuo sunt egregia testimonia quia tamen commissarii sumus in causa huius ecclesie ratificationem. nō possumus aliud dicere nisi q̄ inuenies nos veram relationem fecisse & paratos eē nūc & in futurū vt tue volūtati morē geramus. Datum in vrbe romana die. v. Iulii.

Refert bella italie.

EPISTOLA CCLXXXIII

Neas cardinalis senensis Nicolao missio vollatriano Salutē plurimā dicit. Audiuimus vario relatū indyrum hungarie regem vniennam rediisse. Et nobis placet pro quiete illius regis: vt sic extra turbinem hungarie. Dolemus tamen regnū illud inter se diuisum eē: veremurq̄ nec christiani inter dissentiones thurcis aperiant ianuas: deus meliora permittat. Nos in italia magnis etiam afflictamur malis. Rex aragonum cum genuensibus bello implicatus est. Magnam romanū agri partem vsini & comes euersus vastant. Senens. discidium indies augent: nouisq̄ indies ciues aut plectunt aut in exilium aguntur: nec videmus quo pacto quiescere possint. Aiunt cancellarium ad vos ex bohemia rediisse dicito illi multas nostro nomine salutes. Comendamus tibi Laurencium rouarellam nunciū apostolicū qui has tibi restituat: nō fuit in austria prius. Comonito eū atq̄ instructo in agendis. Si nō est dimissus epus varadiens. pro eo verbū faciet & litteras affert: quarū nos promotores fuimus p̄ veteri amicitia & quia innocentē eē confidimus. Vale ex vrbe die. iiii. Iulii. M. cccdvii.

Commendatur nundus pape captos redimendos.

Neas cardinalis senensis

EPISTOLA CCLXXXV

e Henrico senleben Salutem plurimā dicit. Dominus noster sanctissimus mittit Laurencium rouarellam: qui has litteras secum affert ad serenissimum hungarie regem. Non fuit homo alius in austria. Necessaria erit ei instructio & directio tua. Comendamus eum tibi. bonus vir est: doctus theologus. Cura eius erit vt captiui imperatoris dimittantur: varadiens. relaxetur. Et pax si fieri potest illas demum partes inspiciat. Ab eo intelliges italicarum rerū & huius vrbis statum: plus mali q̄ boni audies. Neq̄ em italia quiescere consuevit: vosq̄ germani didicistis mores nostros: & non modo vicinos sed fratres atq̄ ipsos parentes bello premitis. Nihil est vsq̄ tutum. Damnosissimū est q̄ austria indyta domus in seipsa discidium habet. Deus illos principes aliquando meliori respiciat oculo. Et quos fecit maximos faciat amicissimos. In causa varinensi. expectamus quid sequatur: quia ibi multum spei collocamus: alioquin ad mendicitatem redacti sumus. Sed si quid in partibus illis vacat quod obtineri posse confidas: velis nobis significare: gratias agito regie maiestati pro litteris missis pape regradādo de mea promotione. Bene vale. Ex roma die. iiii. Iulii. Anno. M. cccdvii.

De eodem.

EPISTOLA CCLXXXVI

c Neas cardinalis senensis Iohanni nihili Salutem plurimam dicit. Que scripsisti de curia nostri cesaris iam pridem noneramus. Fuit nobis res permolesta agimus deo gratias qui personam cesaris custodiuit. Credimus imperatricem animo conturbatam esse: eiusque compatimur adolescentie: que ad calamitates in germaniam venit perferendas. Putamus tamen eamipsam sibi conuulere: & consolationes querere. Constrictiones hungarie didicimus: omnia sunt ad thurcorum potentiam augendam: ferenda sunt que deo volente fiunt. Ille ex malo bonum elicit. Si dabitur aliquando facultas: cogitabimus de te non aliter quam de nostro fideli & singulari amico. Laurencium rouarellam qui cum presentibus ad te venit: nuncium apostolicum tibi commendamus ut assistas ei & consulas si qua ex te quesierit. Tu quoque si aliquod monasterium vel preposituram bonam vacare perceperis: fac nos quamprimum certos. Potes per venetias mittere litteras. Illinc enim frequentes ad nos currunt tabellarii mercatorum: querenda suffragia sunt. Vale ex roma die .iiii. Iulii. Anno dñi. M. cccclvii.

De eodem & consolatur super morte amici:

EPISTOLA CCLXXXVII

c Procopio rabensteyno Salutem plurimam dicit. Ex vienna tuas accepimus litteras cum bobemiam peteres. Nescimus an redieris. Audiuimus insignem fratrem tuum & amicum nostrum singularem Iohannem equitem extremo die functum. Credimus te turbido & amarulento esse animo. Nam & nos tali socio priuati non dolere vehementer non possumus. Sed quid agamus trita est hec via: aut non nasci oportet: aut natum mori. Nos parentes preires: fratres: sorores: amici: pauci admodum sunt cum quibus iam viuere delectet. Nam etate graues: parare nouos amicos nescimus. Et veteres paucis demptis mors abstulit. Nec modo aliud expectamus: nisi aut eripi nobis eos quos amamus: reliquos aut nos auferri ab illis. Atque quandoque dies illa venerit non erimus inuiti ut olim: quibus ad maiorem amicorum cumulum erit eundem. Credimus te ista etiam meditari nec egere consolatione: ideo preterimus hec. Accepimus turbulentas esse res germanie neque imperatori bene esse cum rege hungarie. Dolemus. Nam res pessima est & noxia: non modo austrie sed vniuerse reipublice christiane. Deus in meliora permittat. Cupimus de rebus bobemicis fieri certiores: sed & quid sperandum sit Laurencium rouarellam qui bas ad te desert. Cupimus tibi commendatum esse frater est archiepiscopi rauennatis tibi amicissimi consilium tuum optabit in rebus agendis. Ne desit sibi rogamus prudentia tua. Vale & Nicolaum nostrum pro tua consuetudine commendatum babe. Ex vrbe die .iiii. Iulii. Anno. M. cccclvii.

Petit ad possessionem epatus varimen. p. procuratores suos induci ple
 riq; captas beniuolentiā reg? **EPISTOLA CCLXXXVIII**
 Neas cardinalis senensis Casimiro regi polonie. S. p. d. Cū vaca
 e ret nuper ecclesia varimen. cōuenientes canonici ei⁹ in glagonia
 maiori: & cogitantes de futuro pontifice: vota sua in me direxerūt
 postulātes a summo pōtifice vt ecclesiā illā mibi cōmiteret. Idēq; fecerūt
 serenissimi principes dñi impator & rex hungarie atq; bobemie consan
 guinei & affines tui. Annuit beatissimus pōtifex p̄cibus eorū: & summo
 cardinaliū cōsensu ecclesiā illā mibi cōmendauit. Mittā prope diē pcura
 tores meos ad serenitatē tuā cū lris aplicis: quibus precor vt ad posses
 sionem capiendā necessarios vel imptiri fauores. Scio em̄ quia sine tua opa
 pari proficerēt: cu; iam pruscia in manu tua pene tota ee ferat. Intelligo
 me magno munere donatū a tua mansuetudine: si mei pcuratores vt nō
 ambigo tuis adiuti presidii ecclesie possessionē cōsequant. Facies rem
 gratissimā summo pōtifici & sacro collegio: simulq; impatori & regi hun
 garie quos nō dubito maiestati tue p me scripturos ee. Ego vero cona
 dor nocte dieq; omni studio & diligentia tue serenitati me gratū ostende
 re: atq; itā efficere vt mibi p̄fuisse tuā clementiā nō peniteat. Ianq; p mea
 virili in sacro collegio bonorē tuū tutare cepi. Nanq; cū ageretur de cul
 mine ecclesie pro qua scripseras: erantq; qui omnino illā cōmittendā esse
 dicerēt pcuratori magni magistri ordinis beate Marie teutonicorum.
 Ego prorsus restiti: meaq; suasiōe factū est vt res suspensa sit: cū tue maie
 statis p̄conia: simulq; genitoris tui & germani qui pro fide catholica in
 bello cōtra t̄burcos obiit darissimas virtutes retulisses. Quibus auditis
 sedes apostolica que prius inclinata erat ad promouendū procuratores
 ordinis: mox sententiam mutauit: decreuitq; sup̄federē: vt interea tēpo
 ris aliquid de cōcordia & pace illarū partiū tractari possit: & medio tēpo
 re rectorem aliquem siue administratores illi ecclesie dare: qui tue sereni
 tati merito displicere nō debeat. Verū ego pro ea qua tuo culmini deuo
 tione afficior: audeo suadere: idēq; vtile arbitror: vt tua serenitas simul cu;
 illis de terra pruscie oratores suos ad sedem aplicam mittere q̄totius stu
 deat: viros prestabiles & autoritate insignes: qui offerētes viam iuris ac
 cōcordie cum aduersariis corā sanctissimo domio nostro censuras eccle
 siasticas in terra pruscie quomodolibet fulminatas aut tolli aut suspendi
 petant. Spero em̄ eo modo res magnifice ad bonorem tue sublimitatis
 & illarū partiū tranquillitatem cōduci posse: cum sanctissimus dominus
 noster ad bec optime sit inclinatus. Et multi sunt in sacro collegio card
 nales reuerendissimi qui maiestati tue sunt affectissimi. Inter quos est re
 uerendissimus dominus rothomagen. Ego vero minimus inter omes
 nihil omittam ex his que ad augmentū status & glorie p̄tineāt tue subli
 mitatis. Cui me humillime recomendo. Ex roma die vltima augusti.
 Anno domini. M. cccc. vii.

Recommendaſt illis eccleſie ratiſpanenſi. pronentus.

Neas cardinalis ſeneſi.

EPISTOLA CCLXXXIX

c Ottoni & Ludonico bauarie ducibus. S. p. d. Obtinuistis tandē eccleſiā ratiſpanenſi. reuerēdo patri Ruperto filio & nepoti vſo cōmendari. Satiſfactū eſt deſiderio vſo. Merebat indyta domus vſa exauſari in ſuis precibus. Nec talis eſt eccleſia ratiſpanenſi. que vel pbitati vel nobilitati eiūſdē Ruperti ſatiſfaciat. Duo tñ obſtabant petitionibus vſis etas ſcē pmouēdi minor & capituli ipſius eccleſie deſideriū a quo erat alius electus nō indignus neq; ignobilis. Sed cū reperiſſet pietas dñi nſi electionē ipſam minus canonicam eē & binc Rupti merita libraret pretu lic nobiliore. Nec putauit in etate momentū eē faciendū; quā tante domus claritas cōmunifſet. Eſt igit vſtrū recognoscere hoc bñficiū ab ipſo dño nſo ſanctiſſimo. Qui etſi fecit qđ debuit: nonorāduſ eſt tñ iuandū & extollendū qui hoc tempore nobilitatis cultor & cōſeruator exiſtit. Verū cū eccleſiā ratiſpanenſi. que olim florētiſſima fuit: & a pgenitoribus vſis fundata: magnis opibus abūdauit: iam pauperem: ac pene ruentem & vndicō laceram eē intelligamus: nobilitatē vſtrā rogamus obnixē vt poſtq; ad manus vſtras rediit & caro vſtra illi peſt: ita efficere velitis vt palā oībus fiat vos nō verbo ſed ope ipſius eccleſie pteſtores & aduocatos exiſtere. Sit vobis cōmendata cleri libertas: date opam vt diſtracta et impignorata bona ipſius eccleſie abſq; grauamine cleri recuperent. Sit ipſe Ruptus oīū ſuarū nō lupus ſed paſtor: ſit canonicorū & aliorū clericorū nō tyrannus ſed pater. Meminerit quia iubet apſus vt nō domine mur in clero: ſed tanq; forma facti gregis eccleſie preſideamus. Nouerit nō ſe eccleſie ſed eccleſiā ſibi cōmendatā eē. Cōmendamus deniq; etiam excellēti vſe venerabilē Henricū de habſperg. cuius electio nō ſuis de meritis: ſed propter omiſſas turis ſolemnitates reiecta eſt: dignus eſt certe cui Rupertus & qui res ſuas gerunt non inſultēt ſed cōpatiantur: non iniurientur ſed faueant potius & ipm ament. Eſt em vir bonus cuius nobilitati ingenui correſpondent mores. Etem manifesta eſt nobis eius probitas. Nam licet multa in eū queſita ſunt teſtimouia ad eius famam denigranda: nemo tamē repertus teſtis eſt qui eius bonori detraxerit. Paſſus eſt vir bonus nō modicā iacturā. Venit romā cū grauibus expenſis fuit hic ea parte anni quādo eſt ardentior & piculoſior aer: & perpeſſus eſt complures labores: & tandem ſuccubuit. Proſequēbatur cauſam ſuā queſierat honorem quē ſibi debitū exiſtimabat. Fecit quod ceteri mortales agunt. Nam quis eſt qui electus in epiſcopum alicuius eccleſie nō conetur electionem ſuam tueri: & a ſummo pontifice confirmationem ſuam obtinere? Qui epiſcopatum querit inquit apoſtolus bonus opus querit. Verum ea vſus eſt modēſtia: ea grauitate in ſuo iure proſequēdo vt nullius vnq; bonori detraxerit: nullius fame preiudicauerit: nullius perſonam in diſcrimen adduxerit. Idem fecere & qui cum eo miſſi ſunt a

capitulo. Testes nos sumus corā quibus causa agitata. Tantum ē quīs in electum ipsum & eligentes nōnulla crimina obicerentur per procura-
tores Ruperti. Ipse tamen electus & sequaces nihil aliud quesiuere q̄ se
purgatos atq; innocentes ostendere. De Ruperto nihil vnq; reprehen-
sione dignum dixerunt. Sed tam ipsum q̄ progenitores suos & excellenti-
as vestras: ipsamq; bauarie domum cum magna veneratione cum sum-
ma reuerentia: & singulari quadam maiestate nominauerunt. Quibus
ex rebus iustum & supra q̄ iustum eē putamus: vt eundem Henricum
& qui cum eo venere cōmendatissimos suscipiatis: eisq; fauentes ac con-
siliis assistentes & auxiliis quod est vere nobilitatis erga eos ostendatis
que vicisse contenta nō insultat victo sed victū sepe iacentes eleuat & in
partem felicitatis assumit. Hec pro nostra erga vos charitate & indytam
domū vram affectione dixisse volumus: quīs sciremus nobilitatē vram
quod scripsimus p̄ seipsam id fuisse facturam. Datū rome die. iiii. septem-
bris. Anno dñi. M. cccclvii.

De eodem.

EPISTOLA CCXC

Neas cardinalis senensis Ottoni & Ludouico bauarie ducibus
c Salutē plurimam dicit. Annuit sanctissimus dominus noster pre-
cibus vestris: ac ratilpanē eccliam reuerendo patri domino Ru-
perto filio & nepoti vestro commendauit. Voluisset apostolica pietas
eam eccliam multo maiorem & ditiores fuisse: & talem que nobilitati
& moribus ipsius Ruperti satisfaceret. Sed qualiscunq; est recipi debet
alacri animo: & habende sunt ingētes gratie eidem domino nostro: qui
valde libere desiderio vestro studuit complacere. Cōmendamus igitur
excellencie vestre eccliam ipsam & clerum eius: quīs certi sumus fun-
dationem progenitorum vestrorum in manibus vestri sanguinis confi-
tutam felicibus incrementis augendam esse. Insuper quia venerabilis
vir Henricus de habspurg qui fuit electus a capitulo in prosecutione iu-
ris sui modestissime se habuit: idemq; fecerunt qui cum eo missi fuerunt
ad confirmationem electionis petendam: dignum censemus vt eos be-
nigne recipere & tractare velitis: non permittentes eis aliquam inferri
molestiam vel iniuriam. Nam cum ipsi tam de pfato Ruperto q̄ de vo-
bis & indyta domo bauarie cum summa semper veneratione locuti sint
& prosequendi ius suum honestam modestiam habuerunt. Non esset
propterea iustum eos iacture aliquid ferre. Scimus hec per se nota esse
prudentie vŕe: ideo non plura scribimus. Tm̄ rogamus vt si qui sint qui
eos in conspectu vestro criminari voluerint tanq; litigando in hac curia
honori vestro detraxerint: nolite illis credere: sed nobis potius fidē pre-
bere coram quibus ē causa agitata & qui vobis scripsimus. Datū rome
die. vii. septēbris. Anno dñi. M. cccclvii.

Grates refert de promotione & efflagitat iterum promoueri. Refert
etiā nouitates vrbis.

EPISTOLA CCXCI

Neas cardinalis senensis Imperatori Friderico Salutē plurimā
e dicit. Accepi supioribus diebus litteras tuas super negocio con
cernente reuerendum patrem episcopum lauriensem. Introduxi
ad sanctissimū dominum nostrum nuncium tuum: obtinui litteras fieri
fm desiderium maiestatis tue: quas idem nuncius apportabit. Suppli
co serenitati tue digneris ita facere: vt capitaneus in vordteniteyn non
sit nimis onerosus illi ecclesie laurien. quia reuera multum exorbitat &
grauat derum: tua maiestas semper pia fuit & sacre religiōi affecta. Con
tinuetur in hac sua gloria tua pietas nec patiatur a suis officialibus vexa
ri derum quem semper misericorditer tractauisti. Hec dico: quia cupio
semper bonori tuo bene consultum esse. Accepi & alias litteras quas in
facto ratispanen. ecclesie transmisisti Ruperto fauētes iam ille promotus
erat ad ipsam ecclesiam quia reperta fuerat electio capituli inualida. Cau
sa mihi comissa erat. Et ego in cōsistorio relationē feceram. Postq̃ domi
nus noster cōsiderauit scripta q̃ prius tua maiestas miserat fundata super
electiōe canonica: nō dubitauit quin ea reperta inualida p̃motionē Ru
perti cōmendaris qd̃ ego etiam ita putauī futurū. Et ita copiacitū est illi
nobilissime domui. Insup gr̃as ago maiestati tue p̃ lris sanctissimo do
mino nro & sacro collegio sup facto variē. eccleie in meū fauorē missis.
Nūc cū idez dñs n̄r ecclia: illā mihi cōmēdauit: supplex oro vt digneris
llas oportunas in bona forma scribere ad serenissimū polonie rege: sub
scribēdo illas manu propria: vt maior videat affectio: rogātes en vt pro
curatoribus meis possessionē ipius ecclesie assignari faciat. Veniet enim
infra paucos dies vnus ex pcuratoribus ipis ad serenitatez tuam p̃ lris
accipiendis quē cupio celeriter expediri. De nouitatibus harum partiū
hoc t̃mmodo scribere possum. Rex aragonum in maximam et potētissimā
babet in mari classem minatur genuensibus. Sed & aliis q̃ pluribus ter
rorem incutit. Comes Iacobus piccininus cum exercitu regnum apulie
exiturus est prope diem. Dicit se cōtra Sigismundū malefētā arma sum
pturū: sunt tamē qui senensibus & qui ecclesie romane timēdum putāt.
Vrsini & comes euersus inter se contēdunt: nec finis pōt inueniri discor
die. Cardinalis de vrsinis quasi papā timeret ex vrbe iam pridem recel
sit: & inde simultates nō pauce exorte sunt inter ipsum & romanū p̃sulē
Missus ē t̃n modo p̃ collegiū cardinalis sancti Marci qui eū aplice pieta
ti recōciliet. Nescio quis fructus sequetur. Nō sumus sine periculo inte
stini belli si vrsinorum domus implicata remanserit. Ex oriente nouitas
allata est fratrem cardinalis portugaliē. veneno peris̃se in cypro: qui re
gnaturus eo profectus erat ac filiam regis duxerat. Thurcorum classis
mithelenē insulā conatu vexatura fert: s; auxilio illi erit legatus ap̃licus
cū trēremibus suis & rbodiēsi manu. Alia q̃ scribā nō habeo. Comendo
me humillime sublimitati tue: ad cuius mādāta semp ero paratus. Ex ro
ma die. xi. septēbris. Anno dñi. M. ccc. vii.

De eodem.

EPISTOLA CCXCII

Neas cardinalis senensis. Ladislaw regi bugarie Salutē plurimā
e di. Que scripisti mihi sup negotio vuratislauien. electi: curavi
atq; diligēter pegi: quib; res esset difficilis & pecuniaria. Gestus
est mos tue serenitati & remissa est electo magna pecunie pars. Labora-
ui vt satisficeret desiderio tuo circa ratispanen: ecclesiam & obtenta ē tua
volūtas. Prefectus ē em illi ecclesie illustris princeps Rupertus bavarie
dux cōsanguineus tuus: fuit ego in ea causa cōmissarius: & quēadmodū
debui conatus sum eam relationē facere que cū veritate eidē Rupto vti-
lis eēt. Feci id libēter quia intelligebam me sublimitati tue: simul & indy-
te domui bavarie cōplacere: & ecclesie illi bñ consulere: nec de hoc plura.
Verū serenissime rex cū tua pietas dignata fuerit dño nro pape pro me
scribere atq; iustanter supplicare: vt ecclesia varimeñ. mihi cōmendaret:
idq; iam factū est rōgo & supplico vt ceptū continuans bñficiū: serenissi-
mo regi polnie fororio tuo vrgēt scribere digneris. p possessiōe ipsius
ecclesie meis pcuratoribus danda quēadmodū Henricus senfisleben de
canns vuratislauien. tue sublimitati latius declarabit necessariū eē. Idem
etiam celsitudini tue nouitates harū partū quas sibi scribo seriosius ex-
ponet. Nec aliud impresentiarū nisi qd me tue sublimitati iterum atq; ite-
rum cōmendo ad eius semper mandata paratum. Ex roma die .xi. septē-
bris. Anno domini. M. cccclvii.

Hortatur vice sua promotiones principū ad regē polonie impetrare.

Neas cardinalis senensis. Hen.

EPISTOLA CCXCIII

e rico senfisleben Salutē plurimā dicit. Scripsisti nobis his diebus
frequētes litteras p quibus gratias agimus tibi: qui veri & opti-
mi amici officium imples. Intelleximus illarum disturbia partium. Dole-
mus principes vestros non tam se beniuolentia q̃ sanguine contingere
Cuius rei causam non ipsis ascribimus sed illis quarum voces pre cete-
ris audiuntur. Infortunium est hoc nostri temporis vt tunc potissime di-
uisi simus cum expediret maxime esse vnitos: sed dabit deus his quo-
q; finem. Pro electo vuratislauien. laborauimus diligenter: & tandem
consecimus quod petebatur. Nam tria milia ferme ducatorum remissa
sunt. in qua re intelliges ex vuenceslao que fuerint partes nostre. Roga-
mus velis esse cum maiestate regia: & ab ea litteras oportunas impetra-
re ad serenissimū polonie regē & alios vt opus esse putabis duplicatas.
Nam ipse vuenceslaus offert se iturum nomine suorum dominorum in
poloniam: & nos statim mittemus Bartholomeū canonicū varimeñ. cū
litteris & procuratoriis oportunis: & necessarium est qd ambo habeant
litteras regias. Nam nos eisdem ducibus per hos dies non parū ob-
sequium fecimus: qui pugnātibus fere ceteris cardinalibus: sanctissimo
domino nostro suauissimus consanguineus eorum Rupertum ad ratispa-
nen ecclesiā pmouendū eē: cū essemus cōmissarij & alterius electionem

inuenissemus non valere. Mittimus tibi litteras credenciales quarum vigore poteris eis supplicare ut tibi assistant ad regias litteras impetrandas Procopio & Nicolao scribimus quos arbitramur suos fauores non negaturos. Cardinales sancti Angeli vellemus apud se esse ut eius summa prudentia lites australice componeretur. Rogamus ut nostras litteras sibi transmittas. Et denique cures ut venientibus dictis venceslao & Bartholomeo littere que necessarie sunt in promptu habeantur. De nouitatibus harum partium pauca sunt que scribere possumus. Eaque sunt huiusmodi ut supra in littera imperatoris. Vale optime ex roma die septima septembris. Anno. M. cccclvii.

Petit patrocinari ut promotio regis impetretur. EPIS. CCXCIII

Neas cardinalis senensis Procopio cancellario bohemic. S. p. d.

e Quis raro nobis scribis. Ex Nicolao tamen simulque Henrico senense ben intelligimus te veterem erga nos beniuolentiam retinere & omni officio veri amici satisfacere: non repetimus que pro nobis fecisti. Sunt enim plurima: nec nos hi sumus qui referre gratias valeamus. Illud tamen quod possumus facimus: redamamus magnificentiam tuam: & animum habemus paratum omnia facere que tibi grata sunt & nobis possibilia. Id ostendemus si quando per venerabilem germano tuo preposito vice grandem aliquid acciderit quod tibi utile futurum putemus & in nostra potestate consistat. Interea rogamus te ut perseueres in officio charitatis & cui Enee semper memineris. Insuper quia mittimus propediem procuratores nostros cum litteris apostolicis ad capiendam possessionem varinensem ecclesie si saltem haberi poterit. Rogamus amicitiam tuam ut eas litteras impetrare velis a regia maiestate quas Henricus predictus dixerit oportunas. Nam tantum pondus huiusce rei consequere in serenissimo rege ipso hungarie atque bohemic consistit: & qui cepit perficit. Erimus in eternum sue maiestati & tibi obligati. Quippe qui ecclesiarum eam suo & tuo fauore obtinuerimus. Conati inquam semper sumus nos gratos ostendere. Credimus cardinali sancti Angeli iam apud vos constitutum esse. Quod si ita est commenda nos sue dignitati tanquam patri venerati dignissimo. Que sunt apud nos noua scribimus ipsi Henrico tibi communicanda. Feruet apostolica mens desiderio exterminandi turcos sed principes christiani inter se discordantes piuum propositum prorsus deserunt. Deus meliora prebeat: quod speramus. Vale optime. Ex roma die .xi. Septembris. Anno domini .M. cccclvii.

Hortatur concordie imperatoris & regis hungarie intendere.

Neas cardinalis senensis. Ioban.

EPISTOLA CCXCV

e ni cardinali sancti angeli. Salutem plurimam dicit. Breues more tuo scripsisti ad me nuper epistolas. Vidi eas libenter quia significabant te ex hostia reuersum prope hungariam degere: ac benevalere quod preceteris mihi iocundissimum fuit. Spero hec scripta mea repertura esse in au-

Aria personam tuam: inter mitiores gentes. Vtinam ita fiat. Nam presentia tua futurum opinor vt principes illarum partium prorsus componant. Ait em cardinalis papien se cum anno superiori ageret in austria omnes lites inter imperatorem & regem hungarie adeo attenuasse: vt parum ad integram concordiam superfuit. Composuisset omnino partes ipsas vt est opinio: nisi coactus fuisset nurebergam ascendere. Existimo igitur haud dubie dignationem tuam fide debito terminaturam quod ille infectum reliquit: si tamen ita est vt compositioni tam parua vt referunt res defuerit. Vt cumq; sit elaborandum est eo negotio. Nec minus erit composuisse imperatorem & regem q; thurcum deluisse. Et ego quidem hanc coronam tue dignationi auguror & opto. Nouitates harum partium non dubito intelligis ex aliorum litteris. Ex me tamen hec pauca babe. Rex aragonum maximam habet in mari classem galearum supra. xxx. magnarum onerariarum septem: minorum nauigiorum plurimum. Dicit se iturum in cathaloniam vt inde fortior redeat contra thurcos. inde factus est vt rex portulagie aduentum suum suspendere. Genuenses hanc regis classem contra se armata putant: simulq; cum eis florentini & senenses timent: certitudo nulla est quid tandem rex intendat. Comes Jacobus piccininus cum exercitu circiter duorum milium bellatorum exiturus bellum fertur. Territat ecclesiam simulq; senenses: cum se contra Sigismundum malefesta profecturum minatur. Vrsini & comes euerlus adhuc inter se litigant. Cardinalis de vrsinis iam pluribus diebus e curia recessit: veritus ne quid sibi sinistri accideret: cum papa exercitum misisset aduersus fratres eius. Nunc rex aragonum vrsinorum familiam in suam protectionem recepisse fertur. Timor est ne romanus ager nouis inuoluatur litibus. Missus est cardinalis sancti Marci ex parte collegii ad ipsum dominum de vrsinis vt si possibile est controuersie componantur. Dominus noster sanctissimus iterum duas galeas cum pecunia ad legatum mittit in orientem facit pius pater quod potest: sed relinquitur a principibus nec solus potest tanti belli molem sustinere. Imperator thurcorum contra mitbelenam missurus classem fertur non modicam: sed dominus insule spe legati fretus & auxilio genuensium nauale bellum instipidus manet. in albania dicunt scanderberchium magnalia perpetrasse contra thurcos. Quod si verum est melius tua paternitas reuerendissima que per id temporis prope fuit exploratum habuit. Cupio vt tandem redcas nec velis triennium complere nisi principes contra thurcos excitari posse confidis. Recomendam te dignationi tue ad eius mandata semper paratum. Ex roma die. xi. septembris Anno. M. cccc. vii.

Petit auxilio esse vt promotiones impetrentur.

Neas cardinalis senensis Ni. **EPISTOLA CCXCVI**
colao listio Salutem plurimam dicit. Grate fuerunt nobis littere tue quibus germanica negotia nobis significasti vtinam melius

seres haberent. Sed ferēda sunt que nobis tempora dantur. Faxit deus
vt principes illi vestri aliquādo cocordes sint: ne qui sunt sanguine pro-
ximi odio dissungantur. Gaudemus procopium conualuisse: & nostri
memorem esse. cupimus nos sue magnificēcie sepius efficias comēdatos
Scribimus regie maiestati & sibi de litteris necessariis: ad obtinendam
ecclesiam variniensem. Rogamus in ea re tuo more sis vigil. Et ita effici-
as quemadmodum Henricus senfleben expetierit qui conditiones il-
lius patrie nouit: & noster est fidelissimus amicus. Ab eo scies que sunt
hic noua. Fluctuamus & nos more hominū nauigantium. Frater tuus
vulterras repetiit italia multis in locis peste laborat: sed potissime sena.
Nam que bello afflicta fuit & caritate annone: nunc quod tertium erat
morbo languescit. Vale & nobis sepius scribe. Datum rome die. xi. Se-
ptembris. Anno dñi. M. cccclvii.

Pollicetur pecuniam concedere pro redimendis litteris.

Neas cardinalis senensis

EPISTOLA

CCXCVII

Ulrico ridrer Salutem plurimam dicit. Recepimus litteras tuas
quas reddidit nobis Iacobus imperatorie maiestatis nuncius.

Agimus tibi gratias pro litteris scriptis in facto ecclesie varinienfis. Sci-
mus enim te eas dictasse & expediri fecisse. Nunc opus est vt alias iterū
expediri facias ad serenissimum regem polonie & alios prout opus fue-
rit. latius te admonebit procurator noster que statim mittemus ad pos-
sessionē capiendam. Super facto laurionē. expediuimus litteras iuxta
desiderium maiestatis imperatorie: quas ipse Iacobus secum apportabit
Rogauit enim nos vt concederemus sibi pecunias. Cōcessimus primo
sex aureos. Et deinde iterum rogauit nos vt alias sibi pecunias mutua-
remus pro reditu necessarias. fecimus sibi illas per bancum concedi. Et
obligauimus nos pro eo intuitu maiestatis imperatorie: cui debemus
omnia. Voluissimus q̄ ipse habuisset aliqua scripta vel maiestatis eiusdē
vel tua. Libentius sibi subuenissemus: tamen quia nuncius imperatoris:
noluimus eum derelinquere sicut ab eo intelliges. Rogamus des operā
cum eo postq̄ redierit vt nobis satisficiat. Intelleximus de dispensatio-
ne tua: erimus cum rectore: & videbimus quid faciendū sit: scito q̄
littere nulle possunt obtineri gratis ab isto papa: nisi pro persona impe-
ratoris. Si vis q̄ exponamus pecunias pro te scribe nobis & libenter id
faciemus: quis pauperes simus: adhuc tamen pro te inueniemus centū
aureos cum opus fuerit. Habebis cum presentibus litteras ad Iohannē
binderbachium. Rogamus eas sibi mittas vbicūq̄ fuerit. Et nos subli-
miati impatorie comēdes ad cuius mandata paratissimi sumus. Ex vr-
be die. xi. septembris. Anno dñi. M. cccclvii.

Significat concordiam factam: & exorat auxilio esse & rāposēione
ecclesie assequenda.

EPISTOLA

CCXCVIII

Neas cardinalis senensis Iohanni binderbachio. Salutem plurimam dicit. Laborauimus diu tui causa aduersariū tuū super prebenda ratispanē. & deinde peperimus tibi pacem. Obtinuimus namq; prebendam prouisi ratispanē. dari domino humanorē tibi quies esset. Et ita factum est. Hoc scribimus ad consolationem tuam. Rogamus vt nos imperatorie maiestati cōmendes & iuues nos ad possessionē habendam ecclesie varinie. Vale optime. Ex roma die. xi. septēbris. Anno. M. cccclvii.

Credentiariū littere.

EPSTOLA CCXCIX

Neas cardinalis senēsis Ludouico bauarie duci. Salutē plurimā dicit. Veniet ad excellentiā tam venerabilis vir Henricus & alii qua nostro nomine referet. Cui rogamus vt plenam credentiē fidem prestare velis. Et in bis que vice nostra petierit benignus impertiri fauorem quēadmodum de tua erga nos charitate plene confidimus. Ab eo etiam scies negociū ecclesie ratispanē. pro tuo desiderio expeditū esse. In quare fecimus quod vires nostre potuere vt bonori tuo satisfieret. Ex roma die vndecima septēbris. Anno domini. M. cccclvii.

Littere cōmendatorie.

EPISTOLA CCC

Neas cardinalis senē. Ludouico duci bauarie. Salutē plurimam dicit. Sigismundus schretel bone indolis adolescēs primus huc venit in causa ecclesie ratispanē. Primusq; lras tuas nobis reddidit. Institit die noctuq; diligentissime laborans vt desiderio tuo satisficeret. Cum res sit ad votum expedita dignus est qui digno fauore tractetur. Rogamus igitur vt ruperto administratori ratispanē. cōsanguineo tuo eum commendare velis: atq; ita efficere vt de primo beneficio vacaturo & cōuenienti sibi omnino prouideat. Reddes enim mercedē condignā suis laboribus: & nobis singularē complacentiā facies: qui eum iam pridem nouimus: & pro sua virtute dileximus. Datū rome die. xi. septēbris. Anno dñi. M. cccclvii.

Contra negantes auctoritatē summi pontificis a xpo institutam esse.

Neas cardinalis senensis Marti.

EPISTOLA CCCI

no mayer. Salutē plurimā dicit. Sunt nōnulli nationis tue homines parum pensī habentes: quibus romani pontificis auctoritas neq; necessaria esse videt neq; a christo instituta. Contra quos hanc epistolam scribere & tibi transmittere decreuimus: vt si quando tales homines te adierint: babeas ex nobis quo gladio eorū temeritatē confodias. Nam quando eos non solum scripta iura reuellunt & auctoritas ecclesie longe lateq; diffusa: sed ipsa quoq; naturalis ratio eis aduersa est: que lex nature immobilis & inuariabilis adeo fixa est: vt neq; epicheiā ferat. Audi ergo quo modo istos reuincimus: reuellimus: pferimus: cum xpianis nobis questio est qui euangelium recipiunt & christum filium dei p nostra salute incarnatū & passum fatent. Hi nobis baud quāq; negabūt

sacramenta in ecclesia ab ipso filio dei instituta: quibus ad salutē nostram
utimur: baptismi cōfirmationis: eucharistie: penitentie: ordinis: matrimo-
nii & vñctionis extreme: quorū vnū quod est principalissimū scz ordinis
aliorū duorū que potissima esse vident: eucharistie ac penitētie mysteriū
in se continet. Nam sacerdotes hac potissimū causa sunt instituti. vt pur-
gantes p penitētiā homines a peccatis suis & in gratiā dei redeūtes:
idoneos faciāt ad corpus xpi participandū. Deinde corpus xpi consecrā-
tes illud eis administrent. Videmus aut natura ita compatum esse vt oīs
potestas que ad principalem aliquē ordinata est effectum: inferiores or-
dines sibi subseruientes habeat qđ maxime in artibus apparet. Nam ar-
ti que formam materiale inducit alie subseruiūt que materiam disponūt:
Et rursus ars illa que formam inducit alteri seruit ad quā pertinet finis p-
fecti operis. Nam qui ligna cedit arti nauifaciue deseruit. Et becrursus
gubernatorie illa vō militari vel iconomice quēadmodū ad diuersos or-
dinantē fines. Cum ergo potestas ordinis in eum finem constituta sit vt
purgatis hominib⁹ corpus xpi ministret palam est inferiores ordines ei
deseruere: ea pparantes que ad hoc opus necessaria sunt. Et infimi quidē
ordines sacerdotali deseruiunt populū pparantes. Ostiarii quidē arcē-
do infideles a cetu fidelium. Lectores instruēdo cathecuminos elemēta
fidei tradentes: propter quod eis scriptura veteris testamēti legenda cō-
mittit. Exorciste vō eos purgant qui per demoniorū vexationes a sacra-
mentorū perceptione impediunt. Atq; ita bi tres ordines disponēdi po-
puli curam habent. Est & quartus accolitorū ordo: cui vasa non sacra cre-
dita sunt in quibus sacramenti materia pparat. Subdiaconi vō ministe-
rium habent supervasa sacra & sup dispositione materie nondū cōsecrate
Diaconi vō vterius procedunt: administrant em atq; contingunt mate-
riam iam consecratā xpi sanguinē populo dispensantes. Subseruiunt autē
nii tui multumq; tuo iudicio deferimus. Labore tuo nostroq; quietam
consecuta est ecclesia nostris diebus apud germanos. Faxit deus ne lace
rari videamus quod aliquando refarciuimus. Multa rumor affert & ger
manos fieri gallos imitatione contendit. Nobis illa via salubrior eē vi
detur qua patres nostri ambulauere. Si noua tentabuntur itinera noua
q; pericula inuenientur. Nec facile sua in dyocesi quisq; pontifex papa
tum habebit: & sunt qui querunt & eius rei causa nigrum in candida
vertunt. Sed tu bene vale. Audies vocationem oratoris principum
que hic facta est. Vtinam ea aliquid boni pariat. Datum Rome. iiii. die
Nouembris.

Pollicetur se germanice perficere. **EPISTOLA CCCXXXV**

Neas cardinalis senen. Iohāni tolner. S.p.d. Accepimus lras tuas pro quibus gratias tibi agimus qui nostris in rebus fidei sollicitudine vteris: grauam⁹ te sed nō potest fieri quin amicoꝝ vtmur opa. Et nos aliqñ si deus dabit aliquid p te faciemus. Expectamus cyriacu qui veniet in facto prepositore & quantū in nobis erit concordabimus cū decano: quia postq̃ pmissus est nolumus retrocedere. De prebēda vuormacien. scripsimus vt Petro morē gereres. habita aliqua recōpensā: nescimus quid ille fecerit tecū. Idem quoq; de p̃benda collegiata sentire cupimus quō se habuerit ille cui promissimus cedere. Qd nouissi me accepta sit alia prebēda noie nro non placet. Volumus eē in pace cū istis paruis bñficiis: nec intēdimus si possumus cuipiam eē molesti: bñficio quoq; cōtra cōcordata nolumus acceptare id est monasteria: & vti nā possemus facere etiā sine prepositura: quia nolumus illi nationi quouis modo displicere: sed necessitas vrget si statū tenere debemus cōueniēte: & reputamus nos eē germanos qui tanto tēpore illi nationi seruiuimus. Qd si natio illa nos prorsus excludere vult: equo feremus aio: nec minū bñficiū ampliū in illa queremus. Qd de benignitate illoꝝ platorū nō arbitramur eē. Vale ex roma. iiii. nouēbris.

Magnificat xenia ex amore mittentis: & mallet facto q̃ verbo gratus esse.

EPISTOLA CCCXXXVI

Neas cardinalis senensis Ludouico beatoꝝ quattuor coronatorum cardinali legato bononien. S.p.d. Et oliuas tutera quib; me honorare voluisti cupidissime accepi: tū q̃ hoc genus alimēti bicariū & p̃ciosum est. tū q̃ id gen⁹ alimēti ex amantissimo & mihi p̃cipuo & bñfactori singulari venerit. A quo quecūq; venerint non possint mihi nō eē gratissima & xenia quidē tanto acceptiora sunt quāto is qui mittit amantior ē. Qua rōnō potuissent munera tua apud me eē iocūdiōra q̃ sunt quā & me amari a dignatiōe tua nō vulgariter sum exptus & ego tue reuerēdissime paternitatē q̃ patri optimo & dñō benignissimo suꝝ affectus. Vellē autē ea in me facultas eēt q̃ possem me gratū ostēdere nō verbo sed facto. Scio tamen prudentiā & māsuetudinē tuā ex me nihil ampli⁹ expectare q̃ possum & in redditiōe bñficioꝝ animi tm̃ inspicere p̃mptitudinē. Sed ne multis dignatiōe tuā morer qd semel dictū ē id nūq; indictū erit. Nosti q̃ fuerūt inter nos verba dū agere⁹ de me ad cardinalatū p̃motiōe: nūq; ex aio meo illa cadet: nec vnq; id committā vt tāti bñficiū immemor dici possim. Qd si nō scribo ad tuam benignitatē nō minor est mea deuotio nec minus amo. Id tua reuerēdissima p̃nitās experire⁹ si qua in re mihi possibili mea n̄pa vti dignabit. Nec plura mō. Datū rome die. viii. marcii. Anno. M. cccclvii.

Excusat q̃ contra commendatum sententiā protulit iusticia extingente.

EPISTOLA CCCXXXVII

Neas cardinalis senen. latino cardinali vestino. S. p. d. Reddite fu-
 erunt nobis sic tue: quibus gundissalui familiaris tui causam cō-
 mendas. Legi tua scripta nō sine iocūditate cū plena eēnt charita-
 tis & benivolētie. Illud aut̃ molestū fuit q̃ desiderio tuo morē gerere nō
 potui: Nā iudex in causa cōstitutus solū verum sequi debui: neq̃ fas fuit
 ad dexterā vel ad sinistrā declinare quoad cū licuit partē familiaris tui iu-
 uare nō destiti. Accessiui ad discūssionē negocii tres ex rota viros presta-
 biles quos partes ipe delegerūt cū his fuit & auditor meus & Iohānes
 de cesarinis nō indoctus legū interpret: viderūt hi registra: & pluribus
 inter se diebus de meritis cause cōsultarūt. Postea corā constituti retule-
 runt familiari tuo baud quoq̃ ius copetere. Idq̃ preter vnū oēs affirma-
 uere. Volui & ipse cognoscere causam nelippis oculis iudicarem. Ne-
 q̃ his cōtentus seorsum aduocaui aliquos inrisicōsultos & deniq̃ nemo
 fuit qui gundissalui partes tuendas diceret. Eapropter interpellatus pro
 sententia feci quod iudicis fuit. Si tua reuerēdissima paternitas iudex fu-
 isset: baud aliter sese habuisset q̃ ego. Vnum quod potui non omisi. In-
 duxi aut̃ partē aduersam ad expensarū dimissionē: si familiaris tuus non
 appellauerit. Hec acta sunt per me in causa gundissalui. Doleo nō fuisse
 ius pro eo: secutus sum iudicia collectorū auditorum. Scio dignationē
 tuam non plus ex me velle q̃ ferat honestas. De reliquis que apud nos
 agunt nō scribo paternitati tue quia nihil hic sit quod te fugiat. De ger-
 mania credo audiisti Mathiam vaynode filiū in regem electū hungarie
 annis. xviii. natū quīs in bohemia eēt captiuus: sed quinquaginta mili-
 bus aureis redimit. Bohemię regnum adhuc pendet & status austrie ad
 bohemiā aspirat simulac dux saxonie vuilhelmus: & gubernator regni
 Georgius dispotus rascie mortuus est. Cardinalis aninionen. reuertur⁹
 breui crediē. Vtinā idem faceres cū tuo bonore & cōmodo tuipse pos-
 ses. Ex roma die. ix. Marcii. Anno. M. ccc. vii.

De morte diui Ladislai regis. **EPISTOLA CCCXXXVIII**

Neas cardinalis senensis Iohanni roet Salutem plurimam dicit.
 Calamitatē illam lugubrem deplorandāq̃ regis Ladislai mortē
 aliorum officio tue dignationi innotuisse auctum o. Ob quas rem
 pro tua erga ipm deuotione iam plene inueterata: incredibili te dolore
 affectum esse certum scio. Nunc autē te praga ad quam infausito toti or-
 bis auspicio cum regia celsitudine concessi vuiennam remigrassem pu-
 tauī mibi de hac re ad te aliquid scribendū eē: conantē tamen id facere su-
 spira la bryme & singultus ita impediunt: vt mibi ex ea morte cōcept⁹
 dolor non modo renouari: sed augēri videtur. Quid autem potissimū in
 hac publica clade explicem nescio. Magna est varietas sermonū quo ge-
 nere mortis fatum obierit. Ego verō etsi scio nemini prorsus me cedere
 oportere habitudine noticię huiusce rei: qui q̃ creberrime apud rege; eē
 egrotantē sīm versat⁹: cū siliendū potius esse dico hoc tpe q̃ loquendū:

sciam rem illā indies magis darefcere. An adolescentē regē robustissimū nullū prorsus vel doloris indicium sentientē: cum quo die lune ptereunte morte: vsq; ad noctis boraz terciā summa postrema & facili leticia fui. .xxxvii. borarū interuallo aliqđ genus mortis naturalis pternere potuisset ante quē vel minimus quisp; ex eius familia neq; post eū vllus: etiā eorū qui ei egrotātī quodidie aſterimus: aut aliorū qui piā minime ſortē hoc genere mortis interitū. Sed reprimā ego me ne dolori nimium indulgere videar. Scio p. opitiū & Nicolai tū aliter ad te scripſiſſe quib; certe nihil cedo huius rei noticiā. Nam neuter eorū regē egrotantē aliſ vidit. Et vt quisp; optime de bohemiſ ſentit: ita hanc rem maxime diſſimulat. De hoc ſat ego hic ago dies admodū moleſtos: ita & legati illi q omnē franciā petierūt pro regiō thalamo. Legati illi q infelici boi franciā petierūt p regiō thalamo ad nuptiās ſepulchrū cōperirēt. Q inanes n̄tas cogitationes. O caducā fallacēq; ſpem extēto & tam magnifico nuptiarū apparatu & ſplēdore: tā incredibilē inerorē ſubito interuenire poſſe qſ crede- re quiuiſſet: S; illā dadē qua totus orbis pculſus ē in ſalutē mutare nequimus. Et tantū de publico detrimētō. De priuatīs reb; nihil ē qđ māgnope tue pietati ſcribere queā. Ea q mibi nūc ſcribis de electo olomun- zen. curare vt mibi mos gerat: magna voluptate pcepi. De ſaxit vt ſedulitas tua voto potiaſ. Dux Albert; hic agit expectās portionē hereditatis ex regia morte ad ſe deuolute: ſatis modēſt; ē in petitione ſua quātūq; ad ſe ptinet. Ceſar in noua ciuitate expectat. Poſt hec de ipiſ cōponēdis cardinalis ſancti angeliaget & meditabitur. Qm Sigismūduſ dux in itinere eē dicūt: ego rationibus meiſ ita perſpiciam vt regia morte nō omni no attenuatus aut fractus videar. Que dū cōfecero non patior id tuā dignationē diu latere quam immortalis deus diutiffime incolumē conſeruare dignet: in quā etiā ſpes mea nitit. Ego ad eccleſiā meā me recipiāz donec turbationū australiū euentūz ſerenitas illuxerit ego quoq; emergam viuēne die. xx. decēbris. Anno dñi. M. ccc. vii.

Hortat; circa plura de diligētia & ſollicitudie. **EPIS. CCCXXIX**
 Neas cardinalis ſenenſis. Henrico ſenſleben. Salutē plurimam
 e dicit. Gratiſſime fuerunt nobiſ littere tue quibus regiū in bohemiā tranſitum ſignificasti: & nuptiās excellētes in praga ſuturas. Retulimus ſingula ſanctiſſimo domino qui mox litteras ſcribi iuſſit ad cardinalē ſancti angeli legatum mādans ei vt euſtigio hūgaria poſt habita ad regiā maieltatem ſe conferat eiꝯ nuptiās honoraturus. Mittimus tibi iſtas ipſas ſiue breuia ſunt rogantes ne graueriſ q; totius ea ſibi tranſmittere: quia pondus habent in ſe non modicum deroram noſtro fecimus verbū apoſtolice pietati negat ipſe dñs n̄r decimarū aliquas bul- las illi cōceſſas eſſe. Laurentio rouarelle bñ a te conſilia & auxilia preſtita ſunt: eum charitati tue magis magiſq; cōmēdamus. Rem vuraſſi lauiē. epī oportune abſoluimus ſicut ex vūceſſa cognosceſ: reſtat epīſcopū
 c iiii

ipsum nobis in agendis nostris fauorabilem fore. Audies ex Bartholo-
meo canonico nostro quid actū sit in ecclesia varinieſ. Rem totā ſuis cō-
miſimus humeris vt ab eo ſinis babeat qui dedit initū. Gaudem⁹ te de
reſitu cogitare. Sed prius cupimus negociū nſm epatus abſolui q̄ rede-
as: qđ facile fiet ſi quēadmo dū fama ē rex polonie ad pragam ſe cōtulit.
Cura inter cetera vt ea obligatio habeat in qua magn⁹ magiſter prufcie
anteceſſori nſo in quinꝰ milib⁹ florenorū quos mutuo receperat ſeſe ob-
noxiiū fecit quēadmodū Bartholomeus pſatus plene inſtructus eſt. No-
ua alia hic nō ſunt niſi q̄ inter vſinos et comitē euerſuz beri treuge vſq̄
ad annū pmāſure indiſſe fuerūt & ab vtraꝰ pte recepte qđ ſaluberrimū
& rebus agēdis apprime ꝑducit. Inter aragonū & Sigismūdu malateſtā
cōcordia tractat⁹: q̄ ſi querereſ vt ſpes ē res italicas admodū quietabit.
Vale. Ex roma die. i. octobris.

Amonet promotionē regis ſponſi exigere ad regem polonie vt epi-
ſcopatum varinieſ. cōſequat⁹.

EPISTOLA CCCXL

Neas cardinalis ſeneſ. Nicolao liſcio. S. p. d. locūde fuerunt no-
bis iſte tue quibus regiā maiestate in bohemiā tranſituram eē co-
gnouimus pclaras ibi nuptias pacturā. Vtinā oia piſſimo illi &
ſereniſſimo regi ex ſinia cedant. Credimus cōueniēte ſecū potētiſſimo re-
ge polonie & aduenientib⁹ principibus vt fama eſt cōpluribus: in eo cō-
uentu aliquid tractari debere qđ religioni xpiane ſaluberrimū fiat. Lega-
tus aplicus ſicut ſibi mandatū eſt ad vos ſi cōualebit prori⁹ ſe cōferet:
quo cū ſapiēter erit de re tibi nota tractandū nam ei nō omnia q̄ aliis pla-
cent. Rogamus rem noſtri epatus varinieſ. ſi rex polonie affuerit curan-
dam ſuſcipias: nā verbo vno ſublimitas nſi regis eam abſoluet. Stude vt
magniſicus cācellarius bocipm cordi habeat: nībil ē em qđ dubitemus
fieri nō poſſe: in quo ſua magnificētia neruos intenderit ſuos. Cōmēda
nos probitati ſue: ei⁹q̄ bone valitudinē cōſule. Nam ei⁹ ſanitas & no-
ſtra & multorū proſperitas eſt. Cōmenda nos etiam veteribus amicis &
preſertim varidieſ. ſi affuerit gubernatori dominis de roſenberg & do-
minis de cleua: ſimiliterq̄ ſelenboni & aliis illius regni ꝑceribus quorū
cōmoditatibus ſemp ſtudere & prori erimus & volūcari. Bellū qđ i fo-
ribus vrbis hui⁹ accusabas tādū māſiſſe: beri ꝑ inducias annales ſubla-
tum eſt interea pax integra cōponet⁹. Turbide fuerunt res noſtre baſte-
nus nūclereneſcūt & vie ſecure fiunt Jacobus piccininus in marchiā ꝑe-
tit tranſitū Sigismūdo malateſta illaturus bellū. Sed hoc quorūq̄ incēdiū
extinguere amittit⁹ pōtiſex maxim⁹ qđ ſi ꝑ ſpe fecerit tota ferme italia cō-
quieſcet: & ad tutandū cōtra thurcorū ꝑſidiā vā xpī religionē liberius
intēdere poterit. Hec Procopio & cardinali ſi aſſit cōicata eē cupimus.
Tu vale ꝑ tua cōſuetudine noſtri memor. Ex vrbe tertio kl. octobris.

Indignatur papa epiſcopo herbipoleſ. propter pecuniā ſublatam: &
beſſer iniuriatum.

EPISTOLA CCXLI

Alixus eps seruus seruorum dei Theoderico archiepo moga-
c tino Salutē & apostolicā bñdictionē. Ex istis tuis quas in fauorē
venerabilis fratris nostri Iohānis epi herbipolen. nup ad nos mī-
sisti: plane pcepimus fraternitatē tuā de gestis ipis epi aliter instructā esse
q̃ veritas ipa requirit: nunq̃ em̃ tua moderationis integritas tameffica-
ces apud nos p̃ces p̃ eo porrexisset: si facta ipius apta tibi cognitaq̃ fau-
sent. Intolerāda nāq̃ & detestanda prorsus est eius p̃sumptio: qui pecu-
nias auctoritate aplica collectas & apud fideles man⁹ reconditas: aucto-
ritate propria violenter eripe & in vsus suos cōuertere nō erubuit. Et cū
nro nomine ad restitutionē iparū pecuniarū requireret: nō solū mādāta
nostra cōtempnit: sed in nos quoq̃ probra iacere & maledicta cōferre nō
dubitauit: nūciis quoq̃ nris quos honorare tenebat minas inferēs eos
ex territorio suo nō tam recedere q̃ fugere cōpulsit: cū nra & aplice sedis
iura requirerēt. Nec ē cur sub colore charissimi in xpo filii nri regis cipri
illustri excultationē protendant: tanq̃ ad illū ex ordinatione nri p̃deces-
soris dicte pecunie p̃tineant. Scimus em̃ abūde quid cū ipo rege sit agē-
dum: nec quisq̃ est tam parū habēs ingenii qui romanū pontificē de ta-
libus pecuniis liberā habere dispositionē ignoret que cū ita sint: tolera-
uimus tamē iam septē mensibus epi contumaciā & rebellionē: expectan-
tes nō sine māsuetudine si forsitan ad cor reuersus cū debita humilitate
errorē suū recognoscens oportune satisfaceret: sed quanto mitius secum
agimus: tanto auriorē eius contumaciā experimur. Miraremur certe si
quis q̃ alius eps eo mō erga nos se haberet. Sed multo magis in isto mi-
ramur quē nos ipsi p̃mouimus. Et nisi fallimur primus eps est quē nos
in pontificatu nro pronūciauerimus. Dolemus tales eē primitias nras:
cum potissime nobis infestū esse quem nostri honoris p̃ ceteris cupidissi-
mū eē decebat. Omittimus iuramentū ab eo nobis prestitū et verba que
sui p̃curatores nobis de eo fecerūt: cū presulatū cōmisimus: lōge aliter se
se habet q̃ vt putauimus vel nobis de ipo persuasum fuit. Verū quis p̃
tanta & tam notoria dicti epi rebellionē merito ad vltiora procedere &
cōuenientis animaduersionis in eū censuram extēdere deberemus: vt ta-
men p̃cibus tuis quantū cū deo possumus deferamus: & quanto maior
est dicti epi contumacia: tanto clemētia nra lucidi⁹ ostēdat: mādauim⁹
in causa ipa sic pedetentim procedi: vt posset interim: si velit tua fraterni-
tas dictū ep̃m ad debitā satisfactiōē inducere: ipse vero sese corrigēs cū
camera nostra sicut tenet cōcordare. Qz autē causam aliam dilectum filiu
Iohannez befler: & liberos eius concernentē ad partes alemanie remitti
petis: non est q̃ tuo desiderio concedere valeamus: nosti em̃ vt arbitra-
mur q̃ dure q̃q̃ acerbe seuitum esse dicitur per dictū episcopū in scul-
tetum vxorem & liberos. Quos postq̃ diris carcerib⁹ mancipauit: & ali-
q̃ diu grauioribus afflixit molestiis: vix tandem cum promissione vt ad
mandatum suum redirent extra territorium suum dimisit: bonis omni-

bus excussos paupes & miserōs: nulloq; nisi amicorum leuamie susten-
tandos: quibus q̄ difficile sit in partibus illis cum tali episcopo iudiciali-
ter contendere non ignoras. Sed agitur causa ipsa coram iudicibus rōre
nostre inter graues & optimos iuris interpretes: qui tam pauperi q̄ di-
uiti iusticiam ministrare consueuerunt: apud quos non potentia vel gra-
tia sed solum veritas valet. Si iusta est episcopi causa poterit per procura-
torem idoneum se defendere: si minus tolerandum erit iudicium quod
rite proculdubio in hoc negocio statuetur. Nos aut̄ fraternitatē tuā ex-
hortamur: vt pmissis cōsideratis ip̄i ep̄o ea suadeas q̄ tibi ad salutē & bo-
norē cedant: nec velis eius opa qualiacūq; sint ita tueri vt illi magis, errā-
ti q̄ nobis & aplice sedi recta monēti fauere videaris. Datū rome die. xv.
octobris. Anno. M. cccclvii. Dictata p̄ Encam.

Littere credentiarum.

EPISTOLA CCCXLII

Neas cardinalis feneñ. Io doco clecto vurarist lauiñ. Salutē pluri-
c mam dicit. Commisimus aliqua paternitati tue referēda nostro
nomine Bartholomeo canonico ecclesie nostre variniensis. su-
per rebz ecclesiam ipsam & antecessoris nostri bona concernentibus.
Rogamus igitur vt sibi in his que nostro nomine dixerit plena; creden-
tie fidem & in agendis oportunū fauorem prestare velis: sicut de tua er-
ga nos singulari charitate plene cōfidim⁹. Nos ad bñplacita tua oī tpe
parati & volūtarij sumus. Ex roma die. xv. octobris.

Laudat diligentiam legati & mandat concordiam inter impatorem et
regem hungarie conari.

EPISTOLA CCCXLIII

Alixus episcopus seruus seruorū dei. Dilecto filio Iohanni car-
c dinali sancti angeli apostolice sedis legato. Salutē & apostolicam
benedictionem. Ex litteris tuis diaci. xvii. Iulij datis intellexim⁹
te in partibus illis moraturum per aliquot tempus: vt quid thurci agāt
quidue parent facilius intelligas: ac nobis & filio charissimo nostri regi
hungarie q̄ celerrime significes. Intelleximus & antea que gesseris in re-
gno hose. Laudamus opera tua & omnia per te gesta prudēter & accu-
rate recognoscimus. Comendamus quoq; circūspēctionem tuam & ani-
mi cōstatiā ac bonitatē que dū xp̄i dei nri negociū agit: nec labore fran-
gī nec timore deiici: neq; periculo vllō a seō pposito detineē. Multa
tibi debet apostolica sedes: & quidē p̄ singulari virtute tua: proq; graui-
bus laboribus quos perpeesus es scimus nos plurimū tibi obligatos: co-
nabimurq; vita comite p̄ tuis meritis psonā tuā honorare: nūc tamē ne-
cesse ē vt p̄seueres in sancto ope: psonāq; tuā a labore cepto nō retrabas:
sed pro tua excellēti prudētia in his cōtinues q̄ salus ecclesie ex te depo-
scit. Cūq; ad res fidei cōtra thurcos p̄spēcte dirigendas maxime necessa-
riū sit. vt charissimi in christo filij nostri Fridericus imperator romanorū.
& Ladislaus hungarie atq; bohēmie rex inter se conciliati: in thurcos ar-
ma conuertant: sitq; modo quedam dicta inter eos indicta ad pacem tra-

Etandam: in qua dilectus filius nobilis vir Ludouicus Bauarie dux fati-
 q̃ mediator futurus asseritur: vtile nobis videtur & quodammodo ne-
 cessarium: vt & tu quoq; eo te conferas in tam sancto opere nostro nomi-
 ne tuas partes adhibiturus. Eapropter mandamus tibi vt nisi alia causa
 magis necessaria in hungaria te retineat ad imperatorem & regem prefa-
 tos gressus tuos q̃tocius dirigas eos ad pacem ducere coneris: & omnia
 facias que tibi videbuntur ad reconciliationem ipsorum principum ne-
 cessaria. Etenim videtur rebus agendis omnino conducere q̃ tu dictos
 principes adeas: siue per ipsum ducem ante tuum aduentum pax cōdu-
 datur ituc non: nanq; si pacem factam inueneris quod deus pro sua mi-
 sericordia largiatur: habebis expeditam viam qua principes ipsos ad du-
 cendū contra thurcos exercitum efficaciter inuitare possis: & alia multa
 sunt in alomania gerenda que tuam presentiam exposcunt. Sin vero qd̃
 ab sit concordiam nondum factam inueneris: laborandum tibi erit totis
 viribus vt eam perficere possis. Nisi enim principes ipsi depositis inter
 se discordiis ad cōmune bonū vniuerimes fiant: non videmus quid p̃ bun-
 gariam contra thurcos patrari possit laude dignum aut existimatione.
 Verum quia sepe occurrunt in quibus personaliter adesse non vales &
 tamen tuam diligentiam exposcunt: misimus ad te dilectum filium Lau-
 rentium rouarellam sacre theologie professorem & subdiaconum no-
 strum: quem mittere possis ad ea loca que tu ipse adire non vales. Is em̃
 sicut in mandatis a nobis habet quicquid iusseris exequetur: & a tua vo-
 luntate nullatenus deuiabit. Insuper vt intelligas que nunc in partibus
 rheni per electores imperii tractātur: facimus tibi copiam litterarum no-
 strarum quas imperatori transmittimus: vt fm̃ scripta nostra & tua; sin-
 gularem prudentiam eo te melius gerere vales: quo fueris de singulis
 occurrentibus plenius informatus. Datum rome die. xvi. octobris. An-
 no. M. cccclvii. Dictata per Eneā.

Deliberatioe hita rādere polliceē. **EPISTOLA CCCXLIII**

Alxtus eps seruus seruorū dei. Charissimo in xpo filio nro Ka-
 c rolo regi francie illustri Salutē & apostolicā bñdictionē. Audiui
 mus ea q̃ dilectus filius Nicolaus parui secretarius tuus ex parte
 tua seriose nobis exposuit: sup̃ nōnullis negociis venerabilē fratrem no-
 strum vūlhelmū ep̃m ratenē. & quendam Iohannē de albiest militem
 nouatē. diocelis ac nōnullos officiales tuos p̃cernētibus. Intelleximus
 q̃ plane desiderū tuū eo intēdere vt p̃fatus miles simulq; dicti officiales
 tui a nōnullis excōicatiōis & aliis cēsuris ecclesiasticis p̃ dilectū filiū Jo-
 hannem tinetoris causarum sacri palatii nostri auditorem & capellanum
 nostrum: ad instantiam dicti ep̃isopi fulminatis absoluantur: & nibilo-
 minus aduersū dictū ep̃m causa cōmittat sup̃ nōnullis excessibus: q̃ ab
 eo siue eius p̃curatore in psonis exēcutorē quarundā itarū n̄rarū ad pe-
 ritionē tuā venerabili fratri nro archiepo turonē. dū cētaz p̃missi et per

petrati dicuntur: voluimus pro nostra informatione etiam ipsius episcopi procuratores quid diceret intelligere & consideratis oibus hinc inde relatis: quis causa nobis perplexa videat ac difficilis: serenitati tue que de nobis & apostolica sede plurimum merita est complacendum duximus quemadmodum secretario tuo prefato plene respondimus. Datū rome. iiii. kl. decembris Anno. M. cccclvii. Dictamen Enee.

Hortatur rationibus notabilibus ad concordiam cum imperatore & excusat se de rumoribus aggrauationis germanice nationis.

EPISTOLA CCCXLV

Alixus episcopus seruus seruorum dei. charissimo in christo filio Ladislao regi hugarie illustri. Salutem & apostolicam benedictionem. intelleximus non sine gravi displicentia mentis nostre & amaritudine cordis: quod adhuc inter charissimum in christo filium nostrum Fridericum romanorum imperatorem augustum & tuam serenitatem: non solum discordia sed apertum bellum perduret: & hinc inde subditi vestri vexantur & lacerantur. Queres tanto molestior nobis est quanto maius exinde christiane reipublice detrimentum resultat. Est profecto res detestabilis quod vos qui vna ex familia nati estis proximi sanguine: fratresque patriales: tantis adinuicem odiis feruetis: ut etiam armis decertetis. Dolendum est quod opulentam & nobilem patriam vestram nunc ferro nunc igne dissensio vestra deuastat: & illas vires inter vos consumitis quas deberetis in hostes fidei pro tutela christiane religionis effundere. Et quis imperatori prefato tanquam primo inter seculi principes aduocato ecclesie & protectori fidei catholice potissime incubat: pace in suo imperio procurat: totis conatibus in eos militaria signa transferre qui nomini christiano insultare nituntur. Tibi tamen non minor cura esse debet ad hostes fidei propulsandos: & maxime thurcos qui regno tuo hungarie latissimo & quondam florantissimo non solum vicini sunt: illique molestias indies inferunt: sed etiam non paruas eius provincias sibi usurpauerunt. Dolemus certe & angimur vehementer: cum indies ex illo regno christianos capi & in barbaricam deduci captiuitatem accepimus: miramurque te non maiori studio teneri pro defensione ipsius regni quam videamus: qui dum in austria cum patruale tuo contendis prefati regni curam postposuisse videris: tanquam plus doleas vnam tibi per christianos villam auferri quam si per thurcos vna provincia sumptat. Certe illud palam est quod cum tu & dictus imperator inuicem discordes estis: & domestico bello impliciti non solum hungaria sed tota fere christianitas in periculo ponitur. Nam quomodo gallici & hispani vel anglici contra thurcos exercitum ducere curabunt in remotis agentibus: quando vos qui prope estis: & quorum potissime res agitur: inter vos dissidentes nihil cogitare videmini: super his que thurcorum perfidia gens aduersus christianos indies molitur. Est igitur super quod dicere possumus periculosa hec vestra discordia: nec vidimus quin mala infinita prorumpant: nisi quam celerrime tu & imperator prefatus simul conciliemini. Audiuimus tamen vnum quod nobis con-

solationi est: dilectum filium nobile virū Ludouicū bauarie ducem in austriam descendisse: concordiam inter vos tanq̃ comūne amicum practurum: nos aut̃ dilecto filio nostro Iohanni cardinali sancti angeli aplice sedis legato: qui iam dudum p̃ salute regni tui hungarie: proq̃ comūni christianorum vtilitate nō sine magnis laboribus & expensis ibidez commoratus est: litteras dedimus vt ad imperatorē & tuam serenitatē confestim se conferens: omne studiū suū ad id conuertat vt tandem lites vestre tollant̃ & penitus sopiantur: redeatq̃ ea inter vos beniuolentia quā propinquitās vestra requirit: & nos desideramus. Interea dilectus filius Laurētius rouarella sacre theologie professor nunciū & subdiaconū noster: simul cum dilecto duce ad eam pacē pro viribus se agitabit. Vel itigitur tua serenitas ad ea que pacis sunt animū inclinando ita se habere: vt iam deniq̃ finis imponatur domestice dissensionis vestre: nec velis audire eos qui fomenta suggerunt dissensionum: sed modos quoslibet idoneos perquire: vt in austria ceterisq̃ tuis dominis pacificatus ad defensionem hungarie predictorūq̃ thurcorum exiciū insurgere possis & ita efficias vt imperator tuam erga se charitatem intelligens vnatecū vocatis ex alemania subsidiis exercitum pro tutela fidei & regni tui salute ducere inuitetur. Insuper quia nōnullos p̃ germaniā rumores eē audiūmus tanq̃ nos nationem ip̃am diuersis modis aggrauemus. mittimus copiam litterarum nostrarū quas imperatori dirigimus tam super pace tecum habēda q̃ sup̃ rumoribus bmoī: vt si forte ad aures tuas oblocutiones istiusmodi puenerint: habeas ex nobis vnde fereuitatem & innocentiam n̄ram tueri atq̃ ostēdere possis: hec scribimus tibi pro ea charitate qua p̃ onas tuā prosequimur: qui postq̃ te hic rome in minoribus cōstituti vidimus: & tuā indolem adhuc in etate tenera considerauimus ab illo tēpore personā tuā tam singulari quodam affectu dilexim⁹: & ex istimantes te pro magno aliquo christianitatis bono ad maxima referuari. de bona valitudine tua ac felici statu semp̃ curiosi fuimus. Tuū nūc est que a nobis scribūtur bona mēte recipe: & spem quā de tua p̃bitate concepimus adimplere. Datū rome. Anno. M. cccclvii. Dictamen Enee.

Consulatur meliorem eē pacē certam q̃ desperatam victoriam.

Neas cardinalis senensis

EPISTOLA CCCXLVI

c Sigismūdo malatesta Salutē plurimam dicit. Fuimus hoc mane cū sanctissimo domino nostro dum cancellarius tuus audiretur: & intelleximus que dicta sunt tam p̃ sanctitatē domini nostri q̃ p̃ ipsum cancellariū sup̃ cōtrouersia que inter serenissimū regē aragonum & te ē. circa quam rem etiā seorsum dñs n̄r nobiscū locutus est. In summa videmus ip̃m dñm n̄m affectū eē statui tuo: velleq̃ ei sp̃ bene consultū esse. Oportet tamē suā sanctitatē habere respectū nō modicū ad p̃fatū regem aragonū & h̄re oculū ad terras ecclesie: & iō necesse ē vt prudēter se habeat: nec pōt̃ semp̃ oīa facere que vellet. Quib⁹ ex reb⁹ cōsideratis oībus

pro directione rerum tuarum ad euitandum pericula que possunt emergere videtur nobis consultum esse quod tu de summa pecuniarum quas regia maiestas a te petit offeras illam quantitatem sine ulla dilatione persolvere que liquida est. De parte autem alia super qua prendis non teneri: prebeas mentes in qua dicta pecunia parata sit ad requisitionem regis casu quo sanctissimus dominus noster decerneret te obligatum esse: & affirmes te velle stare determinationi domini nostri. Et hec videtur nobis via rationabilis: nec putamus alio modo rem bene sopiri posse. Rogamus ut consideres omnia: & recipias consilia eorum qui te amant: nec velis pro modica pecunia te in periculo ponere: quia non est parvus aduersarius tuus: nec res bellice semper ex opinione succedunt. Melior est multo certa pax quam desperata victoria. Scimus te non libenter audire consilia. Quia tamen periculum prouincie timemus: non possumus facere quin ea que nobis videtur utilia significemus. Tuum est in bona parte recipere que a nobis sincera mente scribuntur. Datum rome sexto kalendas decembris.

Petit adiuari ad consecutionem episcopatus varinien.

Neas cardinalis senensis.

EPISTOLA CCCXLVII

e Jacobo lodouico medico. S. p. d. Habuimus ex ferraria litteras tuas libentius te vidissemus pro charitate quam sumus tibi affecti. Deo deus ut aliquando simul reperiamur. Faceremus libenter omnia que possemus pro tuo honore & utilitate: sed non videmus modo commoditatem: tempora enim mala sunt: sed si quid occurrat non erimus tui immemores. Rogamus ut comendes nos imperatorie maiestati & iunior latorem presentium ad expeditionem suam in facto nostre ecclesie varinien. quam si obtinere poterimus: non erit quin utilitas tibi redundet. Salutes ex parte nostra Ulrichi ridder & ualterum zebinger ac cancellarium imperialem & alios amicos nostros. Dolemus multum de captura episcopi gurgien. & Iobannis vngari & aliorum utinam possemus eorum liberationem procurare: nihil omitteremus ex nobis possibilibus. Iobannem binderbach cupimus nostro nomine saluari: simulque dilectum filium nostrum Fridericum cum coniuge tua honestissima. Vale in christo optime nostri memor & amans ut soles. Datum rome vii. kalendas decembris.

Emittuntur plura apostolica scripta contra murmurantes de gravamine nationis germanice.

EPISTOLA CCCXLVIII

Neas cardinalis senensis. Laurentio rouarelle. Salutem plurimam dicit

A latore presentium recipies quattuor bullas apostolicas & unum officium transfigurationis. Ex bullis unam reddes imperatori simul cum officio & breui sibi directo. Alias bullas curabis mittere tribus principibus electoribus simul cum breuib. Extant & alie tres bulle apostolice simul cum duobus officiis ac tribus breuib. Officia diriguntur regi hungarie ac domino legato: bulle quoque eisdem: tertia vero strigoni. sed hec o a mittimus. et alium nuncium qui post biduum recedet. Si te inueniat in

curia regis hungarie assignabit tibi ea: sin autē tradit per seipsum regie
maiestati que tibi diriguntur. Alia vero curabit trāsmitti archiepiscopo
& legato. Nec alia circa hec. De negotiis rheni multa referunt nō bona:
propter que necessariū erit vt cōprimū cū consilio impatoris & cū litte-
ris suis ad partes illas te trāstēras & labores iuxta cōmissionē tibi tradi-
tam. Interea bonū est vt pēires q̄ imperatoria maiestas scribat archiepī-
scopo magdenburgen. simulq; rigensi: & in primis treueren. & saltzbur-
gen. vt si quant ad aliquā conventionē in factis ecclesie non cōsentiant:
sed ad seipsam omnia referant que queruntur. Et suadeat vt si qui sunt qui
nouitates querant illis nō assentiant quia periculū est in mora. Habebis
mox alias litteras domini nostri qui plenius de hac materia ad te scribet
& intelliges rei grauitatē ac periculū bonū est etiā laborare apud ducē
bauarie Ludouicū: vt scribat palatino rheni consanguineo suo ne se im-
plicit conuentionibus eorū qui contra sedem apostolicā aliquo modo
moliunt: persuadendū sibi q̄ multo facilius filii principū promouebun-
tur per sedem apostolicā q̄ per capitula vel ordinarios. Et hoc bñ cu-
ra in auribus principū cōculcare quia veritas ē. Vale & scribe sepi⁹ quo-
modo tibi succedat. Datū rome. viii. kl. decēbris.

Hortatur ad excusationem grauaminis germanice nationis.

EPISTOLA CCCXLIX
c Alixtus episcopus seruus ser. uorum dei. Dilecto filio Henrico leubing notario nōstro. Salu-
tem & apostolicam benedictionem. Intelleximus veridico rela-
tu nonnullos esse principes germanie nationis ecclesiasticos & secularē
res qui de nobis & de nostra curia murmurantes nationem germanicā
quāmiū per nos grauari pretendūt. Id faciunt more hominū qui sepe bo-
nū qd habēt nō cognoscūt: nec sub alicuius regimie quātūcūq; optimo
quiescere pnt. Scimus te deuotū esse sancte sedi aplice: & nostri bonoris
cupidū: nec placere tibi ea que pter ordinē fiūt. Eapropter mittimus tibi
copiam nōnullarū litterarū quas charissimo in christo filio nostro Fride-
rico romanorū impatori semp augusto sup hac materia dixerimus vt in-
telligas plenissime mentē nostrā. Et habeas ex nobis quō bis respōdere
possis qui nobis detrahūt. Hortamur etiā pro zelo quem geris ad ro-
manā ecclesiā: vt sumpta oportunitate venerabili fratri nostro archiepī-
scopo magdebur. qui sicut accepimus ad nouitates mutat. que imperz
tori prefato scribimus: aut litteris aut verbo cōmunicēs: ipsumq; horte-
ris ne peregrinas sequat opinioniones: sed more pdecessorū suorū in solida
sancte sedis aplice doctrina conquiescat. Idem etiā facies apud dilectū fi-
liū nobilē virū: Fridericum marchionē brandeburgen. sacri romani im-
perii electorē & apud alios vbi videris esse necessarius. In qua re non so-
lum nobis sed ipsi deo cuius res agitur plurimū complacebis. Datū ro-
me. Dictata p Eneā.

Hortatur audire suo noie loquentē.

EPISTOLA CCCL

1512
1467
50

Alixus eps seruus seruorum dei. **Charissimo** in Christo filio **La-**
c **dislao** regi **hūgarie** illustri. **Salutē & apostolicā bñdictionē.** **Au-**
diuim⁹ ea que dilectus filius **vuenceſlaus** canonicus **vuratiſlaui**
ensis tuo nomine nobis exposuit: & quantū cū deo potuimus & vt sem
per in animo gerimus: desiderio tuo satisfecim⁹. Diximus eidē quanto
desiderio cupiamus te cū charissimo filio nro **Friderico** romanorū impe
ratore reconciliatū ad ea tendere que pro defensiōe fidei catholice & tui
regni **hungarie** tutela necessaria ee vident⁹. Et quanto cū ardore cupim⁹
regnū illud **bohemię** sub tuo regimine extirpatis heresum dogmatibus
ad vnionē veraz sanctę matris ecclesie reuerti: super quib⁹s rebus velis
ipm **vuenceſlaum** nro noīe loquētē audire: & sicut de tua in cōe bonum
affectiōe cōfidim⁹: nos tandē in pmissis cōsolari. **Datū rome kl. decēbris**
.M. cccxvii. Per Eneā dictata.

Excusatoria grauaminis **germanice** natiōis.

EPIS. CCCLI

Alixus eps seruus seruorum dei. **Dilecto** filio **Nicolao** cardinali
c **sancti Petri** ad vincula **Salutē & aplicam bñdictionē.** **Cōsidera-**
uimus diligēter ea que nobis scripsisti sup practicis quas nō nul
li principes ac prelati in partibus **rheni** tenere dicuntur in negociis eccle
sie: perpēdimus quoq; consiliū tuū salubre & optimū eē. Eapropter scri
psimus charissimo filio nostro **Friderico** romanorū imperatori semper
Augusto: sicut per copiam presentibus insertam videbis: cuius tenore
perfecto habebis ex nobis quomodo bis obuiare possis: qui nostruz &
apostolice sedis honorē confundere nituntur. **Hortamur** igit⁹ vt scripta
nostra vbicūq; necessariū esse videris publicari & mentis nostre serenita
tem sicut teneris & de tua in cōe bonū affectiōe non dubitamus manife
stari procures. **Datū rome. Per Eneā dictata.**

Murmur grauaminis **germanice** nationis reseratur: & notabilibus ra
tionibus enervatur.

EPISTOLA CCCLII

Neas cardinalis **seneñ.** **Martino** cancellario archiep̄i **moguntini**

c **.S.p.d.** **Fuit** nobis epistola tua nō minus iocūda & grata: ex qua
valitudinē tuā simulq; cōiugis tue bonā eē cognouimus. & na
tum tibi esse filiū quē archiep̄s **mogūtinus** pro sua benignitate de sacro
fonte leuauit: quod tibi & bonori eē & vtilitati nō dubitamus. **Faxit** de
us vt filius superstes sit: & tue virtutis heres atq; doctrine. **Audiuimus**
deinde que vir probus & modestus vigandus eiusdeꝝ archiep̄is scopi se
cretarius tuo nomine nobis exposuit: que duo principaliter fuere. **Pri-**
mo em̄ que fiunt apud **moguntinuz** de sanctissimo domino nro & ipius
corā iudicis querele narrauit ex ordine. **Secundo** retulit quo animo sit
idē **mogūtinus** contra romanā ecclesiam & ipm sanctissimū dominū no
strum: & quomodo ad obuandū peruersorū hominū machinationibus
necessariū tibi videtur intelligētiam quandam fieri inter sanctissimū do
minū nostrum & ipm archiep̄iscopū. **Intelleximus** etiam per que media

eandem intelligentiā recipiendas esse putas. Sunt non parua que nobis
 significas neq; illotis attingēda manibus. Facis nobiscum vt amici cum
 amicis solent: libere atq; apte loqueris & confidenter que geris in anio
 patefacis. Id vō ex amore fieri cognoscimus tem veteris amicitie memo
 rem antiquū seruare morē aduertimus. Cum simul in nouacuitate de
 geremus nihil tunc tā arduum fuit: nihil tā abditū atq; secretū quod alter
 nūn non cōicaret alteri: facis probe qui longo licet locorū intervallo dis
 iunctus nobis nihil putas reticendū esse. Faciemus & nos idē erga te.
 Aperiem⁹ tibi omī ex parte animū nūm atq; (vt amicitie nostre cōuenit)
 summa cum libertate loqmur. Considerauimus igit in primis que dicun
 tur cōtra summū pontifice apud germanos fieri murmura. Nec miramur
 siquidē nullus vnq; locum beati Petri tenuit qui non latrantius dentib⁹
 impeteret. Nec magnū putamus si quis detrahit calixto cum magis ei⁹
 sciamus detractum fuisse xpō. Verax est em saluator ipse nec poterit veri
 tas nostra mentiri quia non est discipulus sup magm nec seruus maior
 domino germani tñ (si verū fateri velint) similiterq; reliqui xpiani nihil
 habent cur de calixto murmurare possint. nisi q; eū pontificē tradidit no
 bis deus quo digni nō fuimus. Neq; em huius sanctissimi presulis mo
 res plebi sue conformes existunt: qui cum diuinā in terris agat vitam: an
 gelis potius debuit prefici q; hoibus. Nihil pius pater quod suum est q
 rit. cogitatus suos oēs iactauit in dño. bonorē xpi saluator⁹ nostri: defen
 sionem fidei: decus ecclie: salutē plebis toto conato: toto studio: tota mē
 te pquirat. Nisi fuisset exacta ipsius solertia & incredibilis ad cōe bonus
 iam thurcorū feritas nō hungariā modo ptriuisset: sed ipsam quoq; ale
 mania in fests armis petens: xpianis omnibus terrorē simul ac laborē in
 cussisset. Nam si victi apud hungariā & pstrati sunt magni thurcorū ex
 ercitus: non est cui post deum alteri gratias q; calixto xpiani debeant. Ipse
 em solus fuit qui torpentibus ac pene dormientibus xpiani orbis princ
 pibus legatum in hungariā misit hungaros cum thurcorū induciarū fede
 ra querētes prohibuit: labentes animos erexit: copias congregauit: bel
 lumq; illud comittere suauit in quo primū etate nostra thurcorū domin⁹
 turpissime fugere visus est: & salus xpiano populo parta. Tacemus que
 gesta sunt in oriente p classem aplicā: & que in albania & aliis q pluribus
 locis ipsius domini nostri pecuniis p tutela fidei indies geruntur. Nihil
 aliud tua sanctitas in anio gerit q; suo tpe ita inimicos salutare cūcis bu
 miliare. vt tandē vocatus a dño credita sibi eccliam in statu securo ac trā
 quillio relinquat. Ob quā rem nescimus pfecto quid sibi velint qui tam
 sanctum prelulē & tñ de cōmuni vtilitate sollicitum calūniari psumunt.
 Nam q; aurum a vobis extorqueat iniqua est ppsus accusatio. Nihil em
 preter consueta iura recipit nisi fortasse sponte sua nōnulli in classem con
 tra thurcos offerat q; paucissimos eē constat. Vtinā tot eēnt qui tāte rei
 ac necessarīe optime subuenirēt. Ecclesiarū electiōes canonicas qui dicūt

a sua sanctitate p̄tēni. aut ecclesias metropolitanas seu cathedrales in ale-
mania referuari longe a veritate recedunt. Nulla electio reiecta est quam
cōstitit fuisse canonicā pōtifficalis ecclia in alemania nulla referuata ē: spe-
cialiter a dño nro cōtra cōcordata v̄sa. nec est eius p̄positū neq; fuit hactē-
nus quicq; agere. Et quīs nemo imputare possit si sua sanctitas dignita-
tes principales in collegiatis ecclesiis siue primas post pontificiales refer-
uauerit: neq; enim cōcordata in hoc aduerfant non tñ inuenient facile re-
seruationes beneficiorū nisi p cardinalibus aut aliquibus fortasse maxi-
mis viris ab eadē sanctitate emanasse. Itaq; nescimus quo vultu quo ore
qua deniq; audacia p̄sumant aliqui sanctissimo p̄suli nostro detrabe-
re. tanq; nationi vestre onerosus existat. qui p̄fecto non tantum nationi
hispanie vnde sibi origo est: quantū germanice affectus eē videt: & qui
diuinitus nobis datus est vt hoc piculoso tempore ab infidelium incur-
sione maximeq; thurcorū impetu orthodoxam xp̄i religionē non soluz
tueret sed etiam eleuaret & ppagaret. Laudamus igit & omī honore di-
gnum reputam⁹ archiep̄m moguntinū: qui reiectis malignantiū insidiis
apud ip̄m dñm nostrā sanctamq; sedem aplicaz omniū fidelīū matrē atq;
magistrā pmanere decreuit. Facit qđ doctum quod prudentē qđ bonuz
prelatū decet: qui peregrinas respuens opiniones: in solida sancte roma-
ne ecclesie doctrina: & in ipsa xp̄i petra pedes figit. Facit modo qđ fecit
dum alīs eadē qucerent que modo tentant. Nunq; em̄ Eugenio sancte
memorie summo pontifici defuit: quīs multi ex germanis in illuz dese-
uient. nouit oīa noster pontifex. eiusq; p̄bitati miro mō afficē: nec vnq;
eius noīs absq; singulari laude meminī: ita vt certissimi sumus nūq; ip̄i
petitiones in conspectu huius p̄sulis vanas fore: que digne audire vī-
deant. Ceterū quod secūdo loco secretarius antedictus exposuit: nobis
alienuz vīsum est qđ ex viro docto ex iuris interprete & magnis versato
causis prodire debet: nouisti em̄ romanū p̄sulem vnicū eē principem cui
oēs obedire tenent: petri & Pauli locū tenere qui sedet in aplico throno
xp̄i vicarius est qui romane p̄sudet vrbi. non est igit cur se cuipiā intelli-
gentie nomie vel federis obliget neq; subditorū est cum dñis suis federa
querere: nec tamen fortasse ita loqueris vt romanoꝝ p̄sulem ex intelli-
gentia queras obligare quod nosti quantū iura p̄mittant. Sed aduer-
timus que petis intelligēt iam magna p̄fecto & que nos aliquantulus
de tua compulerint admirari. Scimus quia cum amico omīa confidēt
agis. Idem & nos facimus. Vtimur respondendo ea fiducia qua tu inter-
rogādo es vsus. Equidem indigna putauimus que nomine archiep̄i pe-
terent. nec arbitramur eos bene agere qui archiep̄o ea petenda suadent:
quīs nec sue menti que semper modestissima fuit talia credimus eē p̄sua-
sa. Sue nanq; dignationi id satis esse debet vt añcessorib⁹ suis equalis exi-
stat. Neq; illa querit que ante centum annos nullus obtinuit archiep̄us.
Rectum & laudabile fuit p̄positum eius: si neq; romanū pontificem mi-

norem nec se maiorem suis antecessoribus esse velit. Illud quoque attente considerabit quisque ecclesie moguntine presuerit ut neque romana sedes conculcetur aut quouis modo damnetur. Certum est enim quia languente capite nequeunt membra consistere: neque possunt riuuli non arescere fonte siccato. Salus ecclesiarum omnium profecto ex romane sedis precellencia & summa auctoritate dependet. Quibus ex rebus non essemus ausi ea quoquo modo aperire domino nostro que nobis pro intelligentia contrahenda significasti. Sunt enim enervatiua apostolici iuris & non minus profecto preiudicii preferentia. Et illa presertim que de confirmationibus pontificalium ecclesiarum attigisti: non ignoras ut credimus qualis sit ipse dominus noster: quanta est in eo circumspectio. quanta omnium rerum notitia: quanta grauitas atque constantia. Et si enim omnes laudandi sunt quos nouimus romani presules: hunc tamen omnibus preferendum putamus qui cum vite mundissime sit & omnia gerat commendatione digna: tum pro his conditionibus predictus est ut falli non queat. Est enim etate grauatus. Versatus est in arduis & magnis negociis. Doctrina ea perfuset cui similis nemo est qui audierit in antecessore suo. Itaque non facile decipiendus qui tum multa per etatem viderit: tum conscientie lumen cum rerum magnarum experientia coniunxerit. Rideret nos sua sanctitas siquidem ei preponeremus doctissimis eius aurbus quoquo modo indignis: atque ob hanc causam non presumpsimus ea sibi referre que tuo nomine exposita sunt. Neque enim sua pietas eos probare solet qui res minus iustas sibi preponunt. Verum ut ad grauamina nationis vestre redeamus: si quid est quod commendatione egeat laudamus id sanctissimo domino nostro significari. Nec dubitamus quin sua sanctitas debito modo prouideat. Illud autem nobis exploratissimum est. archiepiscopum. scilicet prefatum in optima reputatione apud sanctissimum dominum nostrum esse: fauoremque sibi & oportunum presidium ab eo nunquam defuturum. Certo scimus aduersus omnes qui sibi molesti fuerint: quod si eorum oratores huc venerint recipientes profecto benigne & humaniter tractabunt. nec duras inuenient applicas aures in his que concessu digna petierint. Quod propterea dicis serenissimus imperator & ipse archiepiscopus si se cum sancta sede applica intellexerint facile impedituros aduersantiam machinamenta. Id quidem credimus & ita factum esse nouimus in superioribus annis. At cum imperator prefatus cum sanctissimo domino vnanimis sit: nec unquam ab beate sedis deuotione declinauerit: curandum est ut ipse archiepiscopus idem agat. In quare cum multa tua consilia possint: rogamus ut in hoc tuos intendas neruos velisque doctrine tue nomen in defendenda romane ecclesie auctoritate potius quam impugnanda clarum facere. sic enim & moguntine ecclesie recte consulens: & tibi & tuis amicis utilitates crescent & accumulabuntur honores.

Datum rome. xii. kl. octobris. Anno domini. M. cccc. vii.

Destinat legatus apud nuptias ladiisai regis, EPIS. CCCLIII

Alixus eps seruus seruorum dei. Dilecto Iohanni filio cardinali
 c sancti angeli. S. & a. b. Ex litteris que de partibus austrie ad curiam
 nostram indies deferunt: intelligimus dilectionem tuam cum li-
 tere ille scriberent adhuc fuisse in hungaria: de qua re plurimus admirati
 sumus: cum iam pridem tibi scripsimus vt ad partes alemanie te confer-
 res: eam discordiam pro tua facultate sedaturum: que inter charissimos filios
 nostros fredericum romanorum imperatorem: & ladislaum hungarie & bo-
 mie regem versat: que quantum periculosa sit & quantum reipublice xpia-
 ne damnoſa pro tua singulari prudentia non ignoras. Nescimus que te
 res tam diu retardauerit: cum non lateat non minus utile fore dictos prin-
 cipes adinuicem reconciliare quam turborum perniciosos obuiare conatibus.
 Si quidem noxia multa sunt intestina bella quam externa: & frustra bis g-
 foris sunt resistimus si alius qui intus sunt vulneramur. Itaque voluissimus
 te quamprimum recepisti litteras nostras ad imperatorem & regem prelatos iter
 arripuisse. quod quidem fuisse nostro iudicio expeditissimum. Verum cum
 nouissime nobis relatum sit dictum hungarie ac bobemie regem circa fe-
 stum sancti Martini proxime futurum decreuisse bobemiam petere: vt sibi
 sponsam suam charissimi filii nostri Karoli regis francie natam conducere fa-
 ciat: & cum eadem ibidem solenes nuptias celebret: pro qua iam fertur
 oratores misisse. Committimus tibi & harum serie mandamus: vt omnibus
 aliis post habitis ad ipsum regem quam celerissime te conferas: eiusque nuptias
 tam sui quam dicti regis francie consideratione nostro & apostolice sedis nomi-
 ne vt dignum est tua presentia honores. Erunt enim vt fama est be nuptie plu-
 rimum excellentes ac magnifice tam respectu personarum inuicem contrahentium
 quam principum qui conuenturi eo dicunt: cum non solum dilecti filii nobiles
 viri bauarie & saxonie: duces marchionesque brandeburgensi. cum coniugi-
 bus. Etiam charissimus filius noster casimirus rex polonie: simulque con-
 sors eius regina earundem nuptiarum celebrationi asserant interfuturi. Con-
 sideramus autem quod in tantorum conuentu principum multa tractabunt: in qui-
 bus erit tua presentia nedum utilis sed etiam necessaria: per quos religio
 nostra contra turborum impetus defendat commode tractare. Et cum sint
 ibi nonnulli male de fide catholica sentientes eorum malicia ne quid in tanta
 congregatione nocere possit oportune obuiabis. Quibus ex rebus ne-
 cesse est vt eidem congregationi prorsus interesse cures: & ita nos dilectioni
 tue iterum atque iterum committimus & mandamus: responsum tuum super
 his quam celerimum expectantes. Datu rome die prima octobris Per Ene-
 am dictata. 1456

Mortatur legatum quam celeriter nuptias regis adire.

Neas cardinalis senensis Jo-

EPISTOLA CCCLIII

c banni cardinali sancti angeli. S. p. d. Cognosces ex litteris sanctis-
 simi domini nostri quam necessaria sit presentia tua in nuptiis. quas sepe
 nissimis rex hungarie celebraturos est in praga. Ob quam rem quis non

puto necessariū dignationem tuam adhortari vt celerime eo se cōferat
 quia tamē eius rei utilitatē non solum animo percipio sed manibus quo
 damodo vti ita loquar palpare videor: non possum facere quin tanq̃ ser-
 uitor & filius tuus ea scribam que bonorē tuum cōcernere aiaduero. Sa-
 ne q̃uis pietas dñi nostri id iudiciū de tua dignatione faciat. quod de vi-
 ro prudētissimo & optimo habēdum est: q̃uisq̃ om̃ia que p te facta sunt
 miro modo cōmēdet. Illud tamē plurimū admirat q̃ dissidētibz inter
 se serenissimis principibz romanorū impatore & hungarie rege nō statim
 te ad sedandas eorū discordias sepositis aliis negociis pparauisti. cū cer-
 tum sit illis inter se contēdentibus non solum nobilē illam austrie prin-
 ciā cōturbari: sed etiam thurcis viam pberi qua facilius ad xpianitatis
 inuasionem prumpere possint. Videt igit mibi admodū expediens q̃
 tua dignitas ad p̃stas nuptias iter suum accederet. que vt extimat men-
 se ianuario aut tardio februario celebrabūt. Erit cōuetus ille celeberrim⁹
 in quo duo reges & tot principes cōparebunt. Nō dubito quin magna
 ibi tractent: & vt arbitror quin principaliter agitant in eo loco nego-
 cia. nanq̃ cum lites impatoris & regis nōdum cōposite sint: erit cura illo-
 rum principum in primis illas sedare. Inter polonie regem & fratres sc̃te
 Marie theutonicorū age de p̃cordia. Bobemi de suis articulis curiosi erūt
 Illi qui sunt in rheno & res nouas cōtra sedem apostolicā praticare nitū-
 tur nō omittent p oratores suos ex cōuentu aliquid attētare. Postremo
bus illis in celum ascendat. Quid hic post tot signa dicemus? An non in
terrogatus a discipulis Iohannis: Tu es qui venturus es an alium expe
ctamus? Interrogatores ipsos ad miracula remissit. Certissima quippe di
uinitatis argumētatio est miraculorū ostensio. Qz si nōnulli philozop̃o
rum naturam ipsam deam eē putauerunt: cur nō magis deus ille creden
dus est: qui nature dominium se habuisse miraculis patefecit. Dicat for
tasse aliquis Moysen: Helyam: Heliseum: ceterosq; prophetas & ipsi
us Christi discipulos: signa & portenta fecisse: ac nature cursū retinuis
se: non tamen fuisse deos. Verum est id quidē: sed neq; illi deos seie dixē
runt. Mentiri em̃ & miracula facere supra naturā q̃ xps fecit nulli ē dātū.
Sicut apud Iohannem testatur cecus a domino liberatus. Scim⁹ inquit
quia peccatores hoc est mēdaces deus nō audit. Et nicodem⁹. Rabi
scimus inquit quia a deo venisti. Nemo em̃ pōt̃ hec signa facere q̃ tu fa
n̄ iai

cis nisi esset et eo deus. Ad hec que retulimus & alia quæ plurima de xpo
miracula sacrosancta quatuor euangelia tradunt quattuor vberissimi testes
affirmant. Accedunt epistole doctoris gentium Pauli et actus apostolorum. Ex quibus
palam sit ea signa xpm fecisse per que nature dominus ostenderetur. Fuit igitur cum
deus & ipse verax: neque enim medicibus deus coniungitur. Si verax xps igitur
& deus: qui de se ipso dicit in euangelio. Ego sum via veritas & vita: & qui
videt me videt & patrem. Et rursus. Ego & pater vnus sumus. Et alio loco.
Pater clarifica me ea claritate quam habui apud te prius quam mundus fieret.
quibus verbis se deum esse manifestissime testatus est. Quod si quis euangelio
non credit: non videmus cur Moyse credat & aliis antiquæ legis scriptori-
bus. Credunt greci herodoto: tucididi: pollibeo: xenophonti: diodoro. cre-
dunt romani liuius: salustius: trago: cornelio: suetonio. Credunt & alii suis
historicis. Cur nos non credimus nostris? Quod illi minime cum nostris
comparandi sint: illi enim nullius autoritate recepti sunt sanctum euangelium
multa patrum consilia prius approbauerunt quam legendum ecclesiis traderet.
Ad cuius robur etiam martyres accedunt qui pro testamento domini sua
corpora tradiderunt & lauerunt stolas in sanguine agni. Inter quos etiam
virguncule magno miraculo non expauere supplicia. Accedunt & sanctis-
simi doctores qui cum essent perspicacissimi nequaquam euangelio credidisse-
rent: nisi veram eius historiam cognouissent. Sicut apud grecos Diony-
sius ariopagita: Iohannes chrysostomus: Gregorius nazanzenus: Cyril-
lus atbanasius: magnus Basilius: & alii quæ plures. Apud latinos quattuor
doctores fama illustres: Gregorius: Ambrosius: Hieronymus: Au-
gustinus: & ultra illos Ciprianus carthaginiensis: Ysidorus hispalensis: Hi-
larius pictauiensis: Eusebius versalensis: & proximi euo nostro. Thomas
aquinas & Albertus magnus natione sueui: & alii pene innumerabi-
les qui fide xpi diuinitate non more philosophorum qui sibi ipsi aduersantur.
Sed omnes vno ore loquuntur: ut sine deo putanda non sit tanta vnitas
atque concordia. Confert & multum romanorum auctoritas qui cum essent sapi-
entissimi atque potentissimi quondam domini et orbis possessores collum
euangelio nunquam submisissent: nisi aut rationibus victi: aut miraculis tra-
cti. Quis propterea viros fortes eosdemque prudentes hispanos: gallos ac
germanos euangelium suscepisse crediderit: nisi magnis rationibus persua-
sos. Sane cum lex gentium mollis esset christianorum durior: nemo hanc sub-
ire voluisset nisi auctorem eius deum esse didicisset. Sed illud omnem ambigu-
itatem excludit: omnem titubationem auertit: omnem credendi moram expellit quod
multis seculis prius quam xps carne indueret: natiuitas eius ex virgine san-
ctimoniam vite: miraculorum patratio: legis editio: captiuitas tormentum: per-
pessio: crucifixio: mors: resurrectio: in celum ascensio & reliqua que de ipso legi-
mus: ita in prophetis scripta reperiebantur: sicut postea gesta sunt. Lege
ysaiam: Hieremiam: Danielelem: Ezechielem: Dauid: Salomonem: & alios
prophetas quorumque de Christo iam facta commemorant: euangeliste eadem

diuino afflati spiritu. Propheeta futura predixerunt deum & hominem in
Christo recognoscentes. Nec sibilanti contemnenda est auctoritas: que
logo tempore ante natiuitatem dominicam vaticinate vt Firmianus &
Augustinus affirmant: plura de Christi deitate cecinerunt. His coniungit
bonestissima lex Christi omni ex parte venerabilis ac modesta. Nam qd
aliud episcopus docet q̃ celestem agere mortales in terris vitam: Iubet
enim nos deū colere festos dies sanctificare: proximos quasi nos ipsos dili-
gere: pauperū misereri: viduas & pupillos atq; oēs imbecilles protegere
Infirmos & in carcere clausos visitare: mortuos sepelire: castis nedū ma-
nibus sed etiam oculis esse: adulteris: stupra: fornicationes: iurgia: lites:
ebrietates fugere. Primos in cenis accubitus & omnes mundi pompas:
omnes blandicias deuitare. Reges ac parentes honorare: magistratibus
ac sacerdotibus obedire. Postremo thesauros veros ipsamq; felicitatem
nō in terra sed in celo querere. Hec lex Christi est: hoc preceptū: hoc te-
stamentū eius. Coniūgite nūc omnia simul. Christus ex virgine natus:
castissimam vitam ducit signa & miracula facit: nature imperat: legē per-
fectissimam edit: quo orbis cōsensu recipiē deum se dicit & hominē: pro-
phete: martyres et doctores sibi astipulant. Quid hec inferunt simul iun-
cta nisi verum eē testimoniū Christi de seipso: et ipsum verū atq; indubi-
tatum eē deum. Machometem arabicum: falsum mendacē: perditum: ac
omnino respiciendum qui hec negauit. Verus igitur Christus: deus verus
verus deus et homo xps misertus hūani generis primi parentis culpa vt
iam primi damnati: vt nos redimeret: ex arce celesti & altissimo dei thro-
no splendor eterne glorie figura substantie dei moderator orbis: iudex
futuri seculi ad nos descendit. Neq; rapinam arbitratus est se eē equales
deo: sed formam serui accipiens: exinanivit seipm factus obediens vsq; ad
mortem: mortem autē crucis. Neq; ista sine suppliciis atq; tormentis: sed
dorsum suū vt inquit vsq; ad flagella. Maxillas suas ad palmas.
Genas suas a feditate sputorū nō auertit. Speciosus forma pre filiis ho-
minū: speciem atq; decorem amisit: ductus est tanq; ouis ad victimam:
& inter latrones deputatus est. Diuiserunt sibi vestimēta eius: & super ve-
stem suam miserunt sortem. In siti sua potatus est aceto: & spineam coro-
nam posuerunt super caput eius: Nō fuit dolor sicut dolor suus: a plan-
ta pedis vsq; ad verticem nō erat in eo sanitas: nec tamen eiulatus emisit
sicut agnus coram tondente stuit. O homo o christiane o qui fidelis vi-
deri vis. Et cur ista Christū tulisse existimas: Iustus erat: & dolus inuen-
tus nō est in ore eius. Cur tot suppliciis subiicitur innocens: Pro te do-
luit homo. Peccata tua ipse portauit homo: et tu suo liuore sanatus es ho-
mo. Bonus pastor animam suam posuit pro ouibus suis: & mortem tu-
am morte sua redemit. Et quas tu illi gratias reddis: Quid facis quid co-
gitas vt gratus inueniaris: Thurci nomē suū blasphemant: altaria sua

diruunt: legem suā hereditatē suā perdere conantē: & tu domi iacēs in ocio
O reges: o duces: o viri potētes: surgite iam tandem & xpi dei vestri reli
gione ac honorē defendite: qñ nec opes nec vires vobis q̃ thurcis mi
nores sunt: & certissimi estis pugnaturis vobis p lege dñi diuinū auxi
lium implorantes minime defuturū. Nec plura de secundo & principali
articulo. Tertiū & vltimū modo si placet q̃ breuissime absoluam⁹ hoc
est q̃ premia cōsecuturi sint aduersus hostes fidei pugnaturi. Audite ad
hibite aures fortissimi milites: magna sunt & inestimabilia bona: q̃ hui⁹
bonestissimū belli victores adipiscemini. In primis qcūq̃ in hoc bello ac
quiretis: arma: equos: vestes: argentū: aurū: seruos: ancillas: agros: vrbes
provincias: regna: iuste & licite p nra distributione possidebitis: & vltra
hoc clarissimū nomē & famā eternā cū viris illustribus cōsequimī. Sunc
hec quidē more gentiū expetenda. Nec maiora quesuere romani greci
barbari belligerētes. At vobis o procures p̃mia longe maiora pmittunt.
Nam regni celestis possessio & xpi hereditas vobis offert: & hec quidē
nō solū vincentibus verū etiam fortiter occubētibus. Nā quid pdecesso
res nros vrbano: eugenio: innocēcio: alexandro atq̃ alios fecisse cō
stat: xpianos oēs cruce signabimus in hanc expeditionem ituros & pu
gnaturis pro lege dñi plenissimā oīm peccatorū suorum veniam largie
mur: & apostolicis clauibus paradisi portas aperiemus. Omnibus inqt
rator qui patriam iuuerint: auxerint: defenderint: certū est eē in celo dī
finitum locū in quo beati euo sempiterno fruātur. Verius & cert⁹ hoc
illis promittitur qui religionē christianā & orthodoxam fidem tuebun
tur: & aduersus impios thurcos inuictis animis bellum gerent. Festine
mus igitur ad hoc bellum in quo morientes veram inueniemus vitam.
Non hec quā viuimus vita est: sed potius mors que fugit velut vmbra:
& nunq̃ in eodem statu permanet. Sicut lilia & flores deficiunt. Leuissi
ma res est que hominē extinguit. Bestiole minime nobis insidiantur: &
paruule serpentis morfu & aranee nōnunq̃ ictu perimus. Anacres poe
ta acino vne passe & Fabius senator in haustu lactis vno pīlo strangula
tus ē. Nihil fragilius humana vita que tum incerta tum breuissima euū
nīm vt q̃ longissimū sit teste David in ipsis septuaginta vel octuaginta
finitur annis. Quid amplius labor & dolor. At esto nestoreos viuas an
nos & Matusalem impleas etatē. Quid tibi postq̃ cursus pactus ē: Bre
ue est quicqd finis: & stulticia est in his spem ponere que p̃tercūt. O ho
mo moriendus ē quisq̃ es: & hec relinquēda q̃ sunt in terris charissima.
Nemo natus nō morit. A morte mortales appellamur. Nemo nīm no
uit an borā victurus sit: & tñ hec terrena diligimus q̃ mox relicturi sum⁹
quin poti⁹ transitoria p perpetuis cōmutamus: & hoc thurcēse bellū ag
gredimur p qd possum⁹ immortales fieri: & ad illam ciuitatē hierusalem
peruenire: quā summus rerū opifex mira pulcritudine & artificio inchar
rabili molitus est. In qua deū ipm facie ad facie videbimus: & ipsius boni

tate fruemur: in qua sanctos intuebimur angelos & oim spiritū beatorū
ordines q̄i cōcūes & cōtubernales habebim⁹: in qua nīl nos latebit
eorū q̄ vbiq; sunt. Liberatus em̄ hac terrena cōpage animus. oim regū sei
entiā nō vt sensīt Plato recupabit. sed vt Aristoteli & nr̄is placet doctōri
bus cōsequitur. Illic nīl timebimus nec planete nec comete nobis for
midabiles erūt: quos p̄horrescant reges. Sedebimus (vt p̄pheta testat⁹)
in pulcritudine pacis: in tabernaculis fiducie: in requie opulēta. Inuenie
mus sabbatū sine vespo. i. requiē sine fine. renouabitur vt aquila iuuet⁹
nr̄a: que nullo senio nulla tēporis lōgitudine corrūpetur: satiabimur ap
parente gl̄ia saluatoris nostri quem sine fine videbimus: sine fine amabi
mus: sine fatigatione laudabimus. O igitur nobile bellū. o felix p̄mīum.
o expectabile pugnā. ex qua siue vincimus siue vincimur semp reges
euadim⁹. & cum deo nr̄o triūphantes lucidas paradisi sedes querimus.
pro quibus cōsequēdis Stephanus p̄thomartyr lapidibus celsus est. Pe
trus & Andreas in cruce suspensus. Paulus securi p̄cussus. Bartholome
us viuēs cute nudatus. Sebastianus sagittis p̄fossus. Laurentius flāmis
exustus. Sed nō hec ex vobis viri fortes supplicia requirūt: minori p̄cio
celū p̄mittitur: pugnate tm̄ fortibus animis pro lege dñi: & oīa consequi
mini: de quibus scribit Paulus: quia nec oculus vidit nec auris audiuit:
nec in cor hoīs ascēdit q̄ p̄misit dñs diligētibus se. O stulti et tardi ad cre
dendū in his q̄ sacre promittūt iur̄. dīgitō dei reuelate atq; cōscripte: o si
adessent nūc Crōdesius. Baldeuinus. Eustachi⁹. Hugo magnus. Boe
mūdus. Tancredus & alii viri fortes: qui quondā hierosolimā p̄ medias
thurcorū acies penetrātes armis recupauerūt: nō sīnerēt p̄fecto tot nos
verba facere: sed assurgētes vt olim corā Vrbano sc̄do p̄decessore nostro
de⁹ vult de⁹ vult: alacri voce clamarēt: vos taciti sinem oīonis expectatis:
nec hortamētis nr̄is moueri videm⁹: & fortasse sunt inter vos qui aiunt.
Multa hic p̄tīfex loquit⁹ vt nos mittat in aciē et corpa nr̄a hostib⁹ oblici
at gladiis: sacerdotū hic mos est: alligāt aliis onera grauissima que ipsi di
gitō nolūt attingere. Nolite ita putare filii: nemo patrū vestrōrū memo
ria in hac sede sedit qui pro fide xpi maiora fecerit q̄ nos iuuantibus vo
bis: et dño fauente facturi sumus. venimus huc vt videtis nō parum de
biles: neq; sine piculo nr̄i corpus: neq; sine damno teriarū ecclesie: plus
defensionē fidei q̄ patrimoniu beati Petri fecimus. et q̄ valitudinem
et quietem nostram Accēuerunt expense mirū immo dū. redditus autē
apprime diminuti sunt: neq; gloriā dī referim⁹: teder pudetq; nos
plura facere nō potuisse. O si q̄ fuerant iuuenili in corpe vires: be nūc ad
essent: nō iretis sine nobis ad bellū: neq; piculū sine nobis subiretis: ipsi
ante signa p̄cederemus: ipsi crucē domini portarem⁹: ipsi vexillum xpi
perfidis hostibus obiceremus beatosq; nos ipsos arbitrarem⁹: quibus
datum esset pro Hiesu mori. Et nunc si cōfietis nō recusabimus egrotus
corpus fessamq; animam in hac felicē expeditiōem xpo deuouere. Per

castra per acies: p medios hostes si suaderis lectica vebi generosum pu-
tabimus: nec magnifica verba ignauo psequemur animo: cōsulite quid
magis xpiane rei conducatur: nihil aduersabimur de corpe nro: de psona:
de pecunia nra. Vestrū iudiciū amplectimur. Metimini vires aplicas: esti-
mate qd temporalia: quid spūalia simul conferant. Et qd vobis videtur bu-
meris nostris onus imponite: nihil recusabimus: duos habet ecclesia the-
sauros: spūalem alterum materiale alterum: vtrunq; liberaliter erogabi-
mus: & illum qui nunq; exbauriri & hunc qui nunq; impleri potest. Im-
presentiarum tamen nihil aliud ex vobis petimus nisi vt bellum contra
thurcos gerendum decernatis: de pecuniis conquirendis: de ducibus eli-
gendis: de classibus instruendis: de sede belli: de tempore expeditionis.
postea disseremus. Neq; difficilis consultatio erit: qn nec arma: nec equi
nec naues nec pecunie: nec fortissimi milites: nec peritissimi duces xpia-
nis desunt. Adsit tm cōmūis voluntas huius bonestissimi belli gerendi.
Quam vt mēibus vris inferat ille rogamus: qui cum patre & spiritus san-
cto sine fine regnat Hiesus xps amen.

Bulla de professiōe in thurcos. Et de prerogatiuis eiusdem passagii.

CCCCXII

Ius episcopus seruus seruorum dei. Vniuersis et singulis christi-
p fidelibus. Salutē & apostolicam benedictionem. Ezechielis pro-
phete magni sententia est. Venientem gladium nisi annunciaue-
rit speculator animarum: que perierint sanguinem de manu eius requi-
rendum fore. Q uod veriti sancte memorie predecessores nostri Nicola-
us quintus. et Calixtus tertius ab eo tempore quo thurcorum effrenata
rabies constantinopolim expugnauit: venturū ad interiora xpianitatis
hostilem gladium clamare nō cessauerūt: cōmonere xpianos: principes
ac populos: quāto in piculo esset nra religio nisi occurreretur hostibus:
priusq; amplius inualescerent. suadere vt arma sumerent defensionem ca-
tholice fidei subirent: furentibus bestiis obuiam irent: nec sinerēt imma-
nem draconem Machometem fideles deuorare animas. Videbant fero-
cem illius animū occupata constantinopoli mīnime quieturum: cuius in-
explebilis eēt dominādi cupiditas. Nec dubiū quin oriēti subactō im-
perio ad occidētales aspiraret. Annūciata est in tempore futuro calamitas
sed non fuit credita. Non fuerunt audite sanctorum pastorum voces: vt li-
les admonitiones: surda pertransiuit aure xpianus populus. Hungari
tm sub Calixto vigilantes arma sumpserunt: qui de tuendo regno solli-
citi: dum suos fines obseruant custodiunt nros. Ex ipsis hūgaris ac theu-
tonibus & aliis vicinis non pauci q̄uis magna ex pte paupes et sm secu-
lum ignobiles: indyti vero in cōspectu dei crucē dñi assumpserūt: & ma-
gno in hostes spiritu prexerunt: quorū potissime ausibus apud albam
greecam quam nostri belgradum vocant. thurcorum ingentes copie pro-
nigate fuerunt: et machometes ille terribilis ac verox turpem arripuit

fugam. Nationes alie tanq̃ n̄b̄il ad eos thurcoꝝ facta p̄tineret: in suis se-
dibus quiete manserunt. Nos deinde (sicut dño placuit) q̄uis indigni
tāto munere Calixto successimus qui mox in aplatus initio Mantuanū
conuentū indiximus: in quo de cōmuni vtilitate: de cōibus xpianorum
consiliis ageremus. Venit in mentē qđ p̄ ysaiam scribit̃. Sup̄ montē ex-
celsu m̄ ascende tu qui euangelizas syon: exalta in fortitudine vocē tuam
qui euangelizas iherlem: exalta noli timere. Dictū id nobis putauimus. Sa-
tisfecimus (vt arbitramur) p̄cepto. Affuimus in tpe p̄finito nō sine sum-
ptu & labore graui. Oñdimus fidelibus xpianis vulnera sua: & que pas-
si fuerant & q̄ passuri videbant̃: nisi seip̄os aduersus thurcos defende-
rent. Clamauimus q̄si tuba exaltauimus vocem nostrā. Audiuit ois ec-
clesia: sed nō exaudiuit verba nr̄a. Nō fuit plus pōderis nr̄is q̄ p̄decesso-
ris vocibus. Frustra conati sumus. Incassum abire labores. Interea quan-
tum creuerunt thurcoꝝ vires difficile dictu est. auditu miserū. A mari pō-
tico vsq̃ ad amnem sanū & ab egeo pelago vsq̃ ad danubium nobilissi-
mas interiacētes puincias sue possessionis fecere. Trāsiuerūt & ip̄m da-
nubium vualachieq̃ magnā partē occupauerūt. Penetrauerūt & sanum
atq̃ agros hungarie longe lateq̃ vastauerunt. Hoc anno bosnam inuase-
runt vniuersumq̃ regnū sibi subiecerūt & insulam lesbon. Quāta vero
crudelitate in subactis vrbibus atq̃ puinciis vsi sunt: borret animus dice-
re. In constantinopoli grecoꝝ impator obruncatus ē: & caput ei⁹ basta-
suffixum p̄ castra delatū. Fastianis principibus eruti sunt oculi. In lesbon
multitudo puberū palo transfixa: in bosna regē qui salutē pactus sese de-
derat cum patruo suo machometes ip̄e humano sanguie insatiabilis sua
manu (vt fertur) iugulauit. Quis nobiles viros: quis sacerdotes cōme-
morauerit ad cedem rapros: senes ac iuuenes i plateis immariissime tru-
cidatos: vbiq̃ cruor celorū vilis: vbiq̃ morientū gemitus auditus. nul-
la reuerētia matronarū: nulla virginū. Redum relatu ē quāto hoc genus
boim in libidinē sit immersum. Cui omnes abominatiōes gentiū pseu-
do propheta quē venerantē indulsit. Quid de sacrosanctis ecclesiis dice-
mus: Templū illud sancte Sophie iustiniani opus toto orbem memorabi-
le machometis spurciis reseruatum est. Reliqua sacraria aut diruta sunt
aut polluta. Altaria dissecta atq̃ protrita: imagines sanctorū delete aut
luto fedate. Nulla saluatoris christi aut gloriosissime matris eius sta-
tua sine singulari probro dimissa. Simulacrum crucifixi per derisionem
in castra delatum: saxi & luto petatum: & tandem in sceno relictum. O
domine deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templū
sanctum tuum: posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilib⁹
celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terre. Effuderunt sanguinem eorū
et non erat qui sepeliret. Q̄uis non potest ledi tua maiestas: nec tua glo-
ria minui: decet tamen seruos tuos: decet nos miseros christianos: que
tuam velut in cōtumeliā fiunt: totis conatibus auertere atq̃ vlcisci. Non

culit phariseos adulterantem sambrilem zelo incensus domini Madianite
scortum & illum interfecit. Vidit Matathias sacrificantem idolis bebreū
& doluit: & contremuerunt renes eius: & accensus est furor eius sicut iudi-
cium legis: & insiliens trucidauit eum super aram. Sed quis est zelus noster
que cura religionis? Blasphematur sancta trinitas: conculcatur euange-
lium: sacra nostra prorsus abiiciuntur. Christianum nomen funditus era-
dicatur: & subicimus. Nemo est qui pro communi salute assurgat. Stac-
mater ecclesia dolens & gemens: & non est qui consoletur eam. Et quid
dici de nobis potest infelicibus christianis nisi propheticum illud: Facti
sumus obprobrium vicinis nostris: subannatio & illusio his qui in cir-
cuitu nostro sunt. Maiores nostri Hierosolimam perdidere & omnem
asiam & libiam. Nostro tempe grecia est amissa & europe maxima pars.
In angulum orbis redacta christianitas est. Dei & domini nostri Iesu
christi sepulcrum nisi saraceni velint videre non possumus. Questus cau-
sa nobis illud ostendunt. Patriarchales sedes veneratu dignissime Con-
stantinopolitana: antiochena. alexandrina & hierosolimitana iugo serui-
tutis oppresse a saracenis occupantur aut a thurcis. Non sine dedecore
& ignominia christiani nominis romanam ecclesiam matrem omnium
fidelium ac magistram: quam beati apostoli Petrus & Paulus suo marty-
rio dedicauerunt: nunc nobis eripere Machometes interminatur: & faciet
nisi tandem excitemur a somno & conatus eius studemus eludere. Ve no-
bis christianis principibus: ve nobis: ut quid nati sumus videre cōtriti-
onem populi nostri: & cōtritionem sacre religionis. Videmus fratres no-
stros in manus inimicorum rapti: & diuersis excarnificari suppliciis: & non
mouemur. Videmus indies christianorum provincias ab infidelibus in-
uadi & non angimur. sed in domo quiescimus. Quot iam regna ab euan-
gelio sunt aliena: que gens iam non hereditauit terram domini et non ob-
tinuit spolia eius. Siue orientem respicimus: siue meridiem: siue in arcton
vertimus oculos: omnis ecclesie compositio ablata est. Ancillam vide-
mus que fuit libera et domina gentium. Ecce sancta nostra et pulchritudo
nostra & daritas nostra magna ex parte desolata. Coinquinauerunt eam
thurci & saraceni & alie fedissime gentes. Quid nobis adhuc viuere: nisi
cogitamus de tanta infamia surgere: ac pristinum recuperare decorem.
Commouemur vebementer dum talia mente volumus angimur: cruci-
amur. Nec animo possumus esse quieto: nisi principes christianos p tu-
rela sacre religionis aduersus impios thurcos arma sumere videamus.
Pastoralis officii nostri est: quis nescit dominici gregis curam gerere: qui
eius loco successimus: cui dictum est a domino. Pascite oves meas. Oves
Christi fideles populi sunt: his consulere nos oportet: his protegere: &
totis conseruare conatibus: ne luporum aut aliarum bestiarum moribus
pereant. Sed quid agat infelix pastor: ubi luporum innumerabiles turme
gregem inuadunt: iussique canes insurgere latrare ac defendere causas ob

audiunt ac diffugiunt. Hec impresentiarum conditio nostra est. Tburci
 tanq̃ lupi & immanes bestie ouile dominicum id est christianaz plebem
 lacerare conantur & lacerant. Vocamus in auxilium principes tanq̃ cu-
 stodes christianę plebis. Aures claudunt: nolunt audire vocem pastoris
 Post sua quisq̃ desideria pergit. Quid agemus soli: ne lupos hoc ē thur-
 cos aggrediemur. Non sunt vires nostre que tantam vim ferre queant.
 Nimirum creuit thurcorum potentia. Nec potest eorum imperium de-
 leri nisi christianorum magno conatu magnisq̃ classibus & exercitibus.
 Non habet apostolica sedes vnde ista cōquirat nisi christiani reges chri-
 stianis populi opem offerant. At hoc eis hactenus suadere non potui-
 mus. Conuentum fecimus: legatos misimus. Omnia tentauimus que
 visa fuerunt ad excitandos animos pro tempore necessaria. Non profe-
 cimus. Quomodo nunc proficemus? Quid ergo? Negligemus ne fi-
 dei defensionem? Miame quidem. Pastor bonus inquit in euangelio
 veritas animam suam ponit pro ouibus suis. Mercennarius autē & qui
 non est pastor: cuius non sunt oues proprie: vidit lupum venientem &
 dimittit oues et fugit: & lupus rapit et dispergit oues. Admonemur his
 verbis: quidnam agere debeamus. Extrema omnia tentanda sunt pro sa-
 lute domini: gregis. In grauioribus morbis grauiora adbibent reme-
 dia medici. Idem & nos facere conuenit: non decet pastorem suas oues
 relinquere. Occurrere lipis oportet etiam si sit anima pro gregē po-
 nenda. Pastor bonus imitandus est dominus noster Ihesus: & optimi
 preceptoris vestigiis inberendum: qui verbo quod docuit opere adim-
 plenit. Alios hactenus exhortati sumus defensionem fidei suscipere:
 atq̃ in bellum ire: missuri legatos & alia facturi que nostre facultates
 sufferre possent: mansuri pro necessitatibus ecclesie apud septa ouium
 que restant nondum expugnate. Nunc maiora promittimus et quan-
 do aliter excitare christianorum torpentia corda non valeamus. nos ipso-
 rum periculis obiectabimus: nostrumq̃ caput aduersus thurcos offeremus
 in bellum: & quantum nobis ecclesia romana & patrimonium beati Pe-
 tri ministrare poterit: tantum pro fide catholica protegendā expone-
 mus & profundemus in hoc itinere. Nec soli proficiscemur in hostes.
 Clarissimo genere natus & amabilis deo princeps Pbilippus burgun-
 die dux in hanc expeditionem venturum se offert: non sine delecta
 militum manu & exercitu valido. Potentis & dari venetorum ducis
 Christoferi mauri ingens & formidanda classis superioribus mensi-
 bus in greciam nauigauit: rotamq̃ fere Peloponnesum vi atq̃ armis
 eripuit hosti. Ischumemq̃ peninsulo qui sex milibus passuum inter duo
 maria patet vndecim (vt aiūt) diebus excitatis: muris ac turribus dan-
 sit: memorabile factum: & inter preclara veterum opera numerandum.
 Hec eadem classis (vt promissum est) nobis non deerit. Spondent
 quoq̃ & ceteri ytalie potentatus pro sua religione & in commune bo-

non affectione. precipua tam sancto digna ope auxilia. Fauēte nobis al-
 tissimo maritimū bellum feliciter absoluemus: qm̄ non sunt thurci pares
 in pelago venetis. Ex altera parte in terra pugnabūt. Hūgari genus ho-
 minū in bello ferrox: & iam thurcos vincere didicerūt. Inditus rex gētis
 Mathias iam coronam & pacē in regno cōsecutus: ingētes poterit deri-
 uare atq; in preliū ducere copias: hec nobis certissima sunt belli presidia.
 Cū his ibimus: cum his dei plūm decertabimus. Erunt & albani nobis-
 cum & multi p greciam (vt speramus) & al's hosti subactas puincias a
 thurcis deficientes: castra nra sequent. Christiani em̄ sunt: oderuntq; ma-
 chometem. Nosti parēt coacti metu: qui nō est diuturnus magister offi-
 cii. Vt primū spes libertatis affuerit aduersus insolentes dñs cornua eri-
 gent. Nec deerunt in alia metus vt sunt in omni gēte atq; in omni puin-
 cia male pacati homines. & nouitatū cupidi qui tepus expectāt. Mō erit
 facile thurcis tot locis occurrere. Difficile defendit qd vndiq; a multis op-
 pugnat. Qd si quis innumerabiles hostiū copias esse dixerit: nec puta-
 uerit in castris fidelibus parem numerū cogi posse. Respōdemus multū
 inter se distare homines & alios natura imbelles eē: alios feroces Virtus
 spectanda ē magis q̄ numerus. Nō est in multitudine exercitus victoria
 belli. De celo fortitudo concedit. Tam facile deo nro est in paucis vince-
 re q̄ in multis. Nostra causa dei ē: pro lege dei pugnabimus: ipe deus cō-
 teret hostes ante faciē nostrā. Audimus susurrare aliquos. Nō desunt q
 murmurantes aiunt. Quid ages in bello senex egrotus sacerdos. Nō est
 bellare tuum. nec potes. nec debes ferire gladio: qui loco eius suffectus
 es cui pcepit dñs vt gladiū in vaginam mitteret. Reges tuo iussu tenen-
 tur enses exerere tuum ē iusta bella gerētibus bñdicere. Fatemur nō cō-
 uenit nobis em̄dere sanguinē: qm̄ p alios possumus iusticie fideiq; ne-
 cessitati subuenire: q si religio in picolo est & absq; nro non potest ferro
 defendi. nō est nobis vetitū qd Samueli & Helie legit fuisse permissum
 Sed nec ē hoc propositū nostrū vt gladio pugnemus in bello. Nam quo
 pacto strinxerimus ensē qui vix manū ad bñdicendū pp̄m possumus
 eleuare. Orationē pugnabimus non ferro: precibus adiuvabimus preli-
 antes non brachiis. Erimus in alta puppi aut in aliquo monte pp̄inquo
 dum preliabitur & nostris benedicemus: hostibus vero maledicemus.
 quēadmodum de Moyse legitur in bello amalechitarum quo orāte vin-
 cebat israel. cessante orare succūbebat. Orabimus & nos sine intermissio-
 ne pro bellatoribus nostris: hoc prestare poterimus: hoc sedulo faciem⁹
 Cor cōtritum & humiliatum non despiciet dominus. Possemus & hoc
 ipsum domi manētes facere nec minus valerent preces: sed non est sola
 orationis causa: que propriam sedem relinquere cogit & in bellum tra-
 bit. Vt alios excitemus pergitur. Exemplo nostro q̄ plurimos inuita-
 re studemus. Sequentur & nos venerabiles fratres nostri sancte romane
 ecclesie cardinales. quēadmodum ad hoc ipsū qui validi sunt sponte se

obtulerūt. Sequent & epi complures & alii minoris ordinis sacerdotes
 & clerici. non oraturi tm̄: uerū etiam pugnaturi cum res ipsa postulauerit.
 Exptas quoq; belloꝝ & robustissimas militum cohortes & fortia pecto
 ra iuuenum ex agris ecclie ducem? ad prelium: qui nobis ofone pugna
 tibus ferro pugnent. Ibimus extenso dominice crucis vexillo: Sacratissi
 mum xpi corpus precedet & sanctarū reliquiarū arcula. Saluatorē in bel
 la vadentē sequemur. Ipsi coberebimus: ipsi preces assiduas porrigem?
 ab ipso salutem implorabimus. Miserebit nostri (vt arbitramur) piissim?
 Iesus: nec populum suum in hostium manus venire pmittet: cuius p̄cio
 sissimus sanguis in ara crucis effusus a maligno nos hoste liberauit. Et
 quis erit christianorum tam feri. tam lapidei. tam ferrei pectoris. qui au
 diens romanum pontificem beati Petri successorem domini nostri Iesu
 christi vicarium: eterne vite dauigerum. patrem ac magistrum vniuerso
 rum fidelium. cum sacro senatu cardinalium clericq; multitudine in bellis
 pro tuenda religione proficiscētē. libens domi remaneat. Et que pote
 rit excusatio quenq; iuuare. senex. debilis. egrotus in expeditionē pgit:
 & tu iuuenis sano ac robusto corpore domi delitescēs. Summ? sacerdos
 Cardinales episcopi preliū petunt. & tu miles. tu baro. tu comes. tu mar
 chio. tu dux. tu rex. tu impator in edibus p̄priis ociaberis. Siccine puer
 ti hominum officia patieris. vt que sunt regum sacerdotes agant. & que
 nobilitati conueniunt subire clerum oporteat. Necessitas ire nos vrget.
 quia non possumus alio pacto pro diuine legis defensione xpianorum
 animos comonere. Vtinam & hoc modo comoncamus. Non pgimus
 in bello tanq; nostri sit officii: sed quoniam aliter consulere fidei nō valem?
 Nescimus an hoc sufficiens remedium erit. Mandauit dominus b̄to Pe
 tro vt titubantes fratres sua cōuersione confirmaret dicēs. Ego rogaui p
 te Petre vt nō deficiet fides tua: & tu aliquādo cōuersus confirma fratres
 tuos. Quod Petro dictum est: & nobis dictum intelligimus. Confirma
 re fratres qui titubant debemus. Confirmabim? vos fratres & filios (vt
 speramus) hac profectioe nostra & ita non pualebunt porte inferi aduer
 sus eccliam dei nobis cōmissam. An denegabitis nobis auxilia vestra. &
 caput vestrum. patrē ac magistrū in hostes p̄fiscētē: fideles xpiani re
 linquetis. En quāta gloria vobis erit crucē domini cum sacratissimo cor
 pore Iesu. ipsumq; romanum p̄sulem sine vestris presidis in hostem per
 gere. Noscite reges ac principes officium vestrum. Idci co gladium geri
 tis vt ecclesiam fidemq; tueamini. atq; vt malos & iniquos homines de
 bita pena coerceatis. Et qui nam homines peiores q; tburci reperiunt.
 qui fidem sancte trinitatis abiiciētes. & saluatorē christum verum deum
 esse negantes: ab obminabilem machometis cōplexi legem in omia scēle
 ra plabunt: & iam maximam orbis partem suis nequissimis abusib?
 fedauerunt: & legem conant euangelicam dissipare. Aduersus hos gla
 dium dedit vobis diuina maiestas. In hos illum exercere debetis ac diui

nam vlcisci contumeliam. An non pudet tam diu: tam fedam gentem: tunc
turpiter in christianos esse grassatam. An bellum non satis iustum: non
satis necessarium esse putatis: aduersus nationes que couenerunt disper
dere vos & sancta vestra. Accingamini iam tandem: & quonia sine nobis
ire non voluistis: ite nobiscum: sumite arma & scutum & venite in auxili
um nostrum. Imo vo vestrum & vniuersę reipublicę christiane. Exemplū
de Philippo recipite quem nec domesticę delicie (quibus prouincie sue
plurimum abundant) nec suorum preces. nec itineris longitudo aut diffi
cultas. aut senectus ipsa ex pposito suscipiendi contra thurcos belli vsq;
in hanc diem desicere potuerunt: neq; fauente domino in futurū deliciet
Imitamini hunc nobilissimū principem: memēote professionis vestre
quam in baptismate subistis. Cogitate q̄tum deo tenemini & q̄tum p
ximo. Reddide vicem pro susceptis beneficiis. Estote grati altissimo qui
vos creauit ex nihilo. Nec animalia bruta aut lapides: sed homines ratio
nales esse voluit. Et cum primi parentes culpa dānati essetis ac mancipia
facti demonū misit filium suum in similitudines carnis peccati qui mor
te sua mortem vestrā deleret. Stupenda & inextimabilis charitas vt seruū
redimeret: filio suo nō pepercit. Dominus Iesus in cruce pro nobis inter
latrones pependit. Innocens agnus cū sceleratis deputatus est. Specio
sus forma p̄ filiis hominū euerberat: laceratus ab impiis: deformis ap
paruit. A planta pedis vsq; ad verticem non erat in eo sanitas: neq; spe
cies: neq; decor. Si placuit patri qui ppter peccata nostra tradidit illum.
Propiciatorem em̄ proposuit cum per fidez in sanguine suo. Iniquitates
nostras ipse portauit: & liuore eius sanati sumus: qui cum inimici eēmus
reconciliati sumus deo per mortē filii eius. O crudelis christiane: o ingra
te: o mentis inops: nōtes ne ista audire & non anio cōmoueri: & nō cupe
re p̄ illo mori qui p te mortu⁹ est. De bonore illi⁹ agi⁹ qui te de dyabolica
fuitute p̄ciosissimo sanguine suo redemit. De xp̄i noie disceptat. de fide
catholica de baptismo. de ceteris eccl̄ie factis. de sacro sc̄to euāgelio. Ad
uersus hec om̄ia thurci militant. Hec euertere ac p̄orsus delere cōnātur:
& tu nihil cōtra moliris. Quid agis iners: redde te gratum deo: & cogita
q̄nam pacto creatori redeptoriq; tuo aliqua ex parte satisfacias. Et quo
niam peccator es. redime tuas iniquitates hac tam sancta & salutifera p
fectione. An diuidias bonitatis domini & patientie & longanimitatis
eius contēnis. An ignoras quoniam bonitas dei ad p̄niam te adduxit.
Cui ne fm duriciā tuam & impenitens cor. iram tibi thesaurizes in die
ire: & reuelationis iusti iudicii dei: qui reddet vnicuiq; fm opa eius. Con
uertere & agito penitentiā ab om̄ib; iniquitatibus tuis: & nō erit tibi
ruina. Propterea expectat dominus vt misereat tui: proiice p̄uaricatiōes
antiquas & fac tibi cor nouum: & spiritū nouū & veni. Milita pro domi
no ne morte moriaris eterna. Cogita de proximis tuis & fratribus xp̄ia
tis: qui vel sunt in captiuitate thurcorū dura fuitute pressi: vel captiuari

indies atq; in seruitute rapi verent. Si homo es: humanitas te trahere debet. vt opem feras homini indigna ferenti. Si xpianus: pietas euangelica qua iubemur proximos tanq; nosmetipos diligere. Considera pximorum tuorū xpifidelium erūnas. in quos thurci defecūnt. Filii e complexu parentum & infantes ab vberibus matrum eripiunt. Violantur vxores in conspectu virorum. Senes tanq; inutiles occidunt. Iuuenes tanq; boues aratro iungunt & terram vomere vertunt. Miserere fratrum tuorū. Affer opem iam dura ferentibus. Quod si nihil horū te trahit at saltem de tua salute cogita. Nec te tutum idcirco existimes quia mansionē fortasse procul a thurcis fortitus es. Nemo tāremotus est qui reperiri queat. Si vicinum dimiseris in periculo qui ante te proximus est igni: dimitteris & ipse similiter a vicino qui retro te habitat. Tales oportet nos esse in alios: quales ergo nos illos cupimus inuenire. Nolite auxilia gallorū sperare theutones: nisi & vos bungaris. Nec vos galli. byspanorū. nisi theutonicis opem fertis. Qua enim mensura metieritis eadem remetiet & vobis. Nec propterea sibi quispiam blandiat quoniam principatu palleat aut regno. Constantinopolitanus imperator & Trapezuncius & rex bosne et rascie domini: & alii q̃plures principes capti & crudeliter occisi: quid sit expectandum edocent. Nihil tam cōtrarium machometi q̃ nomen regum orientis adeptus imperium ad occidentale festinat. Nouam erigere monarchiam conatur: vni thurcorū imperio: & vni machometee legi cūcta submittere studet. Si potestis talia ferre principes ac populi christiani manete domi. nec iam de subuertenda formidabili thurcorum potentia cogitare. At si seruile iugum horretis: si cōtumeliam dei et proximi tolerare nequitis: si pudet semiuiros asiaticos grecorū gentem (quod nunq̃ antea fuerūt) subegisse. eoq; supbie prorupisse. vt europā sibi totam breui tempore parituram sperāt. Si cor virile vobis est: cor nobile cor altum. cor christianum. sequimini vestigia patris vestri: sequimini castra nostra. Venite in auxilium fidei. Venite in auxilium fratrum vestrorum. Opponite vos murum pro domo dei. Cogitate de vestra salute. de vestra gloria. nolite permittere vt sine vestris auxiliis pficiscamur in thurcos. Mittite subsidiarias acies: iunate xpianū exercitum. Quāto fortiores ibimus. tantocius (auxiliante domino) cum victoria reuertemur. Nec putetis insupabiles thurcos esse. Vincti & possunt & sepe victi fuerunt. Quantum valerēt arma thurcorum belgradus ostendit. Minor est thurcorum potentia q̃ fama feratur. Imbellem atq; inermem multitudinem ad prelium ducunt. quam tanq; pecudum gregem dissipare libet: Nec ipsa thurcorum agmina grauioris armature vsum didicere. Raras loricas rariōres toraces induunt. Nec galleas more nostro lucentes ostendunt. Raro tegunt corpora ferro. A cinate vtunt & arcu. Parma se protegūt & galeis pilosa q̃dam materia durāq; cōtextis. Quod si latinas inciderint acies. rigentes calibe feratasq; bastas & catbafractos equos

& manu balistarū sagittas: intelligēt cū mulieribus se bac tenus pugnasse
nunc cum viris esse certandum. Diximus que nobis bac tenus promissa
sunt auxilia: & q̄nta spe victorie pcedamus. Quod si vos quoq; cōtūx-
eritis arma & auxiliares addideritis turmas: unito alacriores ibimus. Nec
dubium quin orientales ingressi prouicias tanto maiore ad nos cōcur-
sum inueniemus deditū se populorū: q̄nto validior fuerit noster exer-
citus. Si mouebimini vos xpiani occidentales: & aniarū vestrarū pastore
secuti fueritis: mouebunt & multi ex grecia atq; asia xpiani. qui verū eē
chr̄sti vicarium romanum pontificē non dubitant. Iamdudum non fuit
in oriente romanus presul. Vt primū innotuerit aduētas se latinā classē
romanum vebētem presulem: innumerabiles turme non dubitamus ad
visendum beati Petri successorem: cum fletu & lacrimis sacros osculaturi
pedes accurrēt seq; & sua promittent ei. Hac spe freti venerabiles fra-
tres ac illi delectissimi: bis rōnibus persuasi: bis consiliis moti: venerabi-
libus fratribus nostris cardinalibus bocipm suadētibus corpus nostrum
caniciemq; nostram: & seniles ac debiles artus huic sancte expeditioni cō-
secramus. dominoq; cōmendamus: statuētes circa nonas Iunias (que p-
xime intant) anchonā petere atq; in eius porta nauem pscēdere: & cum
ea classe quā interim nostro & aliorū sumptu poterimus instruere. adria-
ticum ingredi pelagus: & vltius recto itinere aduersus hostes fidei p-
ficisci. Non dubitantes quin Philippus burgundie dux maritimis arma-
tus copiis ad idem tempus presto adsit. Veneti q; validam classē (de q̄
dictum est) expeditam in mari habeant: & tam ille q̄ isti sese nobis cōiun-
gant: sub vexillis ecclesie ac viuifice crucis signo aduersus impios thur-
cos autore domio feliciter pugnaturi. Cruce signati aut qui suis aut mit-
tentū sumptibus in hac pia expeditione militaturi sunt: vt nauigia equo
precio ad trañciendum venetis habeant curabimus. Ea propter vos oēs
& singulos cardinales. patriarchas. archiepos. epos. abbates & cuiuscūq;
cōditionis viros ecclesiasticos. religiosos & seculares qui de sorte domi-
ni effecti estis. Vos quoq; impatore. reges. duces. marchiones. comites.
cōitates. barones. nobiles. milites. ciues & alios quoscūq; fideles siue in
vrbibus cōmoremini siue in agris: per viscera misericordie dñi nři Iesu christi
p passionē eius qua nos redemit: p iudiciū extremū in quo stabitis ante
tribunal eius accepturi vnusquisq; p̄m opa sua. Per spem vite eterne quā
repromisit dominus diligentibus se obnixe monem⁹: requirim⁹ & obse-
cramus: vt q̄ cōmode potestis: in banc sc̄tām expeditionē nobis auxilia
prebere nō differatis: sed in tpe predicto ad nos mitratis. Veniat p seipm
qui validus est & cōmode potest. Qui vō non venit mittat alium aut ali-
os iuxta vires suarum facultatū. Si neq; alium potest mittere. de bonis si-
bi a deo collocatis: q̄tum p̄m scientiam suam potest per fideles manus in
hanc expeditionem contribuat: aut in cistis reponat que ad hoc opus in
singulis dyocēsis constituant. Nec dubitet quispiam magna premia

confecturos a domino eos: qui hoc sanctus opus & tanecessarium pro
 suis viribus adiuuerint. Manifestum em exploratumq; est omnibus: qui
 sacrosanctam religionem fidemq; orthodoxam adiuuerint, auxerint, de
 fenderint, certum esse in celo diffinitum locuz in quo beati euo semper
 fruunt. Credendum est semp sacris veteribusq; smonibus: post hanc
 vitam migrandū esse in alteram asserētibus. Et qui pie in hoc seculovixe
 runt legemq; domini suauerunt in altero vitam beatam sine fine cōsecu
 turos. alios vō miseram infallibile pphetiū illud est quod neq; oculus
 vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit que pmissit dñs dilige
 tibus se. & q; (Paulo teste) non sunt condigne passiones huius seculi ad
 futuram gloriam que reuelabit in nobis. Iustissimus est retributor domi
 nus: qui nec bona sine pmiō nec mala sine pena preterit. Cōfide in deo
 & nō cōfundemini. date de bonis vestris ei qui dedit vobis: & centū ac
 cipietis p vno & vitam eternam possidebitis: quam vt certius consequi
 valeant qui nostris exhortatiōibus obediētes hoc sanctum opus & ne
 cessarium iuxta possibilitatem suam adiuuerint. Nos de omipotentis dei
 misericordia. & beatorū Petri & Pauli ap̄lorum eius auctoritate confisi:
 de plenitudine potestatis celitus nobis cōcesse: om̄ibus vere penitētibus
 & confessis qui in hanc expeditionē nobiscum venerint: aut per hunga
 riam aut aliam viam contra tiburcos arma protulerint: & p annum aut ad
 minus per sex menses si amplius nō potuerint in bello pseuerauerint: ple
 nissimam om̄iū peccatorū suorum remissionē et veniam elargimur: ita
 vt pro satisfactiōe delictorū et penarum que fuerant imponendē: succe
 dat labor itineris atq; militie. Nec sacerdos aliam pniā cōfictibus in
 iungat qui venturi sunt. Volentes eos qui (vt pmissum est) ad hoc sc̄m
 opus proficiscē: omnem gratiam et indulgentiā consequi: quaz nostri
 predecessores pficiscētibz in subsidium terre sancte et in anno iubileo
 romam petētibus dare cōsueuerunt: non dubitātes quin anime illorum
 quos ad hoc bellum pficisci bona mente cōtigerit. cum beatissimis san
 ctorum Patrum et angelorū dei spiritibus post hanc vitam in celestib⁹ se
 dibz collocent: et cōsortes impetū xpi facite eterna felicitate fruāt.
 Quod si forsitan anno nō exacto ip̄orū aliquos post iter arreptum in pse
 cutione tampi et tam sancti opis ex hac luce migrare cōtigerit. volumus
 et cōcedimus. vt tales nihilomin⁹ p̄fatam indulgentiam integraliter con
 sequant. Similiter et eos qui nō venientes alium vel alios suis expensis
 sm suarū virium facultatē transmiserint vice sua ad annum aut admin⁹ ad
 sex menses in hoc bello militaturos: ita vt nō solum mittentes indulgen
 tiam et gratiam b̄mōi cōsequant sed etiā missi. Et vt omnis etas et sexus
 et cuiuscunq; p̄fessionis homines huius sancte indulgētie participes esse
 possint. volum⁹ vt p̄sone quorūcunq; monasteriorū seu locorū religiosorū
 marium siue mulierū cuiuscunq; ordinis seu p̄fessionis existant: que pro
 singulis decem suppositis claustrī sui vnum bellatores destinauerint hac

eadem indulgentia & gratia plenarie gaudeant & missus ipse gaudeat. Idem cōcedimus & indulgemus vniuersis fidelibus qui non valentes p se singuli alium mittere duo siml'tres ve aut quattuor aut plures vsq; ad decem vnum miserint: qui vice eorū in bello pugnaturus aut aliud opus vtile factururus interfuerit: volentes vt & ipse pariter gratie particeps fiat si per annum aut ad minus per sex menses cōtinuauerit: aut post iter arrip- tum in via decesserit. Insup qui commode venire aut alium per se vel cū alio aut aliis mittere non valens: q̄tum per ebdomadam cum familia sua exponere consueuerit in archa in sua ciuitate vel dyoceli ob hanc causam constituenda imposuerit: indulgentias huiusmodi pariter esse quae. Vo- lumus autem & apostolica auctoritate mandamus: vt quicūq; huic ope- ri tam sancto se obligauerint: salutare signum viuifice crucis vestibus im- primant: & in humeris suis illius memoriam portent: cuius passione ab eterna damnatione redempti sunt ipsum imitantes cui ob nostram redē- ptionem crux imposita fuit: cum factus est principatus super humerum eius: & qui nos admonens ad sectanda vestigia sua. Qui vult inquit ve- nire post me abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Ne vō hec nostra profectio & ipsuz profectiois tempus fideles popu- los lateat mandamus omnibus & singulis per totum orbem metropoli- tanis in vim eius quam nobis debent obedientie vt ipsi primum in eccle- siis eorum cantata missa solenni spiritus sancti: & conuocato populo has nostras litteras publicent: & in circuitu ecclesiarum processiones faciant. Deinde copias earum autenticas suffraganeis suis q̄totius mittant: illos monentes vt & hoc ipsum in suis ecclesiis cum deuotione & diligentia fa- ciant. Ceterum in tanto christiane religionis discrimine q̄tum a tūrcis impresentiarū cernitur imminere: nulli dubium esse debet: quin christia- ni omnes tam reges & principes q̄ alii potentatus & priuati homines: ad defensionem catholice fidei & sancte legis euangelice iuxta possibili- tatem suam cum bonis & corporibus suis de necessitate salutis viriliter assurgere & indefinenter assistere teneant. Ea propter fideles ipsos biesu christi cultores: vniuersos & singulos cuiuscūq; status & conditionis fuerint: siue pontificali siue impatoria vel regali prefulgeant dignitate: harum serie monemus ac requirimus: & in vim promissionis facte in sa- cri susceptione baptismi: & in vim iuramenti prestiti cum dignitatum sua- rum insulas susceperunt: & per obedientiam nobis debitam: eis & eoruz singulis mandamus: vt hanc sanctam expeditionem ad quam pfecturi sumus: non sine maximo corporis nostri dispendio: modis quibus pos- sunt q̄celerrime adiunare & promouere festinēt: ab illo cuius causa agi- tur exuberantia suscepturi premia: & in presenti vita & in futura. Negligen- tes autem negligēt & in extremo iudicii die minime inter illos inueniē- tur quibus dicturus est dominus. Venite benedicti patris mei percipite regnum. Nam quo pacto cum christo regnaturus est: qui temporale re-

gnum aut delicias aut voluptates pro christo non vult relinquere: cum
dicat ipse xps in euangelio. Qui diligit patrem suum & matrem suam aut uxorem
aut filios plus q̄ me: non est me dignus. Considerate ista fideles christiani:
& mente reuoluite diligenter: ne ignorantes ignoremini: & tandem
peniteat non adiuuissse in periculo consuetam Iesu christi religionem &
fidem. Caueant sibi qui tales extiterint. Tu vero quicumq; fueris christia
ne fidelis: qui pro tuis facultatibus expeditione contra turcos subeun
dam adiuueris. Benedictus esto in ciuitate. & benedictus in agro. bene
dictus fructus ventris tui. & fructus terre tue fructusq; iumentorum tuorum
& armorum & gregum: benedicta horrea tua & benedicite reliquie tue.
benedictus esto ingrediens & egrediens. Det dominus inimicos tuos
qui consurgunt aduersus te corruentes in conspectu tuo: & mittat domi
nus benedictionem super cellaria tua & super omnia opera manuum tuarum
& abundare te faciat omnibus bonis & constituat te in caput & non in cau
dam. Tibi autem qui nolens audire verba nostra: non modo iuuare opus
sanctissimum ad quod anelamus negligis: verumetiam volentes adiu
uare impedis aut deterres. Non solum nouissima illa tremendi examinis
dies coram redemptore tuo cui omnia dedit pater in manu: ad sempiter
num supplicium est expectanda: sed misera interim per omnem vitam time
da calamitas. Iustum est enim veri dei iudicium. Iuste ultiones sue. Con
siderat semitas pedum tuorum: nec falli in faciem potest. Paratam vo bo
norum & malorum operum gerens mercedem nec irremuneratam quod
bene. nec impunitum quod male gesseris esse permittet. Fidelis autem
populi sui & sancte ecclesie sue & legis sue catholicam fidem perturbans
vbicumq; eris inuenieris ab eo & que diuine voces iniquis denunciant:
erunt tuo capiti horis omnibus trepidanda: ne videlicet maledictus sis
in ciuitate: maledictus in agro & ne mittat dominus super te esuriam &
sitim & increpationem in omnia tempora tua. ne egestate. febre. & frigo
re te percutiat: ne sis semper calumnia sustinens & oppressus cunctis die
bus & stupens ad terrorem eorum que videbunt oculi tui: ne det tibi do
minus cor pauidum & deficientes oculos & animam errore consumptam
& ne sit tibi vita tua quasi pendens ante te: & ne timeas nocte ac die & non
credas vite tue. Aduersus vo banc iram domini dei cui potestas nulla tua. no
men nullum tuum: nec terrenum privilegium poterit preualere. Sagitte eius
acutę penetrant ad intima cordis: & carbones desolatorum animarum nocentem
exurunt: Vos vo infelices pirate & infelices latrones qui vel terra vel ma
ri dyabolo militantes in christianos latrocinia exercetis: si cuntes ad hanc
sanctam expeditionem: si redeuntes ab ea impedire: carpere vel spoliare
quocumq; pretextu eritis ausi. Vos inquam cum adiutoribus vestris: cum
faucibus ac receptoribus anathema estote: & ab ecclesia christi penitus
alieni. Vos quoq; qui sciēter his venditis aliquid emitis ab his aliquid por
tum aut loca eis conceditis: cum eis publice vel occulte comunicatis: pariter

anathema estote. In vos autē vniuersitates locorum & ciuitatū mādā⁹
per ecclesiarum p̄latos interdicti sententiam ferri. nolentes vllum priuile
gium sedis conciliorū vē q̄cūq; verborū vim habeat: vos ab hac pena
defendat: etiamsi de verbo ad verbum inseri vel particulatim illud expri
mi & recenseri oporteret. At tu dñe deus qui nosti corda hominū & re
nes illorū scrutaris. & nihil ignoras eorū que fiunt: si bene agunt xp̄iani
principes priuatq; homies: si de tuo honore solliciti sunt: si expeditioni
quam p̄ tuēdo euangelio p̄paramus que prestare possunt auxilia nō de
negant. A diuua eos: dirige gressus eorū diesq; multiplica: retribue mer
cedem pro benefactis p̄serua eis regna & principatus: patrimonía & pos
sessiones auge. & tandem ad pingua pascua tua & diuites mensas accer
sito. Qz si corde indurato sua potius q̄ tua querētes: priuatas causas ma
gis q̄ publicas curāt. auaricie student: voluptatibus ac delitiis indulgēt.
& nos ad tua bella videntes nolunt associare aut auxilio iuuare cui pos
sunt: quā potius opem ferre volentes impediunt: aut conuerte illos dñe
& sana quod infirmum est: aut qđ noxium est ne noceat cobibeto: angu
stias nostras aspicias pie deus de excelso sancto tuo: & nosti quia p̄ter glo
riam nominis tui & preter salutem gregis dominici nil aliud querit vox
nostra. Memento domine Iesu xpe: qm beato Petro & successoribus ei⁹
claves regni celorū tradidisti: volens quecūq; ligarent ab eis in terris li
gata esse in celis: q̄ soluerent soluta. Ecce assum beati Petri successor. Im
par meritis auctoritate non minor: indignus vicarius tuus. Respice ad
preces nostras et exaudi nos de alto solio tuo. Benedicito quibus ip̄i be
nedicimus: et quibus maledixerimus maledicito. Ne memineris iniqui
tatum nostrarū antiquarū cito anticipent nos misericordie tue. A diuua
nos deus salutaris noster: et p̄pter gloriā nominis tui domine libera nos
et p̄pici⁹ esto peccatis nostris p̄pter nomen tuum. Da felicem cursum ce
ptis nostris. Ultio sanguinis seruorū tuo qui effusus est a thurcis introe
at in conspectu tuo. Aut gemitus cōpeditoꝝ: et redde inimicis nostris se
ptuplum in sinu eorū impropertū qđ exprobrauerūt tibi. Respice super
populū tuum benignis oculis. Fac nos ire cum p̄speritate ad bellum tu
um ac reuerti felices. Da nobis victoriam de tuis hostibus: vt tandem re
cupata grecia p̄ totam europam dignas tibi cantemus laudes: tibiq; p̄pe
tuo seruiamus et omnis terra te adoret et nomini tuo psallat in secula se
culorum. Datum rome apud sanctum Petrū. Anno incarnationis dñice
M. cccc. xlii. xi. kal. nouembris. Pontificatus nostri. Anno sexto.

Oratio Enee filii ad Calixtum papam offerendo obedientiam impe
ratoris.

EPISTOLA CCCCXIII

Olent pleriq; om̄s beatissime pater maxime pontifex qui ad tra
s dendam obedientiā huic sacrosancte romane sedi mittunt: nō so
lum persone sedenti in ea: sed eius etiam qui se mittit amplissimis
verbis exponere laudes. Idem nūc et mibi faciendum eet qui cum colle

ga meo pstanti & optimo iuris interpte Iohanne binderbach cesario no
mine obedientia ad te defero. At cum sim certus in hac tui summi psula-
tus adeptione: qua diuinitus inspirata cuncti fatent: confluisse ad te buc
q plurimos. tum principum. tum ciuitatu legatos. tui cosocios & dicedi
peritos no sum nescius illos tn tibi & romane eccleie cōgratulāter & apli-
cum sacrum senatū qui delegit: & pietatē tuam: q demandatū munus ac-
cepit magnifice atq ornatissime comēdasse. Per hosce vt arbitror hoies
& veteris pspie tue alta nobilitas: & maior tuorū illustria facta: ac omīs
vite tue cursus: ita in lucē pdiere: vt nemo i hoc auditorio subtilis & vebe-
rē preclare sis natus: q scolaris acutus fueris: q disputator subtilis & vebe-
mens: q doctus doctōr & eminens: q promidus apud reges cōsiliarius:
q iustus in magistratib⁹ iudex: q castus in eccleia pbyter: q sanctus & ama-
bilis epus: q verax & incorruptus cardinalis. Non est igit cur tps in ex-
ponendis feram tuis laudibus. Nametsi vita tua in hanc vsq diem hmoi
fuerit: vt vel milies dictitata delectet nō sum tn ego q tuas eximias a: pe-
ne diuinas virtutes: equo pconio celebrare possum. Neq tu is es qui ru-
mculos qres & inanes aures ppli captes. sufficit tibi cōscientia tua. que
nō ab homie sed ab ipso rege seculorū iusto iudice qui nō fallit caronā ex-
pectat meritoz. Nos igit de tua beatitudine nihil aliud dicemus: nisi qa
tu veluti sydus qddā clarissimū & saluberrimū e celo missum credimus.
sub q beati Petri nauicula q misere mergit felicitē emerget. Cōsuenit em
terra hispanie nobilissima vñ tibi origo est: idustrio: ip & fortissimos vi-
ros ablici sedi atq ipis dare: quēadmodū damasi & theodosi manifestāt:
quib⁹ te nullo pacto censem⁹ minorē & nūc potissime: cū ex vrbis illi⁹ im-
perialis. Senarū mīs mee: sarrum cultrici & oculi: tamacrem defensionē.
& certissimā cōseruationē animaduertim⁹. De cesare vō a quo sum⁹ missi
dicere nō nihil corū temeritas vrget. quo nesciunt verbis extollere suos
dños nisi deprimant alienos. Sed horrem⁹ ingredi cum paruo nauigio
magrū mare: neq em nra oīo est: q maiestātē tanti priacipis: p sua digni-
tate valeat explicare: cum non vno tm: sed quattuor ex fontibus nri Fri-
derici laus abunde manat. Ex romano impio cui pēst. Ex natōe germani-
ca: q sibi p ceteris obsequit. Ex domo austrie q se genuit. & demū ex pso
na ppria q corpis & animi dotib⁹ egregie pollet. Si quis igit Fridericus
nūm vt par est. comēdare voluerit. Huic pmo vetustas impii & amplitu-
do & auctoritas & ptās & magnificētia & glia in mediū deducenda erit.
deinde qd sibi velit ingēs Danielis statua ppter ferreas tibias qvis im-
peria cōterētes. Quid gradis Ezechieleis iporet a gla cur assyriorū regna
mūtēt ab ytalā balaam enarrādus omīs aquile volatus. vt cretensem illū
iouem stulte creditum deum. Et theocū vt troianos reliquos. vt potissi-
me pium Eneam. in bellis adiuuaret. vt regib⁹ albanis aliquādo fauerit
vt romanos rerum dños: gentēq togatam. vt grecos impatores. vt ger-
manos cesares victores hostium: & mūdi deuictōres effecerit. Quēcūq

enim de romano imperio preclare dicunt ad rectore eius pculdubio cu
 laude redundant. Nam sicut apli petri & siluestri & leonis & alioru pon
 tificum laudabile nome: te qui loco eorum sedes agit sublimē: & augusti
 primi & constantini magni: & karoli victoris: & alioru cesarum excellens
 gloria. Fridericu nostru qui eis successit in altum tollit. Scdo exponēdu
 erit q̄longa & lata sit germanica natio: q̄religiosa: q̄verax: q̄iusta: q̄pro
 missi tenax: q̄pp̄iosa: q̄diues: q̄nta illic nobilitas: q̄fortis & experta mili
 tia: q̄ntus ecclesiaru ornatu: q̄nta gloria cleri: q̄nta principum magnifi
 centia: q̄ntus splendor vrbiu: que celi facies que terra vbertas: cum p
 uinciarum & populi decus cum principe sit comune. Tertio describēda
 succurrit ynclita domus austrie ex qua hic Fridericus prognatus est. Ma
 ter & ipsa regum & impatoru: que sepe vngarie sepe bobemie & aliquā
 do polonie reges dedit demonstranda & q̄ntus fuerit magnus ille rudol
 pbus impator: qui & bononiā romane ecclesie dono dedit. Et otto karo
 lum potentissimū bobemie regē qui austriam & styriam romano impio
 surripuerat ancipiti bello victum interemit. Tum duo alberti occurrerēt
 duo marci filii: duo fulmina belli: quorum alpbonsum de nauu: vastes
 imperii vsurpantem. apud renum magno prelio vicit & occidit. Alter im
 pios buissitas ecclesie nostre seu bella mouētes quasi malleus contriuit.
 De patre Ladislai loquor inditi regis bungarie ac bobemie: cesaris no
 stri patruo: deniq; admirāda probata te nihil satis dici posset. Ponēdi an
 te oculos essent Ernesti leopardi. Friderici & alii q̄plures anime cōdidis
 sime huius excelsę familie: quarum virtutē admirari magis q̄ recēdere va
 lemus. Postremo quia non imitanti maiores dedecus est paterna laus fi
 lio: ad Fridericum ipsum conuertenda erit oratio. De mansuetudine sua.
 de religione. de iusticia. de prudentia faciendum verbum: exponendum
 eius iter in terram sanctam: declarandus felix reditus: enarranda paucis
 consilia: commēdanda pietatis opera: dicēdum quo pacto: ad imperium
 vocatus fuerit. Ad coronam regni germano apud ciuitatem aquensem.
 Impialem in hac vrbe summo cum honore suscepit vt coniugē nobilissi
 mam ex domo portigalie duxerit. Alpbonsi pclarissimi regis neptem.
 Vnde sibi omnes hispanie potētissimos reges affinitate cōiunxit: vt neu
 tralicatē ecclie romane nocētissimam: ex natione sua sustulerit: vt obe
 dientiam germanici populi magno abore maiori sumptu atq; industria
 tuis predecessoribus Eugenio & Nicolao restituerit. Vnde secuta est q̄
 nunc fruimur & quam tantope commēdauius ecclesiastice societatis
 vnitas: q̄uis eius rei gloriam pleriq; in alios detinet: quorum opa ea fuit
 que solet illorum esse qui fugatim ab aliis sessumq; termini intercipiunt.
 De his ergo & aliis q̄plurimis rebus cumulātissime putandum illi erit.
 qui Fridericum nostrum digne pro meritis laudare decreuerit. Sed non
 sunt hec onera que nostris bumeris cōmitti debeant. Satiū est tacere q̄
 maiestatem tanti principis reum vt nostra est oratione pcurrere. Preter

mittimus igitur morē ab alijs seruātū & obmissis hoc loco tuis ac cesaris
nostri laudibus. ad ea veniemus q̄ corā te dicere ac agere iussi sum⁹. Mu-
nusq; nrm q̄s breuiter absoluem⁹. Sane cū accepisset Frideric⁹ impator
sanctissime atq; indelibilis memorie. N. papam. v. p̄decessorē tuū ex hac
mortali luce migrasse. cōplens illum dies luxit. Non quide⁹ cuius causa
quem p̄ suis gloriosis opibus & animi rectitudine in concilio beatissimo.
rum spiritū & in regno dei cum Petro & Paulos iam receptū nō dubita-
bat: sed p̄pter tempu. xpianam. cui mortē. N. hoc tpe funestissimā existi-
mabat: timēs ne p̄ successoris electione sacri senatus opinionēs in diuer-
sa tendētes. incōsutilem xpi tunicam scinderēt: & imminētī ceruicib⁹ nris
hostili gladio vires addicerēt qd̄ licet de tanto lumine nō eēt credibile:
quia tñ acciderāt aliqñ peiora nō fuit absōnū formidare similia: sed quē
admodū ex prematura & infausta migratōe tui p̄decessoris merore acce-
pit cesar ingentē ita ex tēpestiua & felici vocatione tua summū gaudium
maximāq; leticiā adeptus ē. Nonit em̄ te cesar cū adhuc in minorib⁹ age-
res: & cū se visitatū in hac vrbe sue coronationis adisses q̄tum intellectu
& poctrina: & p̄sertim ciuili sapia q̄ mūdi gubernatrix existit: q̄ntū cū ma-
gnitudine & vite sanctimonia valeres diligēter expēdit: te vnum eē iudi-
cātic. q. b. p. lucū iuris meriti aliqñ teneres: qd̄ nūc ex p̄cordi volūtate sa-
cri senatus impletum cognoscit & gaudet. Accum serenissima cōthorali
sua leonora prudentissima & sanctissima femina q̄ de tuo pontificatu ma-
ximo incredibiliter exulter festos dies agit illos: quia secum serio trium-
phat q̄ tu solus es: qui post gregoriū. xi. per annos. lxxx. & amplius sine
cōpeditore certus & indubitat⁹. b. p. successor inueniaris. Ea p̄pter letus
de nuncio tue assumptiōis cesar: solici⁹ p̄ debito recognitionis nos dua-
bus de causis ad te misit. Prima est vt p̄ vetusto more sanctitatē tuam re-
center assumptā. suo nomine veneremur. Secunda vt defendēdam cōtra
thurcos catholicā eccliam tue b̄tutidini cōmēdemus. In primo negotio
nō est cur imoremur: faciat impator qd̄ se decet: accipiat tua pietas qd̄ ti-
bi debet. Nos igit̄ iussione pentes ei⁹ noie: qui sacro romano impio p̄si-
det: sanctitatē tuā dñi nostri Iesu xpi locum tenentē in terris ac in gracijs
& ducem vniuersalis ecclesie: recognoscimus te certum & indubitatum
beati Petri successorem & pastorē dominice gregis. Te sanctorū euāge-
liorum verum interpretem. Te doctorem salutarem. Te clauigerū eter-
ni regni celestis profiteamur. Tibiq; omne⁹ reuerentiam & obedientiam
exhibemus: quam romanorū impatores p̄decessoribus tuis canonicē
intransib⁹ prestare comp̄ti sunt siue iure siue cōsuetudine suadentes: q̄
q̄tura nobis premissum sit p̄senti sacra littera docebit. Nunc de scda
nostre cōmissionis causa transigere oportet hoc est de tuendo noie xpia-
no cōtra thurcos: nō dico teucros. Nunq̄ ḡ bic erroris plabor: vt genti
barbare atq; immūdisimo nomini eorū attribuas qui romani populi pa-
tres habent. Theucricū em̄ idem & troyani fuerunt: a quib⁹ exortū genus

meandrum & gens Iulia pfecta romanum fuderat imperiū. Thurci autē
 etſi nunc occupant loca in quibus fuit ylion & neptune troya. ſcite tamē
 ab origine ſunt: qui regnante apud francos pipino in aſiam migrare.
 Eamq; pedetētim puinciam ſui iuris fecere Gens ſpurciſſima & ignomi
 niola: fornicaria in cūctis ſtuproꝝ generibus: tunc quidē ydoloꝝ cultrix
 nunc impiū machometi ſectatrix. Hec hoſtis peſſima nſe religiōis. Q. uō
 autem debachati ſunt tempibus noſtris thurci in grecia. & quo impetu
 conſtantinopolim expugnaverunt. Galatbas deleuerint. Raſtiam q̄ ſupe
 rior olim miſia dicebat oppreſſerint. In peloponeſum. In euboeam cum
 exercitu venerunt cunctiſq; per circuitum chriſtianis vincula. verbera. ne
 ces cōminati ſunt. non eſt propoliti noſtri nunc cōmemorare. Satis enim
 & in ratiſpana & in franckfordia & in nouaciuitate: & aplici & ceſarei &
 aliorū principū legati ruīnam grecie eccleſie nſe vulnera deſleuerunt. In
 hoc etiam adlutorio nō me fugit ſepe de his rebus ofones habitas eē: &
 ab illis quidē diſertiffimis viris: quibus ſi velim eꝑri dicendo manifeſte
 de ſapiētia. Nunc vō nō verbis nec lacrimis: ſed armis regum & pplorū
 eſt opus. Que aut̄ baſtenus aduerſus hanc thurcoꝝ inſoletiam: p̄ tutela
 fidelis ppli tentauerit impator: optime nouit tua beatitudo. Nec te latet
 p̄miſſa fuiſſe vngaris ſubſidia que p̄terierunt. Sed qua iam rōne pturba
 ta ſunt eius conſilia: & quibus artibus impedita ſit hoc anno in thurcos
 expeditio malo tecum cogites q̄ extra me publice audies. Illud tñ nō re
 citabo q̄ franckforden. conſiliuz faciēda decreuit: duabus cōditionibus
 ſubnixi fuiſſe: altera vt certitudo classiſ ytalice: que cum terreſtri exercitu
 cōcurreret ſuo tpe haberet: altera germanoꝝ cotrouerſie q̄ poſſent impe
 dire pactum de medio tollere. Primā cōditionē irritam fecit tui prede
 ceſſoris obitus. Secunda ne poſſet impleri ab his procuratum eſt: qui ex
 publico malo p̄prium cōmodū querunt. Atq; ita dum xpiani cunctanē
 thurciſq; pperant religionem nſam funditus delere nitunt̄ q̄ nō cōtenti
 viciffe greciam vngarie nobili regno imminent. Vngari vō magnanimi
 & fideles ppli annis ſupra. lxx. hunc hoſtem ppeſſi nunc victi nūc victoꝝ
 reſ ſuum ſanguinem tutati ſunt. qui cum nos ſuant. optimates ſuos cuſq;
 regibus & pontificibus miſerunt. Nulla domus in vngaria eſt digno no
 mine que duobus nouiſſimis bellis contra thurcos habitis egregium &
 fortem aliquē virū nō deplorauerit: hodie vō nō eſt hoc regnū qd̄ thur
 corū impetum ſuſtinere poſſit. Attenuatum atq; externa indiget ope le
 gati eius & in frāckfordia & in nouaciuitate cum ceſare ſupos atq; boieſ
 teſtati ſunt: ſi reliquoꝝ xpianoꝝ pſidia ſentiunt ſe iterū atq; iterū belli pe
 ricula ſubituros. Sin relinquant̄ a nobis leges accepturos: q̄s thuci de
 derint. Neq; em̄ conſilium eoꝝ eſt ſine ſpe victorie: vrbes & agros igni:
 vxores & filias lupanari ſua & liberorum capita hoſtili ferro cōmittere:
 quocunq; tandem modo ad hoſtes vngaria defecit: ſiue ytaliā: ſiue ger
 maniam percurrere ac predari voluerit in vtranq; terram patenti porta

aditum habet. Murus vō vngaria est & antemurale fortissimū: siue clipe
 us nre religionis: sub quo longe iam em̄ pteci sumus. At hic nūc clipe
 nobis subtrahit. Murus vō bombardis arietibus & quatit & nos de re
 medio aia nulla remordet. O in gratitudinē nr̄am quā nūc vicem defen
 soribus nostris reddim⁹ vngaris. O stulticia: ppli xpiani. o cecitate atq;
 amentiam ab externis inuadimur hostibus: & nos in ciues arma cōuertimur.
 Sed digne patimur p nr̄is iniquitatib⁹. Nulla intra nos concordia
 nulla obediētia est. neq; spūali neq; tpali paremus capiti. Iacet spreta reli
 gio iusticie: Nullus bonos. fides pene incognita: s; rex quisq; sibi aut pō
 tifex eē videt⁹ quot capita tot snt. Scindit in tertū studia in cōtraria vul
 gus. Illic germaniā mille cōturbāt lites inter galliā & angliā vet⁹ odiū
 viret. Hyspanie reges inmutat ambitio. ytalīā magno labore pacatā. No
 uis iam turbo cōcutit. Noua exurunt apud senas incendia: quid sperem⁹
 bis moribus pcuratores machometi sumus: nam ipse patefaciamus
 hosti: & terga nudamus q̄ feriat: quid tanta inter nos est inuidia & mali
 uolentie pestis. tātum venenū tanta rabies vt videre videat cōplures no
 stre religionis hoies fuire thurcis malle: q̄ xpianū ferre aliq̄e princeps
 tot demum sunt in xpiano populo vestigalia: tot pecuniarū extorsiones
 tot rapine tot principum ne dictam tyrānorū nr̄orū in subditos cōtume
 lie: vt magnopere verear: ne veniente thurco & onera relaxanti. Plebes no
 stre libeci anio celsa submittant: maxime vō si vt est callidus hostis liber
 tatem de fide fecit. Sed o xpianū pplim: o plebē electam: o vineam dñi sa
 baotb: o xpi hereditatē: o testamentū: o regnū dei q̄ nūc redacta es xpia
 na societas: ex quattuor p̄iarchalib⁹ ecclesiis xpiana subnixā fides in or
 bem vniuersum palmites extēdit: maiores nr̄i duas p ignauiam & secor
 diam cum hierosolimitana sede turpiter pdiderunt nos tertiam. & illam
 quidē: que post romam scāta fuit in qua tot nobilissimi impatores tot san
 cti pontifices daruerunt tot generalia cōcilia celebrata: tot sacri canones
 editi: tot sacratissime leges promulgate sunt non minori damno: maiori tū
 delidia pr̄sus amissimus. Euāgelium saluatoris qd̄ in omnē terram into
 nuit: sola iam audit europa: ne ipsa quidem om̄is. In occidenti saracenis p
 mimur. Septentrionis magnam partem ceca gentilitas inuasit: ex oriente
 qua grecia p̄tendit thurci nos pepulere: ppe est nisi vigilam⁹ nisi cōsur
 gimus. Nisi deus adiuuat nisi tua sanctitas vt tempest animose occurrat
 vt et huc tuum thronum: et quicqd̄ restat xpiani nois machomet⁹ occu
 pat qui iam sine resistantia terre dñs ac maris eē videt⁹. Aduersus hāc pe
 stiferam bestiam et aduersus bec mala conatus est impator: vt nostri reme
 dia cōquirere sunt precepta: sunt eius vt ante dixi consilia: non pposito
 cadit: neq; animo deficit: deceptus est non defatigatus. Hac vō successit
 alia aggrediet⁹ via: q̄cunq; sibi vt impatori romanorū vt aduocato eccl̄ie
 vt p̄tectori fidei orthodoxe. vt austrie duci: vt religioso p̄icipi vt homi
 ni christiano incumbere videntur: procuranda religione minime poster⁹

gabit. Sed quoniam *pp*ulsare *t*hucos: & illatam *c*hrisiane plebi cōtume-
liam vlcisci omnino opus est omnium fideliū magnoq; sumptu & magnis
viribus indiget. Supplex orat tuam beatitudinē cesar que *c*hris̃ti vicariū
gerit: vt anteq; hostis appropinquet magis vna secum ad ea intēdas ani-
mum. per que *c*hrisiane potentatus inter se pacem tenentes. aduersus in-
fideles arma cōuertant: & cōmunem hostem ex europa deturbēt. Quod
licet difficile videat̃ hac infelici cēpestare nostra in qua tantopere diuisi su-
mus nihil est tamē quod diligentis hominis studium non perficiat. Vi-
gilanti. instanti. vrgenti. pro voto cōcta succedunt labor improbus om-
nia vincit. Incidisti beatissime pater in hac luctuosa & vt ita dixerim fasti-
diosa tempora: que fidem catholicam pene concussam: & vndiq; laniatā
*c*hrisianā plebem ostendunt. Tu ne cede malis: sed contra ardentior ito.
quo difficilius eo predarius ages: non est impossibile si tibi credis con-
stantinopolim: totamq; greciam de manibus *t*hurcorū eripere: si modo
bis itineribus incedam? que sunt apertissima: neq; mare neq; terra *c*hris-
iane potentie *t*hurci sunt pares & hominibus & equis & nauibus & curri-
bus & quibuscūq; armis & rei militaris pericia superiores sumus & au-
ro. Qz si armē *x*pianum robur fugient hostes sicut stipula a facie venti.
Sarmaciaq; nostris relinquent spolia sine vulnere & sanguine. Mira res
neq; facultas nobis deest: qua possumus *t*hucos exterminare: neq; vo-
luntas. Nam viribus multo q̃ illi prestamus: & nemo est *c*hrisiano noie
insignit? q̃ nolit perire *t*hucos. Quid igit̃ obstat. cur stam? cur nō exur-
gimus cur nō defendim? plebē nram: cur nō *pp*ulsam? iniuriā. Sed vnū
nobis de istis vnum inquirendū est: quo habito facile terrebimus & con-
sternemus hostem. Hoc vnum est ordo sine quo nihil est quod valeat ri-
re explicare. Ordine caremus beatissime pater: & modo at nūc tua inter-
est & nostri cesaris: & adherere rebus agendis. Nisi enim vos duo lumi-
naria magna. Vos primi orbis capita: vos sal terre & mundi presules or-
dinē ponitis quo *c*hrisiane vires in hoc opus vniant̃: non est q̃ vel nos
speremus vel *t*hurci timeant *x*pianum cōstari exercitum. Age igit̃ sum-
me pontifex fortem sume animum: erige nobilissimā mentem: laudatissi-
mum illud in omni gente vulgatum: quod in assumptione tua votum
emissisti ante oculos semp habeto. Intelligis q̃ cesar *p*mittit clarissimum
illum aragonie regem potentia & sapientia incomparabilem in hoc opus
valentissimum habes Philippo duci burgundie nobilissimo & piissimo
maximis rebus compando: nihil magis cordi est q̃ pugnare in *t*hucos.
Hungari auxilia expectant: belli fortunam sub tuo vexillo iterū expituri
in germania multi sunt principes qui corpa sua aduersus hos hostes de-
nouere. Carolus rex francoꝝ & re & nomine *x*pianissimus. suorū *p*geni-
torum vestigia non deseret: quoꝝ fortia facta omnis decantat ecclesia: ne
queꝝ fortes vt opinor angloꝝ manus decurrunt. Castellanis & portugalē
libus rerum gestarū gloria clarissimis innatum est *p* fide certare. Volun-

trahunt & p̄cepti om̄s p̄p̄i p̄ xp̄i fide arma suscipe: sed oēs in te oculos
direxere. om̄s ex te modū atq; ordinē expectāt. Exurge igit̄ aperī eccl̄ie
thezaurū: ap̄i celi portas p̄mitte dignā labore mercedē. Effunde largiter
sp̄alia dona in xp̄i milites mitte op̄arios in messē dñō dīctissimā merē
Hoc tuum est opus: hoc est in quo deo possis & boībus cōplacere. Scio
multos tibi deberi titulos postq̄ celum poteris: sed nullius illustrior sa
crofago tuo inscribi poterit: q̄ si p̄dite sub p̄decessore tuo cōstantinopo
lis recuperator & vitor cōmunis in v̄rie vociteris. Atq; vt apte dica; quod
sentio. Hec certissima via est p̄ quam xp̄iani reges & fideles cūctē natio
nes: tibi vt xp̄i vicario ceruices suas libenter inflectant: si defensionē fidei
nūc fortiter & magnifice suscipias & quēadmodū fouendo ytaliam pace;
iuuando & sapientissimos legatos designādo spem dedīti exterminan
dum thurcoꝝ sedem & impiā gentē totis conatibus erectus atq; intētus
esse videre. Pleraq; alia ad rem banc ydonea semotīs arbitris: cū tue pie
tati videbīs latius exponemus.

Oratio enee corā sanctissimo & senatu cardinaliū impatore coronato
presente & eius nomine ad passagium inducendum.

Oyses vir dei beatissime **EPISTOLA CCCCXIII**
m. pater maxime pontifex cum sibi successorem ordinaret ioseph filii
Num diuinā vocem ad se dicentē audiuit: p̄ hoc si quid agendū
erit. Eleazar sacerdos consulēt dñm. ad verbum eius egreditur & ingre
ditur ipse: & omnes filii israhel cum eo & cetera multitudo: quibus ver
bis non populi solum sed reges & principes mouent: magnis in rebus
summi sacerdotis consilium querere & imperium sequi. Quod postmo
dum & in nouo testamento ac in tempore gratie multis exemplis & au
toritatibus ē firmatū. Sicut & cōstantini magni & theodosii & iustiniani
& alioꝝ xp̄ianoꝝ cesarū gesta testant̄. Eam ob cām cupidus atq; auidissi
mus cesar diuinus Fridericus roman⁹ impator augustus filius tuus obse
quētissimus: suo tpe aduersus impios machometi cultores generale pas
sagium fieret. atq; in illud suum studium suasq; curas omnes cōuertere: te
prius magni dei vicarium: xp̄iane plebis sacratum religionis magnū ca
put p̄fectum ducem: optimum rectorem veracem magistrū: cōsulendum
audiendum & sequendum censuit. Cuius p̄uidentiā nostre autoritas
mouere p̄tās implere pōt: quid sit agendum. Venit igit̄ bodie ad te tu
umq; sacratissimū senatum cesar sup̄ vn̄iuersali passagio: cum tua beatitu
dine locuturus. Coronatus ē iam triplici corona: eiusq; regni tua bene
ficētia rex cōfirmatus cuius potentiā Daniel ferro compauit: cui⁹ limites
solus claudit oceanus cui⁹ fundator romulus: cōfirmator iulius: ampli
ficator augustus. Approbat dñs Iesus fuit: cuius autoritas in terris nisi
tue cedit nulli. Cuius officiū est p̄cere subiectis: & debellare superbos.
Quid aliud cogit q̄ passagiū: p̄ qd̄ & xp̄iani fortiores: & inimici christi
nominis credunt̄ imbecilliores. Princeps inquā sapiēs: que sunt digna

principi cogitabit. Reges apud modos ut herodotus inquit apud omnes
ut Cicero sensit iusticie fruede causa creati sunt. velut iniuriarū ppulsores
qui si prelatū auscultare volunt ceterisq; p̄bis recta mouentibus obedi-
re. Procuracione reipublice non ad suam sed ad eoꝝ qui sibi cōmissi sunt
utilitatē gerere dicunt: atq; hoc est q̄ de passagium cesarem & sollicitum &
anxium fecit. sup̄ qua re dicturus eo q̄ mihi sua maiestas impat oꝝonem
meam in tres partes diuidam. In prima dicens quid sit passagium qd̄ q̄-
ritur. In secda cur petat. In tertia facile ne passagium fructuosum sit futurū
quibus in rebus si longior fuerim cum rerum magnitudini verba cōpan-
tur sic fortasse breuior videbit. ero tñ reuera breuis qm̄ empedocle teste
sola breuitas cōmendat indoctos: sed iam primū absolua. passagiū vo-
cabulo nihil aliud designamus qm̄ expeditionē militare numerosissimā
aduersus infideles p xpianos indictam: quā si consequunt cruci signati.
plenariā pccōrū omniū remissionē merent. Appellatq; passagiū fm̄one
yitalico quasi trāsitus. Nam sicut aues qdam gregatim certē anni t̄pibus
de regione in regionē transeunt: dicunt quoq; passagiū facere: & xpiani
nōnunq; sumptꝝ armis turmatim incedētes: atq; in hostes fidei ex aplice
sedis iussu p̄siliētes. & visi & dei dicti sunt passagium habuisse. Neq; ve-
rum passagium videri pōt: nisi multoꝝ fiunt populoꝝ: qui migrare ma-
gis nouas sedes quesituri q̄ bellaturi videant. Sicut cymberonū in yta-
lia inundatio ac gothoꝝ & hunoꝝ excursio: habemus quid sit passagiū
Nunc cur petat exponamus. Tria sunt que cesarem passagiū cupidū red-
dant. Cōmiseratio. utilitas. atq; honestas rei. Vnde vō cōmiseratio pro-
deat. paucis (aduerte) docebo. Quis infirmat inquit ap̄lus & ego nō in-
firmor. Qui vidit afflictos & non affligit: cuius pectus adeo durū est: ut
dolentibus nō condoleat: gemētibus nō cōgemat. Tristantibus nō con-
tristet. Cesar quidē postq; discretionis attigit annos: cepitq; noscere n̄e
fidei sacram: mox religionis induit zelum. cepitq; rebus omnibus diuini
cultus augmentum preponere: qd̄ sibi & sue nature bonitas & nobilitas
sanguinis suadebat. Nam domus austrie princeps inter quos plures ac
reges ac impatores floruerunt: tunc sibi p̄spere succedere sperauerūt: cuꝝ
diuino nomini bene & cōstanter famulati fuissent. Quoꝝ vestigia Fride-
ricus secutus defunctis parētibus q̄primū tutelam exiuit: ut locum vide-
ret in quo nostra redemptio celebrata est: adhuc adolescēs transmare na-
uigauit: cōtextiq; pelagus digitis aspexit locum vbi natus saluator no-
ster xpus. Vbi positus in p̄sepio: vbi p̄ntatus in templo: vbi baptizatus:
vbi temptatus: vbi predicauit. vbi lazari suscitauit: vbi cenauit: vbi cap̄tꝝ
vbi derisus: vbi iudicatus: vbi crucifixus: vbi sepultus est: & vnde ascen-
dit in celum. Quid multa dicam osculatus est cesar terram vbi fuerūt pe-
des eius qui nos redemit: sed quo tunc animo fuisse arbitraris cum spur-
cidos illic saracenos immūdos horridosq; dominari videret: sanctissima
loca possidentes: quid aliud dicere poterat nisi p̄peticum illud. Deus

venerant gentes in hereditate tuam. Polluerunt templū sanctum tuum
posuerunt hierlm in pomori custodiā. Et iterū. Quō sedet sola ciuitas ple
na populo facta ē vidua domina gentiū: princeps puinciarum est sub tri
buto. Proch quantū vrgebat angebatq; cesarem ciuitatis huius oppres
sio: et illorū qui sunt trans mare christianorū cōculcatio. Sed quid grecia
litterarū mater. Inuētrix legum: cultrix morū & oim artium bonarū ma
gistra: quē nō miseret gentis illius afflicte oppressē pessundate: cuius im
perium nō sub Alexandro macedone solū suisq; successoribus. Sed sub
athenienē sibus thebanis ac lacedemoniensibus olim florentissimū et po
tentissimū fuit. Nunc vbilibet effeminatis thurcis seruire coacta ē: quid
regnū illud hungarie nobilissimū: terra antiqua: potens armis atq; vbe
ra plebe. Heu quanta passi sunt hungari diebus nostris: qui dum nostrū
seruant sanguinē: fūdunt suū quorū pectora nostri sunt muri: obligamur
recte omnes christiani hungarice geti qui pro nobis mortificantur tota
die: & facti sunt sicut ouis occisionis. Et cum presentē illorū regez pu
erum pupillum. orphanū: Ladislaum nobilissimū & regum & imperato
rum prolem: qui suo regno suisq; subditis: auxiliū nunc tam sanctitatem
tuam q̄ cesaream. sue preces sue lachryme moueāt: nam illi genti postu
lat auxiliū: que toto christiano populo affert presidium. accidit vt aliarū
calamitas prouinciarū massagete & scitarū q̄ plures populi liuoniam ve
xant. Mauri vero paruū byspanorū occupant regnū: siciliam iammiari
in siluas ciprum rethum crethum. siciliam q̄re & ipi ytalie littora barba
rorum sepe classes inuadunt aspernantq; christianos. O nostrā maximā
negligentiā. o tēpora. o mores. Dum gentiles fuerūt cesares idolorū cul
tores augebatur in dies credentiū numerus. Nūc cum christiani sunt re
ges impatores duces minuitur cultus christi: qui totum fere orbem cō
pleuerat: in angulum europe deductus est. Africam & aliam amissimus
Europa quoq; cōculcauit cur hoc refriguit ardor: tepuit charitas. Proch
dolor maior est saracenorū ardor in sua perfidia q̄ noster in fide zelus. cer
nimus christianorū iniurias & tacemus. Opprimē iugulatur nra religio
& auertimus oculos: sed alius est cesaris animus. aliamq; arbitrat tuam
esse mentē: nam qui nō defendit oppressos: aut amicos: aut patriam de
feret q̄d ne tibi neue sibi quispiam imputet passagiū expedit in quo ma
gnam vtilitatem eē intelligit subuenire laboribus. Hūgaros liberare gre
cos a seruitute p̄pagare. diuinū cultū sanctam terrā ex manibus impuro
rum vendicare. Monstrumq; illud & abominabile idolum Machome
ti exterminare. Vnde placētes immarcessibilē celestis regni coronā a di
piscantē. En magnam vtilitatem: sed nō est vera vtilitas honestatis. Maio
res nostri iustum bellum gerere honestam rem censebant. Erat autē belli
equitas sanctissimi senatus pro iure descripta denunciata que bella indi
cta iusta putabant. In quibus qui viriliter pugnasent: non viuentes solū
sed occumbentes que bonore dignos gloriososq; iudicabant. Quid de

hoc bello dicemus qđ non terremus homo. sed diuinus imperator indi-
cat. In quo nō impiū sed diuini cult⁹ ppagatio quē. In quo fides catholi-
ca defenditur: & honor saluatoris nostri: qui cū in forma dei eēt nō rapi-
nam arbitratus ē esse se equalē deo sed formam serui accipiens: seipm exi-
naniuit factus obediens vsq; ad mortē: mortē autē crucis: vt nos de dy-
bolica seruitute redimeret: & tumet aduersus eos. Machomet inflatur:
cornua erigit. & nos quiescimus. An nō arma p Christo sumemus: qui
pro nobis sumpsit humanitatē. Maxima eēt ingraticudo nostra: si nō ad
incertam mortē p Christo iremus: qui certam pro nobis tulit: si non illi
vitam offeremus a quo suscepim⁹. En bellū honestissimū in quo patris:
in quo domini: in quo magni dei causa tuemur. In quo q vitam tēpora-
lem amittit: acquirit eternam: & famam clari nominis adipiscit sempiter-
nam. Quid plura tñ obestis: vt nō sit glorioꝝum pugnare p fide vt infā-
me sedūq; sit nō pugnare: quādo necessitas vrget sicut iam crassantibus
vndiq; in fratres nostros saracenos: & nomen Christi magna crudelitate
atq; immanitate psequētib⁹. Et tantū de sedā pte dictū in q cur passagiū
petere monstrandū fuit. Superit nūc de possibilitate pgregandi pas-
sagiū deq; spe fructus dicere plurimi sunt beatissime pater: qui cū nomi-
nari passagiū audiūt. Ecce vetus fomnū iniquū: vetus deliramentū: ina-
nes fabulas. Verū Urbanus antecessor tu⁹ cū vexaret a paganis orienta-
lis ecclesia. Saraceni qui thilū cōculcarēt: motus Alexii qui cōstantino-
polim tenebat & aliorū xpianorū qui sub tributo thurcoꝝ vitam egebāt
precibus et igni laborioso itinere in galliam profect⁹ maximū exercitus
cōgregauit. Atq; hominū trecēta milia vt Otto frisingen. scribit non su-
tūis auctor in greciam: asiam syriamq; transmisit. quib⁹ mille saracenorū
vires obistere valuerūt quādo & antiochiam expugnauerūt & hieroso-
limā obtinuerūt. Vnde adhuc Urbanus qui cōuocauit passagiū & Goē-
fridi q indixit illustre nomē habet. Sed pensē⁹ bodie spes bona possit
haberi passagiū: qñ nemo sciens impossibilia tentat. Neq; aggredit qsq;
qđ allegui desperat. Magnū facinus spes nutrit. Quid bicndem⁹: duo
cōsiderāda sunt: vnū an xpiani facile possint in passagiū trahi. Alterū an
an inchoato passagio spes sit magna vincēdi. Nā quis omnīū bellorum
dubius sit exitus. Nunq; tñ cōmittendū est bellū sine spe quadā & argu-
mēto victorie. Ne (sicut Octauian⁹ cesar puerbiū habuit) aureo pisci-
ri bamo videamur, in quo maior dāni q̄ lucri rō possit bñ difficile: ergo
primū videat xpianos qui inter se sunt discordes: aptisq; fragrat odiis in
vnā passagiū summā ducere. Sed quid multi obitare putāt passagio sa-
pientia cesaris cōducere indicat: Omninoq; si pax xpianos haberet: in cal-
sum quietos principes atq; torpentes populos excitarem⁹. Neq; viles
bello man⁹ inuenirent timerent mortes ferrū: neq; signū neq; tubā ferre
possent. Nūc vō excitata bellis populo vltro sese offerret: facilius ex bel-
lo vocat bellū q̄ ex ocio miles. Bonū est viro sicut ppbeta testat cū por-

tauerit iugū ab adoleſcētia ſua: q̄s xpianoruꝝ eſt poſtq̄ pugnare oportet
 qui non potius in thurcos q̄ in xpianos ſtringere gladiū velit: Placebit
 oibꝫ arma in ſaracenos uertere patriā vt quietā relinquunt. Et fortasſe
 vnica parādī xpianos via ē conuocatio paſſagii. Marciales em̄ & feroces
 europe ppli neſciētes quieſcere: niſi aduerſus exteros plient: in ſe man⁹
 vertūt. Qua rōne ductus olim catbo excidi carthaginez diſſuadebat ne
 pacem habētes in circuitu romani in ſe ſe ruerent. Sicut & reges iſrl victi
 hoſtib⁹ mutuis recidere vulnerib⁹. Iā pacē q̄ vt bēant xpiani: bellū in de
 xteris ē trāſſerēdū. Ad quā rē neq̄ germanoꝝ illuſtris anim⁹: nec cor no
 bile gallice gētis: neq̄ mēs ſublimis hiſpanoꝝ: neq̄ honeſti cupid⁹ italo
 rū deerit ſpūs. Oēs qđ tua iubet ſcītitas: cōſtātī aio exequēt. Quis dubi
 tat fieri paſſagii qđ rōani pōtificis autoritate decretū & impatoris man
 dato fuerit puocatū: videor videre rē pfectā. Nec me dubiū h̄ vllū. ſi tu
 verbū apponiſ: ceſar adiicit manū. Nā ſi q̄s obedire neglexerit vel cuiſ
 iuſſib⁹ vel ceſaris impio cōpelleſ. ſed dicit fortasſe q̄ſpam q̄ bracci⁹ quis
 hoſtis eccleſie aliqñ tñ vir ſenſat⁹ frequēti ſmone uſurpare ſolebat: trib⁹
 potētiffime reb⁹ bellū indigere. Et boꝝ triū vnū eē pecuniā. Vbi q̄ corro
 dem⁹ aurū ad tantū & tālōginquū bellū neceſſariū ſi: & modi in p̄mpto
 bui⁹ inueniem⁹ argētū q̄s vulgare nō expedit. Illā dicere poſſum. Ciuita
 tes q̄ ob eā cām bellū ſuſcipiūt: vt ſine minis in pace viuūt: libenter paſſa
 gii cotribuāt curas vt pacē nihil inſidiāꝝ hñtem cōſeq̄ pñt: non erit diſſi
 cile cōuocare paſſagium. Nec rurfus ſpes magna victorie deerit. Nouit
 maieſtas imparoria thurcorū: aſſyriorū: egyptioꝝq̄ gentē: imbecilles: in
 ermes: effeminati ſunt. Neq̄ aio neq̄ cōſilio mārciales ſaumacida erunt
 ſpolia ſine ſudore & ſanguie. Quis trūcatos mitratosq̄ thurcos: aut bra
 chatos timeat egyptiacos. q̄s rabsaces ad Ezechiām regē loquēs baculo
 arūdineo cōfractō compauit. Qz ſi aliquādo noſtri exercitus victi ab eis
 ſunt: neq̄ viribus neq̄ re militaris peritiē: ſed innumerofitati hoſtiū aſcri
 bendū eſt. Qm̄ ſi chriſtianoꝝ copie tot fuerūt vt opprimi tot ſaracenoꝝ
 multitudinem nequeant: & q̄ paſſagii nomē expoſcit: certa nibilomin⁹
 in manibus erit victoria ſicut priſca cxēpla nos inſtruūt. Iuuabunt & di
 uiſiones eoꝝ & odia q̄ in thartaris habent aſſidua certamina. Iuuabit &
 gētis illius deſperatio. Nam & machometū cui maxime credūt ſectā ſuā
 in octingētos vſq̄ annos augēdam. Exinde diminuēdam aſſerūt p̄pbe
 taſſe qui ſub eradio ceſare malignari accepit: poſtq̄ ſupputant annū .xl. et
 octingēti: & hoc thurcos admodū territat: xpianos eleuat. Nā etſi falſus
 prop̄heta Machometus ē: nō eſt tñ falſum vaticiniū eſtimandū: qđ biere
 mie ſacris ſmonib⁹ cōſonū eē videm⁹: dū quinq̄geſimū ca. libri ſui quaſi
 tuā ſcītate ac ceſarē hortat⁹. Nolite tacere ſup iniquitates ei⁹ qm̄ tps vltōis
 eſt dūmodo viciffitudinē ſp̄e retribuet ei. Poſſem ad banc tñ plura dedu
 cere: ſed neq̄ doctiſſimis tuis aurib⁹ neq̄ reuerēdiſſimis ſapiētiffimisq̄ pa
 trib⁹ q̄ aſſidēt danda ſunt verba: ſatis eſt nobis abſoluiffe ea q̄ pmiſimus:

ea que cesarea dignitas dicturū me voluit. Intelligis xpi deūderiū suū integrū propositū cesaris mentē intueris: totū tñ & p̄silio & iudicio tuo relinquit. Cesar cū eēt hac vice apud tuam beatitudinē noluit hanc rem intactam relinquere: que sibi ab ineunte adolescentia semp cordi fuit. al̄s aut cōciliū generale petiūisset aut informationē decreta aut aliud quisp̄ am cesari suscepta ex tua sacra manu imperiali corona: nihil antiquius visum est q̄ de passagio tecum agere. Qā si fortasse prima frōte arduū videatur. Nihil tñ est tam difficile qā querēdo nō fiat facile: virtus circa difficile opatur. Asperis in rebus & vir nōcīt & gl̄ia querit: q̄ magno aio et fortiter & excellēterq̄ geruntur. Nescio quō pleniori bucca laudare solemus: clari & illustres sunt tituli tui beatissime presul qui vnionē seceris iubileū induleris cesarē coronaueris. Passagii tñ titulus et dignior et diuturnior omnibus erit. quē ne successorī relinquas: et cesarea sublimitas suadet et ois xpianitas orat et tibi coronato cesare q̄uis multa incubantē nihil tamē est de quo vel vtilius agere: vel gloriosius q̄ de passagio.

Gregorius beymburg denūciatur excommunicatus.

EPISTOLA CCCCXV

Ius papa. ii. Dilectis filiis burgimagistris et cōsulatui oppidi nuremberg. Salutē et aplicam benedictionē. Saluator humani generis in hunc veniens mundū: vt ex mortalibus genitus: dei filius et sibi p̄summi patris sui regno coheredes efficeret. Vnū ex omnibus fidelibus in eum credētib⁹ regnū cōstituit: idq̄ vnam ipsius ecclesiā nūcupauit. cui⁹ ipse caput eēt et regnator sempiternus. Visibile vero humanis oculis p̄ntiam sui p̄ admirabile ad patrē omnipotentē ascēsum: mūdo subtraēturus Petrū ap̄lorum principē eiusq̄ legitimōs successores. vicarios sibi cū plenitudine potestatis ad proprie gubernationē ecclesie substituit tribuens omnimodā p̄tpalē successionē vicariis ipsis in terris ac in celis omnia ligādi solūēdiq̄. Precipiensq̄ districte ip̄os audiri: et in eorum iussionib⁹ p̄mōstrari. Qz si qui transgressores veneno imbuti eos nō audirēt: h̄mōi oēs p̄ exclusis a suo regno eiectisq̄ a sancta ecclesia inter et̄nicos et publicanos cū p̄ditionis et mortis filiis voluit cōputari. Cū em̄ nullū regnū vt ip̄ius dñi n̄ri verbis didicimus in se diuisum stare possit: quo nam mō sacrosanctū stabit eccl̄ie regnū: si illi qui xpi sup̄mi regis vicario parere cōtēnūt: de regni nō valeāt sorte depelli. Aduersus hoc in quassabile fundamētū et ecclesie firmā petrā berelis quedā a paruo tempore citra sensum vela suboriri pullulant: que sub ouīū vestib⁹ lupos rapaces intrinsecus celans sub appellatiōis specie eccl̄ie fatagit vnitatē cōuellere. Nā si q̄ xpi vnice⁹ vicari⁹ canonib⁹ sacris etiā et iurisc̄ripto inherēdo decreuit statuitq̄ et fuari vt dignū ē: precepit calūniatores malivoli et pueri subterfugere iusticiam p̄sumentes p̄ ludibria friuolarū appellatiōnū ad futurū cōsiliū: ceu ad id q̄ nūq̄ est: ac supra christi vicariū eē aut reperiri nequit: obedientiam q̄ est de necessitate ecclesie et salutis vniuer

forum improbe declinat ac temere. Hanc igitur dyabolico spiritu & instructu nouitate exorta considerantes: in totius ecclesie catholice non tam eneruationes sed euerfione in motuano conueto sepe & multum de discussam de venerabili fratre nostro sancte romane ecclesie cardinalium plurimum aliorum presulum & peritorum qui aderant: maturo consilio & consensu illiusmodi appellationes damnamus. Atque ita appellantes. Notariosque ac testes & adherentes omnes excommunicauimus: leseque maiestatis heresis crimina penes eorum ipsorum diffinimus: in idem: prout in aplicis litteris superinde cõfectis plenius continetur. Ceterum his omnibus non obstantibus quidem ex patre dyabolo mendaciorum artifice natus Gregorius de beymburg nomine: auaricie contaminatus illuue et supatus ardoribus qui est fuitus idolorum. De mense augusti proximo preterito a nostra solenni declaratoria sententia qua senis existentes: impium Sigismundum ex principibus austrie obnotorium sacrilegium propter hostile persecutionem in personam dilecti filii nostri Nicolai. filii sancti Petri ad vincula sancte romane ecclesie presbyteri cardinalis & episcopi brixinensis. & rapinam bonorum ecclesie illius perpetratum: iurisdictionis penas declarauimus: incurrisse a nobis ad futurum concilium improbam nefariam temerariam seditiosam denique appellationem dictauit. Et illius interpositionis per dictum Sigismundum facte: ipse dictator in originali instrumento florentie ad valuas ecclesie affixo testis inscribitur. Quod quia loquax ille presumptuosus & princeps mendax atque turbulētus temerarius ob istud facinus excoicatus existit: criminaque & penas incidit lese maiestatis atque heresis adeo ut ultra execrationem bonore omni & bonis iure sit priuatus. Deuotiones vestras in domino requirētes admonemur: homini pestiferum hominem per tali excoicato habeatis & priuato a vestrisque ciuibus omnibus haberi mandetis. Ipsumque non solum vitetis: sed percul eiiciatis ab oppido & dominio vestro: & bona quicunque habet apud vos tam mobilia quam immobilia filico vestro applicetis & alia omnia faciatis que contra hereticos de iure canonico fieri mandant. In quo vos nobis ostenditis exhibebitisque catholicos sicut plene confidimus: & deo gratos ciues in tale perniciosis ecclesie christi persecutore vos fideles & sancte romane ecclesie obediētes ostendendo. Nobisque in hoc eo magis deuotiones complacerebunt: quanto scimus plurimum esse deo charum: & ecclesie sue parētele ac in primis necessarium quod perfugus iste pestiferque sacrorum contēptor ab omni expellatur conuersatione & consortio christianorum: facite nobis quid egeritis per litteras vestras rescribat. Datum rome apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die .xviii. octobris. M. cccdx. pontificatus nostri anno tertio.

Abfoluit vratisslauiensem & namslauiensem iuramento homagium Gregorio bodibrat regni bohemie nomine prestito. CCCCXVI

Ius episcopus seruorum dei venerabilibus fratribus creten. ad regnum polonie terramque slesie ac prussie nuncio & oratori sedis apostolice & gnezenesi archiepiscopis. Salutes & apostolicam benedictionem. Hodie motu proprio ex iustis ac fidem catholicam concernentibus causis. Dilectos filios clericorum capitaneos consules

p iii

comunitate vurarissauicn. & vniuersitate oppidi. Nampsalu ab homa-
gio prestando Georgio de podibrat ad nrm & sedis aplice bnplacitum
absolutos fore dedaramus: ac eos in nostram et aplice sedis protectione
suscepimus: mandantes singulis xpifidelibus cuiuscunq; status seu gra-
dus existant sub penis & censuris ecclesiasticis: ne pfato Georgio contra
vurarissauicn. & nampsla. vigore dicti homagii auxiliu fauore & consi-
liu prestent: quinimo eis tanq; catholicis & sancte matri romane ecclesie
obediētissimis omni cōsilio fauore ac potētia assistant. put in nris lris de
sup cōfectis plenius continet: quocirca fraternitati v're per aplica scripta
mandamus: quatenus vos vel alter vestrum & si postq; pntes lre vobis
pntate fuerint p vos vel aliū seu alios ipsas lras ac omnia & singula in il-
lis cōtenta in dicti regni ac aliarū partiū vicinarū ecclesiis: Dominicis &
festiuis ceterisq; diebus qn & quoties vobis videbitur solēniter publice
tis: & exponatis seu publicari & exponi faciatis: vt melius & clarius in-
telligatur etiam in vulgari. Et nihilominus quassibet psonas quas excō-
municationis sniam occasioe cōtraueniendi pdictis lris nobis incurrisse
cōstiterit quoties vobis oportunū eē videbit. Tamdiu dñicis festiuisq;
diebus in ecclesiis cū maior inibi ppli multitudo cōtrauenerit ad diuina
excōicatos publice nūcietis: faciatq; ab aliis nunciari & ab omnibus ar-
tius euitari donec a cōtraueniēdo desisterint & lris predictis obedierint
Ipseq; psona excōicate ab hmōi excōicationis snia: absolutionis bnficiū
meruerint obtinere: nō obstātibus omnib; illis que in pdictis lris volui-
mus non obflare. Aut si dictis psonis vel quibusuis aliis cōter vel diui-
sim a dicta sit sede indultus q; interdicti suspēdi vel excommunicari non
possunt per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de
verbo ad verbum de indulto huiusmōi mentionē. Contra dictores per
censuram ecclesiasticā appellatione postposita compescēdo. Datū rome
ad sanctū Petrū. Anno incarnatiōis dñice. M. cccclxiii. quarto kl's Apri-
lis. Pontificatus nri anno quinto.

Refert grates de munere oblato & poesim precōiunifata reddit con-
fertq; de vula dissao quo iure regum hungarie occupauerit.

EPISTOLA CCCCXVII

Euerēdissimo in xpo patri dño sbigneo sacrosancte romane ec-
clesie. tñ. sancte Prisce presbytero cardinali ac pōtifici cracouiensi
dño suo colēdissimo Eneas eps senen. S. p. d. seq; cōmendatum
facit. Heraldus alfonsi regis portugalie Nicolaus bizastruū tuas mī-
bi expectatissimas lras: cūq; bis aduersus byemis & aquilonis ferocem
spm armaturā egregiam reddidit vestē pelliceam mardurinam. In hac re
gio ne non solum vtilē verū etiam necessariam. Confiteor magnū mu-
nus non tam recipiente q; mittente dignū. Referrem tue liberalitati gra-
tias nisi scirem male reddi beneficium verbis quod factis acceptum est.
Sed cum sim ego ex bis episcopis quos nostra italia nutrit: quibus ecce

sic fraudose magis q̃ fructifere sunt: cogor tecum id agere q̃ privati ho-
 mines erga reges facitant. Nam cum nec equos nec tabulas pictas nec
 theuromata remittere possint: animū illis offerūt. Sūme igitur & tu ani-
 mum meū q̃uis hunc tibi iam diu dicauerim: neq̃ rem modo nouam af-
 feram. Sed quid moror partem beneficii magnam reddidit qui libenter
 accepit: ego non modo libenter sed cupide donum tuū admisi: non tam
 q̃ preciosum est q̃ q̃ a te missum claro & prestatissimo patre qui me nū-
 q̃ vidisti: & tamē amare dignatus es. Sed hoc misso ad litteras transeo
 earum quia plurime partes sunt pro captu meo ad singulas ex ordine re-
 spondebo. In capite epistole tue qm̃ diu ad me non scripseris veritum te-
 nis: ne tarditatem scribendi tuam sinistrorsum acciperem. Rationēq̃ red-
 dis cur tam diu super epistolis meis ad te olim missis rescribere distuleris
 Ego & si mille annos tacuisses: nihil tamē de te sinistri cōcepissem: neq̃
 te mihi mutātū credidissem. Taciturnitatis aliam q̃uis causam q̃ muta-
 tionē animi reputassem. Scio em̃ te virum constantem & in amicitia soli-
 dum: qui neq̃ more adolescentulorū modo amas modo odis: neq̃ con-
 tra Theophrasti precepta postq̃ amaueris de amico iudicas. Expēdis ho-
 minē diu anteq̃ recipias: receptū toto admittis pectore: & quasi te alte-
 rum colis: neq̃ si deceptus sis statim abs te hominē repellis: diffuere in-
 utile amicitia quā rūpere soles. Quis ergo conscius mihi sim: non eē in
 me virtutē que tuā sustinere amicitia possit: est in te tamen moderatio q̃
 illā facile ruere nō sinit. Huc accedit qm̃ litterarū causa inter nos beniuo-
 lentia nata ē que licet in me tenues sint: postq̃ tamē amare cepimus: ni-
 apparet. Nimirum si vuladissaus adolescens: alio sanguine natus: spi-
 ritu fretus: nobili glorie cupidus: hungarie regnum affectauit. Huma-
 nus est hic morbus adeoq̃ communis vt iam vicio detur. Animus pa-
 terna hereditate contentus si quis ē cui sua placent: inter principes ocio-
 sus: paci deditus: nulli molestus. belli execrator. En inquit deses ho-
 mo est meticulosus. pusilli animi. ventris semiq̃ seruus. monachum esse
 non regem oportuit: mulieri non viro seruimus. Huiuscemodi sepe vo-
 ces regum atria implent: inde commoti quibus feruet animus iuuenes
 iniusta bella suscipiunt. Qz si vuladissaus hac re ductus in hungariam ve-
 nit: secutus est vt philosophi volunt erroneam viam: vt populi sentiunt
 laudabilem & gloriosam: dignus qui fortibus vmbris animum mere-
 tur. Hec placuit ad tua scripta referre: non quia impugnare illa velim: sed
 vt solutionem eorum a te suscipiam que mihi dubia superant. Nam et
 si multe sint & maxime laudes que vuladissao regi suisq̃ prelatis vel
 pceribus attribui possint: cupio & hoc illis ascribere preconium sine cō-
 trouersia posse q̃ hungariam non humano solum sed etiam diuino iu-
 re sibi subegerint. Qz uod vero presente rege victos & etiam prostra-
 tos a polonis tburcos astruis: sequor testimonium tuum: quibus Julia-
 nus cardinalis sancti angeli qui tunc in hungariam legatum apostoli-
 cum agebat: suis litteris omnem belli victoriam in Iohannem translu-
 lerit. quem ego ad pontificem patauensem scribens habui testem. Ce-
 teraq̃ de vuladissao refers. nullo apud me dubio sunt. Cognoui ex om-
 nibus qui eum nouere fuisse illo in adolescente vastum animum: singu-
 larem prudentiam: summam liberalitatem: ingeniū pspicax: administran-
 de iusticie grandē curā nullā in eo desideratā ex his q̃ regie virtutes ap-
 pellant: ob quā rē optare si fas ēt: cū tua dignatioe in hac vsq̃ diē vixisse
 illū: meli' vt arbitror regno bugarie melius xpiano sanguini successisset.

q̃ iiii

Neq[ue] fortasse memorabilis illa ciuitas bisantina orientalis ecclesie caput
grece columen: in potestate thurci redacta: cum tam magna christianorum
clade fuisset que per constantinū primū instar romane vrbis amplificata
fatali quodam solebat dicere decreto sub vltimo constantino deuicta &
spurcie saracenorū tradita est quaz viuo vuladislao nec intueri impator
audebat. Sed obiit ille vt ais rex darissimus cum maiori q̄tum credim[us]
non polonie solum sed hungarie & totius ecclesie dāno. Verumq[ue] illud
ostendit quod ad sorore scribere methodoꝝ anneus seneca tradit: mor-
tale esse mortaliū omne bonum. Vale & iam non epistolā sed libruꝝ cum
vacauerit legito. Ex noua ciuitate austrie sexto kalendas Nouēbris. An-
no dñi. M. ccccliii.

Mittit lras summo pontifici p̄sentandas. EPIS. CCCCXVIII

Neas episcopus senē. Iohanni capistrano ordinis minorū pro-
fessori. Salutem plurimaz dicit. Nicolaus capellanus meus lras tibi
restituet: quas cesar romano pontifici ac duobus cardinalibus
& magistro Henrico senfileben procuratori suo in romana curia scribit.
Ego quoq[ue] eisdem cardinalibus lras dedo quēadmodum frater Philip-
pus exposulauit: quarum exemplaria simul recipies. Intelligesq[ue] & quo-
modo ab impatore & quomodo a meipso scriptum sit: tuum erit scripta
hec quātotius ad romanā curiam dirigere: ac curare vt magistro Henri-
co signent: qui ea apostolice sedi offerat ac responsum exigat: si qua dein-
ceps vel pro dignatione tua vel pro fratribus curare me volueris: quoad
facultas fuerit non deerit volūtas. Vale in xpo optime in orōnibus tuis
meis memor. Ex noua ciuitate.

Significat bobemos rockezanam in archiepiscopum petere.

Obannes capistranus ordinis minorū professor. Enee episcopo senēsi. EPISTOLA CCCCXIX

Quando capellanus tuus me cōuenit tandem a me summe roga-
tus abiit: vt meis precibus & supplicationibus idageret: vt tu de die &
tempore recessus hinc ad nos mei me certiorē faceres: expectaui sitiens
& magis prestolor. Fertur em̄ hic cōuentum ipsum buc ad nos vniennā
translatum iri: cum non videat in ciuitate noua omnes principes cū ora-
toribus hospitari posse pro cōmodo suo. Ea de re te iterum atq[ue] iterū ex-
oratum velim: vt dubiū me clarescās & quid acturus sim certiorē red-
das de principibus qui buc cōuenerunt. Etsi mihi persuadeam te non la-
tere: hoc tamen dicam. Cum serenissimo rege Ladislao intrauerunt gu-
bernator bobemie & plures barones de hungaris episcopus variadisi
tm̄: expectant ceteri sed adhuc incertus est eorum aduentus. Erit nō alie-
num vt significem tibi rem detestabilam: ac cuiq[ue] bono viro solo auditu
abborrendam. Queritant nōnulli bobemorū summas preces diuo cesari
porrigere: quibus fauorē & gratiam suam impetrēt: vt ad. S. d. n. litteras
summo studio petentes confirmationē nefandi heresiarche rokezane in

archiepiscopum pragen. dirigat & hoc pacto fieri poterit vnio ecclesie quam iuste bene recte & sancte procedere intendant. Tu mi pater p tua singulari equitate & prudentia iudica. Quid aut ad banc rem facturū velit catholica fides cogita: ego indignitate tacitam non equo animo fero. Postremū vt me de his que acturus sim admoneas te oro vebementer. Vale longissimo tuo cui me vnice cōmendo.

Determinat congruū tempus veniendi ad dietam in noua ciuitate celebrandam. Refertq; post nouitates italie obstacula ne contra tburcū cōcludant.

EPISTOLA CCCCXX

Larissimo verbi dei predicatori fratri Iohanni de campistrano ordinis minorum professori. Eneas episcopus senen. & apostolicæ sedis legatus indignus. Salutē plurimā dicit. Dabis mibi veniam pater optime si tue responsurus epistole non plurali quēadmodum vsus modernorū habet: sed singulari te numero compellauerim. Sic enim & Hieronymi & Augustini & omnium veterum obseruantia fuit: meo iudicio q̃ nostri tēporis cōsuetudo multo melior atq; cōuenientior. Quid enim absurdius aut ineptius esse potest: q̃ si vnum allocuturus homines audite inquam. Maiores certe nostri hoc viciū inter barbarissimi species numerassent: sed mitto hec que te minime fugiunt: & ad ea venio que tuis in litteris continē. Scripta tua iocundissima & acceptissima mibi fuerunt: que te sospitem ac suo more letum in austriam remeasse nunciarunt atq; in urbem venisse tibi dedicissimā flauiam quam nūc vniennam dicimus. Scio te illic magno exceptum gaudio: multumq; illa in plebe proficere. Est enim vnienna aptissimus ager cui & cōmittere semen domini & multiplicatum sperare non frustra possis. Quod queris de tuo ad cesareꝝ transitu paucis absoluam. videbit te libenti animo quouis tēpore maiestas impatoria: ac velut apostolum christi veneranter amplexabitur. Erit quoq; presentia tua diue auguste ad singularem leticiam que quoniā multa de pcellenti doctrina: viteq; tue sanctitate ex auditu didicisti: magnope cupit tuis aliquādo sermonibus interesse: videre ac audire te predicantē ac dulcedinem celestis eloquiū degustare: quacūq; igitur die huc te contuleris: & bonorifice & iocunde ac studiosissime p beniuolentia cesaris & auguste desiderio recipieris. Non tamen vt mea fert quidem sentētia semper eque frugifer tuus aduentus erit. Multū est in tempore positum tempus seminandi & tēpus colligendi. Venisti in tempore quod est omnium primū inquit ille. Et apud alium scriptū est. Fati plus etenim valet bora benigni q̃ si te veneris cōmendet epistola marti. Fateor ego tuam presentia in hac ciuitate & in hoc populo semper futuraꝝ vtilem: sed multo magis ecclesie dei consules: si congregato consilio huc venias. Nam quēadmodum frankfordie mētes hominū ad tuendā religionē tuis sermonibus erexisti: ita & in loco si qua tepido & somnolentia fuerit: te vrgente atq; increpante pelletur. Ego & animi mei secretum aperiam & ali

quando dicam manifeste quod sentio: nō sum sine magno metu: ne ruāt
edificia nostra que apud franckfordiam ereximus. Titubāt vt video mē
tes principum. torpent reges. languent populi. nauicula piscatoris gran-
dioribus elisa pcellis in medio mari pene demergit. Flant hinc atq; illinc
contrarii venti scindunt vela. frangit malus. carina debiscit. nulla remigi-
bus cura. neq; magistro spes salutis esse videt. Omnes quasi attoniti te-
pestatī cedimus. Opus erit igitur sermone tuo: calcarī tuo igne tuo exci-
tandi. vrgendi. incendiī sumus. nisi compellimur benefacere. nostra
pte ingenio nihil est qđ de republica cogitemus: atq; vtinam vel cōpulsī
aliquando vigilemus. Aderunt hic nih fallor ex alemonia ex bohemia
ex hungaria multi proceres. Ex ytalīa quoq; atq; ex ipsa gallia nonnulli
aduentabunt: agerur tuende religionis nostre negociū: que mediata sunt
que conduſa sunt frāckfordie in manus recipient. Tum que mens prin-
cipes nostros babeat intelligem? si feruere videbimus animos. agemus
deo nostro gratias. qui suam nolit ecclesiam nostris diebus exterminari.
Laudabit oratio tua fortes ac magnanimos proceres plenosq; spei red-
det ac bene vadentes in cursum prouocabit. At si vel timidos vel discor-
des populi nostri duces inuenieris: tunc tuo funderis officio: tūc sine ces-
satione clamabis: at qđ tuba exaltabis vocem tuam: accusabis ignauiam.
supbiam criminaberis. auariciā detestaberis. He sunt em̄ tres pñitiosissi-
me pestes que religionem nostram thurcoꝝ gladio pene subiiciunt: qđ si
humiles. si solertes. si liberales essemus. exercitum facile congeremus. qđ
nedum thurcoꝝ sed omniū infidelīū potis esset audaciam proterere: sed
alios retinet ambitio ne cuiusq; impio subesse velint. Omnes iā ōnis mor-
bo laboramus. quo vt est apud Arestotilem in politicis grauiter ferebat
si non regnaret qđ nesciret priuatus esse. Sed ille fortasse gnarus impan-
di fuit. Nos quis domui nostre vtiliter preesse nesciamus: in alios tamē
magistratū affectamus: alios in deliciis natos in plumis enutritos in vo-
luptatibus merſos vecordia domi pstratos habet: bi neq; famem neq;
sitim neq; labores vllos pferre possunt: rempublicā pīre malint qđ ethere
turbido domum exeāt: neq; si generis humani impedire ruinam possint
id agent si vnus diei propterea fuerit voluptate carēdum. Aliis nihil fa-
tis est quod habēt. vnicum studium est rape: & ad se cuncta trahere: que
mari ac terra vebunt: nihil magnifice nihil splendide agitant. quicquid
agunt tardī ac morosi sunt: semp considerantes in eo quem numū expē-
dant: atq; boc ipm cum querelis agunt & cuncta maiora qđ oportet se fa-
cere existimant. Tristius haud illis monstrū (vt nobilissimi poetē verbis
vtamur) nec senſor vlla pestis & ira deum stigiū sese extulit vndis: virgi-
nei volucrū vultus sedissima ventris. pluies vniceq; manus & pallida ip-
ora fame. Sic ille sub arpiarū forma descripsit auaros: difficile est cum his
hominū monstris imo certe impossibile rem xpianorū hospitem esse. Rui-
mus atq; in precipitiū labimur. nisi has bestias. aut occidim? aut nostris

ex finibus impulsamus. aut pire oportet. aut mutare prae. aut puerle in
troducunt morem. Tuae erit igitur haec provincia tua erit cum hisce bestiis
congregari. si quas nostrum consilium huc aduenerit: ego quidem non ambigo
aduenturas quam plurimas. Theatrum hoc in loco futurum est ludos circenses
habebimus aiunt ediles nostri spectacula magnificentissima se edituros
qualia neque iulii caesaris neque gnei pompeii: neque posteriorum caesarum fuisse tra-
dunt: nescio cuiusmodi erunt bec: nescio an producent bestiarum orbis mon-
stra: an solimodo que apud nos habent fere. Nam & ite horribiles ac
tetrerrime sunt: possunt iam exaudiri gemitus ireque leonum uindicta reculan-
tum. & fera sub nocte rudentum. Senigerique sues: atque in praeseptis uersi
seuire: ac forme magnorum uulnere lupo: quos hominum ex facie dea le-
ua potentibus herbis induerat arte in uultus ac terga ferarum. Lytus quoque
archadum deus nescio quomodo ad nos conuolauit qui sui cultores conuer-
tit in lupos fortassis & bohemiam nobis aliquam ex apocalypsi bestiam mittet
que arcum bicornis ambiat. Si fuerit uenatio nostra uel mediocris mul-
ta in casses nostros dabitur praeda implebitur arcus feris diuersis nisi acutus
oris tui gladium dimicauerit. Nemo est qui talibus bestiis obuia eat. neque
tu hanc pugnam infamem duces: quia intestabiles uelint leges qui cum
bestiis pugnant. iam supra. xxx. annos huiusmodi bellum geris. nunc
italie. nunc gallie. nunc germanie bestias insectari: & alias quidem occidis ali-
as in humanam redigis formam. Nam quas citius quasue lytus ex hominibus
ueneno suo feras effecit: has tuus sermo accipiti gladio penetrabilior ex
feris iterum homines reddit: quod si uictrix tua uirtus theatrum exierit
spes certissima maioris uictorie dabitur: tunc enim exercitum aduersus
hostes externos parare poterimus: cum domesticis fuerint separati: absit
auaricia. fatescat ignauia. eiiciatur superbia: nihil est quod tuncorum poten-
tiam formidemus. vincat se quisque. necesse est ut sui potens suisque dominus
sit qui superare alios contendit. Est igitur mea sententia si uoci mee placet au-
scultare. Huc te demum conferas cum principes ad diem constituta com-
parauerint. Eadem quoque maiestati caesaree quam de re hac consultam habui
mens est: medio tempore pulcherrimam excoles uienne uineam: ubi iam
torcular erexisti quod uina in cellam domini purissima exprimit. Hec ad
questum tuum quous tua prudentia per se melius omnia noscat. Nunc de
nouitatibus pauca subiiciam ytaliam nostra excepta etruerie uniuersa quies-
cat sed angulus ille patrie mee turbuletur: domini de piciliano qui ex familia
uirsuorum dicunt rupto federe prius fasque senensis agrum populati sunt. Co-
mes euersus eius fidei cuius nois illis auxilio est: neque tamen sunt iuncti pares se
nescibus esse possent: sed habet occulta subsidia. Sunt qui clanculum pecu-
niam subministrant. Veneti mille equites misere: qui senensium partes ad-
iuuant. His karolus gonzaga praefectus est. Sigismundus dux exercitus se-
nensis. habet. pugnatum est utrinque summa vi. patria mea & igne delet. uici-
ni quasi ludum respiciunt. Solus romanus pontifex eius licet arbitratorem

se fecit sed hic propter aduersam valitudinē parum bastennus p̄fecit. Spe-
ro tñ eius sapientiā hoc incendium prius extincturam q̄ vltra serpat. Ia-
nuenses quasi clarissimus ille rex aragonum & sicilie sibi fuerit iniuriat⁹.
cum grandi & admiranda classe in portum vltq; neapolitanum nauigau-
re: ac veluti incussuri metum: tum regi tuz regno se ostenderunt. Et quo-
niam parum dilectos in terra catbelanos crediderunt metus aliquos p̄-
cerum sperauere. Rex autē alphonsus quem neq; secunda extollere neq;
aduersa deprimere consueuerunt: forti animo contra restitit vrbem ac
portum magnifice cōmuniuit: bombardis ac aliis machinis hostes ap-
propinquare probibuit: regni procures nunc terrendo nunc cohortan-
in fide retinuit. Adeoq; prudenter & accurate cuncta disposuit: ne vel mi-
nimus toto regno tumultus exortus fuerit. Eiecti igitur e spe sua ianu-
enses. relicto rege. giliū paruam insulam in etrusco maritelaconi op-
positam: que regi parebat occupauere. Burgum castri leonis quod &
in tuscia eiusdem regis deprecati sunt. Rex interea ipse claissem non par-
uam armauit: qua Ianuensium t̄remes infecuta: ex his septem appre-
hendit atq; excussit. Veneti & qui nunc ducatu mediolanensī potitur
Franciscus Sfortia vicecomes. Florentinorum quoq; respublica inter se
sedus iniere quod omnibus ytalie cōmunitatibus volunt esse cōmune.
Bursius dux Mutine. vnus etiam ex confederatis habetur. A iunt &
ianuenses inscriptos esse. Sunt qui dicunt & romanum pontificem con-
federationi consentire atq; accedere rogatum respondisse: qui pater sit
omnium cōmunis eum nō debere filiorum vinculis alligari. Laudasse
tamen ytaliā esse vnanimē q̄ eo modo thurcorum conatus facile pos-
sit elidere. Alphonsus rex de quo ante locuti sumus q̄uis pacem ytalie
complexus fuerit: de federe tamen nihil adhuc recepit: neq; puto magna
nimum illum regem sapientia & auctoritate p̄deditum: equo animo ter-
re: nunc pacem nunc colligationes se nescio fieri: sibiq; demū quas ne-
queat immutare leges offerri. Cognoscit & ipse statum suū: & que sue
dignitati conueniant mente reuoluit. Missi sunt ad eum legati trium po-
tentiarum: cunq; his profectus est cardinalis sancte crucis apostolice se-
dis legatus: quem affirmanum appellant. Illius prudentia auctoritate ac
vite mundicia memorabilis: qui melius inter regem & oratores eo mis-
sos arbitrator concordie gerat. Rex ob eam causam caietam se cōtulit atq;
sibi legationes audit: nescio quid inde speret: quia tñ indylo illo regi res
alte ac magnifice sp̄ cordi fuerūt. fortasse vt aduersus thurcos bellū gere-
re possit qd est vnicū eius p̄politū: vnionē ytalie cōplectet. Veneti pacē
cum thurcis habent: quam coacti fecerunt: ne ciuitates orientis amittēt.
Id manifestant leges vtrinq; dicte: q̄tum ad xp̄ianos ptinet parū bono-
rificae: nequeo meditari quid actura sit illa respu. si de bello gerēdo cōtra
thurcos agam⁹: neq; de rauennēlib⁹ qd dicā scio. Om̄s de dominio reci-
nendo q̄ de fide seruāda sollicitiores existunt. Cedit fides bonori numis

honor: quid em̄ salutis infamia numis inquit ille ematur ytaliam. Tota xp̄ia
nitas se regiat emptore pebunt omnia thurco: si dabit aurum. venalis est
nostra religio. Caramānus p̄ hos dies ad cesarem nostrū lras dedit: quaz
exemplar tue paternitati cu3 p̄tibus edo: videt ille aduersus thurcos in
flamatisissimus si xp̄ianorū arma cōcurrere sentiat: vetuste lre sunt & augu
sto mense signate: multa interea interuenire potuerunt que principis ei⁹
abalienarunt animū: nihil ille faciet nisi ex cōmodo suo Nam quo pacto
saracenus cum damno suo xp̄ianorū signa sequat: quando nec xp̄ianus
cum periculo xp̄ianis assistit. Iohannes comes bistriceñ. qui nunc guber
nat hungariam vnicus thurcorū metus ac fortissimus nre religionis gla
dius. xxxii. milia thurcorū superioribus diebus apud sanderolum cōfixit
Fritzbegū ducem exercitus vinctum abduxit. cedem magnā fecit. agros
hostium vsq; ad ipam zopbiam ferro & igne vastauit. Machometus autē
thurcorum impator hoc accepto vulnere magnum constauit exercitum:
iamq; intra bulgariā in campo sedet: binc biduum inde pyrotham respiciē
ens eo3 p̄posito: vt proximo vere regnum būgarie populet. Nihil sibi
dubius quia terram ac gentem sibi subiiciat. Idem quoq; & bungari ti
ment nisi ceterorū xp̄ianorū manibus adiuent. Hec nouissime scripsit
Iohannes iste cesaree maiestati: tantū est qd de nouitatibus scribere pos
sum. Cupio te cum fratribus bene valere: & in ofonibus quas diuine pie
tati dies noctesq; porrigis mei memorē esse. M. cccdxv.

Corrigit dyalogum confectum in quibusdam punctis.

Neas ep̄us senen. Iohan. **EPISTOLA CCCCXXI**
e ni troster. S. p. d. Legimus tuas lras Iohannes amātissime pcurri
mus dyalogum tuum oblectati sumus vebemēter quia te pitum

disertum factumq; cernimus: non tñ tantū nobis arrogamus q̄tum tri
buis. Neq; em̄ quam in te cernimus dicendi vena ex nostro fonte ditata
est aliunde tibi copia venit: qd si fateri volumus aliqd in te nostrum fuis
se magisteriū: illud quoq; cōcedere oportebit qm̄ supati a discipulo sum⁹
Est dyalogus tuus & tersus & limatus: aptis copositis verbis: sententiisq;
grauibus refertus: cuius lectores necesse est de te grande iudicium faciāt
creuisti admodum breui tpe: cresceq; si p̄gis: virum te clarum reddes: or
nabis tuam patriam: nomēq; tibi afficies: quod nō theutones solum sed
galli quoq; atq; ytali celebrant. At ne putes q nō viderimus a nobis adu
lantium more digna atq; indigna laudari: annotauim⁹ qdam pauca que
nostro iudicio visa sunt emēdationis egētia: scis quia facilius aliena q̄ no
stra vicia cernimus: nihil errare sapiētis & p̄fecti est boīs: errata cognosce
re vel rudes querunt. Audi ergo que nobis nō detestanda sed nobis me
lioranda in tuis dictis visa sunt. In epistola que dyalogum antecedit: bec
annectis verba. de amore quid sentirem scriberem: dixisses elegātius qd
sentirem de amore & scriberē: habent enim sentirem & scriberem conce
tum: dum simul exeunt venustum & in cōpinuū. Simileq; illud est quod

ais. ex vulcano veneretq; natum. Nam & Cycero in eo versu calumpniam
tulit cum de epibus suis scribens illud expressit verbum. O fortunatam
natam me consule romam antoni gladios potuit cōtemnere si sic. Omnia
dixisset: inquit Iuuenalis & Salustius. O fortunatam natam repetēs atq;
irridens. Nam inquit Cicero: fugiende sunt huiusmodi voces q̄ apud
eruditos insulse ac ridicule sonant. Cum de porta cornea effidis mētionē
si futile somnium tuum nihil veri habere intelligis: non recte locutus es.
veris enim hac porta facilis datur exitus vmbriis vt maroni placet. Sed
vera somnia existimari maius nihil imitandum est. Alcores nūq̄ fallimur
apud veteres legimus: non vt tu ais hybernalīa algora. Archiregnū bu-
norū q̄ archibunorū: potius dictum videri poterat: hungaros prete-
rea nunc non hūnos appellare debemus: quomō eam incolunt terram q̄
olim pānonia dicta est: et si nos aliquādo aliter diximus in errore cōmu-
ni fuimus. Hūni em̄ aliquādo pānoniā tenuere: sed illis eliminatis subin-
trant hungari ab extremis sythiæ partib⁹ veniētes: quēadmodū in ior-
dano licet intelligere. Sunt & bodie vitra tanaīm ad paludes meethidas
populi qui hungari dicunt eamq; linguam loquunt quam nostri circa
budam & bystrū: nec teucros vō vocabulo noīamus qui anno proxime
decursō cōstantīnopolīm expugnauere: quīs eam regiōē occupēt que
quondā teucroꝝ fuit: turco noīe appellādi sunt & hi scythiaꝝ soboles ha-
bent. vt etbicus pbs in cosmograuiā sua cōfirmat: ppe eā accersam accur-
ram. limatius dicendū fuit: ppius eā accurrā accersam: nisi bene auspīcar
multa nimis interponis priusq; adicias verbū illud qd̄ potissimū est: ca-
ptant quo factō & q̄ sequunt. Subnectens amoris cām primitiuā antece-
dentē coniunctamq; cōmemoras: dyalericoꝝ bi termini sunt. Haud q̄q;
oratorū: siue hystoricoꝝ infuriatum & inamoratū quīs latine dici posse
fatemur: melius tamē furiosum amorosumq; dixeris: neq; nos latet virgi-
lium furiata mēte cerberū posuisse. Ex demone nisi ex mliere nisi nō bel-
le dictum videt: nō bene subiūgis infestium: qd̄ minus importat oīonē
augeri nō diminui oportet. Si vos ergo thoꝝ cum dixeris prius amatā
fugiendā: necessariū erat añq; buc plabereris pmittere necellitatē: q̄ si
forte cōpellaris apud amicam iacere: lucem admittē & reliq̄ que nō inuile
cōsulis: suffultros parū latine videris dicere q̄s pcul citra posuisse poteris
existimari. Suadeo vt ad alias pluresq; animū adūgas remediū hoc & si
naſonis est. parū tamē honeste apponit: & a te preſtīm sacerdote: cuius
est nihil suadere qd̄ crimini pximū sit. Inde clericis cōiungatis primo ca-
pitulo. oratori satis erat omisso capitulo: calixtū atq; gregorium astipu-
latores inseruisse inde clericis nō belle dicit orator. ppositioes nisi cogat
metri necessitas vel inuitet ornatus a suis calibus nō disiungimus. Hoc
babuimus qd̄ ad tuū dyalogum diceremus: tu perge atq; vt facis castali-
das amato sorores. Et vale optie. Ex noua ciuitate. vii. ydus Iulias. An-
no dñi. M. cccc. llii.

Excusat se q̄ Paulum vergerium aliter misit q̄ prius statuisset.

Neas eps seneñ. Antbo. **EPISTOLA CCCCXXII**

e nio panormite. Salutem plurimam dicit. Paulum vergerium qui arrianum transtulit insignis atq̄ elegantissime vates: cum superioribus diebus ad indyctum Alphonsum sicilie & aragonie regem: vt tu spe olim rogasti mitterem: iussi eum in tuas manus dari ac per se reddi maie stati regie: tibi quoq̄ ad eam rem litteras misi. cognoui postea recta via librum in potestatem regiam venisse: neq̄ te illum vidisse: que res vt accipis egre te habuit: cum inter amicos diceres. Eneas in vno filio duos cōpatres quesuit. Equidem Anthoni nimirum si & tibi & regi pro tanto munere fecisse rem gratam putauī: neq̄ enim alius preter me fuit: qui arrianum hoc tempore latinum haberet illius manu conscriptum qui transtulit. At nunc cum meus ordo pretermisus sit: nec regis sentio gratiam & te mihi succensere intelligo. Sed quid ego ad hec: quis magnificatio tantum regem non tamen fame percam arbitror: si eius erga me beneficentiam non experior: scio quia me odio non habet. si non amor. nō sum solus eius expers beniuolentie. Tu vō etsi nunc subiratus es: cum omnia plene cognoscis: dices me nihil errasse & in tuam me rursus amicitiam suscipies: eius noticie memor que inter nos senis fuit: verum quia nō respondisse mihi regem questus est mercator meo nomine apud te: nescio quis id fecerit: scito imprudenter actum esse. Neq̄ enim ego mihi responderi optaui: qui scio quanta inest superbia regibus: sed ad impatricis iras nō nihil mea causa responsum petentis exquirebam: nihil tamē exinde moueor. Ego quecunq̄ accidunt in meliōre recipio parte: si sit quod quero. deo gratias ago. si mitius existimo me non recte opinauisse: neq̄ placuisse superis quod nolebam qui pro iocundis optima prebent. Ego quocunq̄ in me animo fuerit rex ille magnificētissim⁹: ac nū seculi clarissimū iubar: semp eius nomē in celum tollam & comēdabo gesta eius que priscos duces fama claros non modo equare: sed supare intellige. Neq̄ mirabor nunq̄ si mei memor neq̄ cultor est: qđ ego & statui regio cuius ē parua cōtemnere: & mihi ipsi ascribo cōscius mee & vilitatis & ignorantie. Sed vale tu etli quid est erga me rubiginis in tua mente. deponito. mea erga te sinceritas minime imminuta est. Cum his mitto tibi sententiā eius oblationis quam dux burgundie apud ratispanam fecit. Ex noua ciuitate dic. xxix. Iunii.

Nō vult se in orthographia quēq̄ seq. **EPIS. CCCCXXIII**

e nio episcopus seneñ. Nicolao voleterrano prothonotario regio. Salutem plurimā dicit. Nimiū mihi credis Nicolae a mātissi meis: si meis ex his quas raptim & incōsulte scribo sequēdā orthographiā putas: minime ego is sum qui sine menda scribam: labor & erro maxie circa iuncturā itaq̄. Nolim auctore me decipiari: etiā si expposito dixerim hoc atq̄ illud ita scribēdū est: q̄rito meliores & q̄ certiora tradāt

De pthonorariatu certum est quia nō debet aspirari: nō dico mīcrōnem
quia ex tractatu casparini quē nunc trāsscribi facio vt ad te mittam: plenī
rem intelliges. Vale ex nouaciuitate. iiii. kal. maias. M. cccc. liiij.

Cur captus fuerit pedagogus regis hungarie.

Neas epus senen. Domi-

EPISTOLA CCCCXXIII

e

nico cardinali firmano .S.p.d. ceterorū līe quibus dictim vītor

ad rñdēdum me quidē inuitant: tue aut quas nup accepiuehemē

rer vrgent atq; compellunt: que propter captiuitatē Casparis qui pridē
illustriissimi regis hungarie pedagogus extitit: estimationē meam in di-
scrimine adductam eē demonstrant. Nisi enim quo pacto sese res habeant
meis scriptis oñdero. vereor ne de me sinistra que concepta ē opinio no-
xium edat partum: qui me sine culpa & tibi & ceteris sancte romane ec-
clesie cardinalibus dominis meis efficiat odiosus. Accipe igit rem gesta
& an sim culpabilis tu iudica. Caspar de quo sermo est humili loco natus
admodum paup litteras apud vūiennam didicit vt est mos patrius mē-
dicando se nutriens: emerfit non sine labore. vicit fortunam virtus: voca-
tus est in cancellariam austriae. Deinde sibi in aulam sumpto credita ē La-
dislai regis puericia: cum iusiurandū presticisset nibil se cōtra cesaris aut
honorem aut vtilitatē facturum: & qđ ceteri familiares iurant. auertere
quoad possit. quis incōmoda cesareo culmini imminētia pmīssisset. susce-
pta pedagogia fuit circa puerum diligens: lris & moribus illum p captu
instituit. Factus igit cesari & omni curie charus: intrauit consilium: sedit
cum principibus: in mensa regia cibum suscepit. Cūq; vacasset in austria
ecclesia vna ex maioribus iurispatronat: multiq; illam barones magniq;
nobiles peterēt: prelatus omnibus caspar: eccliam munere cesaris cosecu-
tus est: quous & alia prius bñficia non modici valoris obtinuisset. Erat igit
in curia potens Caspar: nomenq; parū non habebat & bonitatis &
doctrine. Nec dubium putabā quin breui ad epalem ascēderet apicem.
laudabilis bucusq; hois vita dignaq; diligi. Sed nescio quō posthac mu-
tatus est: quidue homini in mētem venerit: vt maiora cupe & in digna se
negocia agitare cepit. Intelligēs em australes nouandæ rerum cupidos
occulta cum eytzingero colloquia iniuit qui cesari capitalis inimicus ba-
bebat. Cūq; venisset ex hungaria eps argen. nomine Paulus multa cū
eo apud grecium de abducēdo rege Ladislao dāculum ptractauit. In no-
ua insup ciuitate cū barone quodā de alto monte cōsiliū habuit emit-
tendi ad portam pueri: vbi parati essent qui eum equites abducerēt atq;
nihil horum pcessisset lras puero dictauit quas scriberet australibus mā-
dans eis vt ceptum ppositum contra cesarem retinerēt: inuitūq; sese ytalī
am petere scirent. In roma quoq; non nihil tentasse cōfessus est: sed omīa
superat q; florentie aggressus est facinus. Cum cesar ex vrbe rediens illac
transitum faceret: expectabant ibi cesarem vngaror & australium orato-
res: inter quos aug. epus iaurinen. huiusmodi cum Caspare apud eccliāz

sancte crucis colloquium habuit. hic inquit locus est in quo nostrum regem libertati reddere possumus. Fides publica data est non cesari tamen: verumetiam Ladillao. Suade igitur puero cum cesar adire voluerit usque ad portam eum sequatur. eo cum venerit velle se diebus aliquot florentie immorari dicat equique retrouertat: quod si cesar ad exitum voluerit eum compellere presto erimus: vim regi fieri indignum esse dicemus. Fide civitatis implorabimus puer ipse coactum sese vociferans ad misericordiam populos commovebit prius tamen apud senatum urbis dabimus opera: presto ad portam armatos habeat quibus cohiberi cesaris violentia possit. Civis hic est quem hunc de negotiantem novimus is se operam senatus impaterum pollicetur. Tu regis animam prepara: nos hanc provinciam cum magistratibus civitatis suscipiemus. Annuit Caspar atque ad regem profectus ex condito cum ea disposuit: fuissetque peractum facinus: nisi apud florentinos plus quieti concilia quam sediciose valuissent. Nam civis ille de quo pontifex saurinen. fecerat mentionem cum de tali negotio magistratus alloqueretur gravibus verbis reprehensus atque correptus: ad episcopum rediens impeditas cogitationes exposuit: non tamen coquieuit Caspar sed regem cum bononiam pervenisset in hanc sententiam summo pontifici propria manu psuasit scribere. Accepi Sanctissime per aduersus fideles nostros qui pro mea in austria liberatione laborant: sanctitatem tuam nonnullos processisse: que res mihi aduersa est. Precor igitur quicquid contra me actum est reuoces. Id erit enim officii tui: cum scriptum sit Pupillo & orphano astabis: id nisi feceris: compelles me maiores iudices appellare. Alia fuerunt epistole verba effectus autem quem refero. Clausa epistola est & signata missa est Augustino episcopo: an vero beatissimo pape Nicolao reddita sit sua sanctitas novit: me quidem latet. Hec omnia suspicante non tamen sciante cesare hactenus gesta sunt. Cum eamus ferrarie: velletque cesar nauigio venetias petere: consiliis erratorum Caspar eum adit: marinas atque nauseam sibi mouere: ac nocentissimas esse iterumque terrestri itinere terrissimum si placet cesareo culmini dicit: obtenta licentia & cum patrum venisset receptis vniuersis que secum attulerat: et que in italia coemerat bonis: veronem versus iter testinus direxit: ut qui per tridentum & vallem atbellis ad unum transire decreuerat: unde consensa nauis in danubium nauigans vueniam denique perueniret. Tenuisset proculdubio propositum nisi tabellarius quidam cesaris ex verona veniens: hunc se obuium habuisse dixisset: tunc enim duo post eum equites cum familia missi sunt: qui non longe a tridento ipsum comprehenderunt: vincumque duxerunt venetias: ubi omnia que supra memorata sunt: sponte confessus est: suamque manu conscripsit. Ibi primum casus hominis ad meam noticiam venit: nam cesar me vocans cuncta mihi exposuit: voluitque meas in manus hominem dare: quia sedis apostolice legationem in austria me nosset habere. Indo lui certe aduersam amici fortunam: Caspare multis iam annis amicissime vilius. eram: rebarque virum bonum esse & omni beniuolentia dignum: ex

horum ergo cum intellexi que de ipso narrabantur: multūq; mecum ipse
accusauī conditionis humane defluxum: que nihil certi nihil fixi habet:
caduca & fluxa omnia sunt: bodie leti sumus: cras mesti erimus: modo
sublimes: modo infimi reperimur. Cæsari autem respondi auctoritatem
mibi nullam apud ytalos esse: utq; misericorditer ageret cum presbytero
potrexī preces. Ductus est deinde ad nouam ciuitatem Caspar hic rur-
sus requilitus sum hominē ad me recipere: iudiciūq; super huiusmodi
criminibus agitare. Grauis res mibi visa est. At cū legati auctoritate fun-
gerer: non videbam quo pacto cæsaris petitionem recusare possem. Ha-
bita vero deliberatione: iudicem me dixi futurum: si rite & iuxta canoni-
cas sanctiones procederetur. Personam autē rei nolui custodiendam assu-
mere: qui non haberem locum in quo eum oportune recluderem. Placu-
it cæsari responsio mea: qui neq; se plus velle ait: q̃ sacri canones ordina-
rent. Adductus est autē semel ad presentiam meam Caspar presente no-
tario marescallo & procopio equite bohemię q̃ ultro sese peccasse con-
fessus vniuersa que supra de ipso scripta sunt ex ordine cōfirmauit: & ac-
ceptans me sibi iudicem deputatū vt sui miserer: seq; cæsari cōmendarē
cū multis lachrymis flagitauit. Iussi eum boni esse animi: quia quantum
honestas pateretur saluti sue consulerem. Post hec redusus est in carcere:
non squalido aut tetro sed lucido & spaciolo: q̃uis securo & optime mu-
nito. Ibi & locum secessus habet & plumas in quibus iacet & breuiarius
per quod oret. Cibus ad eum bis in die defertur: ex his bibit & comedit
que familie cæsaris apponuntur. Fateor misera vita est sed hanc frequen-
ter suis delictis homines asciscunt. Iudicis in eum non principis habeo
potestatem: legem me scriptam nō meum sequi arbitrium conuenit. Qz
si libera mibi potestas esset: cum sim ego peccator in conspectu dei: di-
gnusq; graui fulmine: prestarem me Caspari qualem mibi vellem deum
esse. Nec difficilis venie reperir: cuius dies noctesq; indigentē me nō
scio. At modo iudex ligatas habeo ad leges manus neq; seuire in Caspa-
rem debeo: neq; illū per indulgentiam impunitum remittere: dum pars
est que iudicium petit. Facio igitur nisi fallor quod mibi incumbit. Ea-
propter vellent aliq; qui cæsari proximiores sunt & in consilio primi cas-
parem torquere vt plura confiteretur. Idq; per me sibi licere deposcunt:
negani me quicq; permissurum nisi quod iudiciarius ordo requireret.
Sic homo vsq; in hanc diem intactus est: q̃uis sua culpa custos eius capi-
te plexus sit: quem ipse ad relaxandum sese induxerat. Inter hec habitū
sunt q̃ plurimi tractatus pacis cum australibus. Modo rex ladissaus mo-
do hungari: modo bobemi liberationem eius efflagitarunt: quibus bo-
mo neq; negatus est neq; concessus: mibi dum talia pendent: non est vi-
sum expedire aut officii mei esse sollicitare processum. Taceo igitur neq;
plus quero q̃ queror. Cæsari tamē sepe vt captiui misereatur verbum fe-
ci: que libenter extra miseriam viderem: cum sui cui exceptis criminibus

Gaudeo: tum propter me ut optus hoc non leue deponerem. Sic res in banc
usque diem deducte sunt: si sum culpa dignus acce tuum iudicium excutiat.
Male ut arbitror mecum agunt qui mihi in hoc negotio quod tuis vel modi-
cum imputant redduntque pro bono malum dicentes lucem tenebras & te-
nebras lucem. Veritas tamen enatabit: nec me reor falsa calumnia oppri-
met. Sum mihi conscius & quicquid reliqui sentiant. Gaudeo consien-
tia mea hec volui ad scripta tua dixisse: quibus me nonnullorum vocibus
male notatum scribis. Siquis dignationi tue deinceps incusauerit: habebis
que possis pro defensione mea oblicere: spero autem quia non cuique mihi
detrahenti credas. Quotum vero ad litteras sacri collegii attinet: ego illas
diuino cesari reddidi: & que visa sunt ad rem addenda verba bis terque sub-
iunxi: maiestas sua deliberaturam se ait & sacrosancto senatui que melio-
ra cogitauerit mensuram. Ago tibi ingentes gratias quod negotia bobemica
me rogante. S. domino nostro exposuisti. Vale ex noua ciuitate die. xii. mensis
Nouembris. Anno. M. cccc. liii.

Pogius de scola Epycure factionis que regnat in theutonia id est bal-
neo naturali dominorum de Baden

EPISTOLA CCCCXXV

Ogius florentinus ad Leonardum aretinum. Salutem plurimam
p dicit. Si vales: ego quoque valeo. Per quandam contribulum me-
um ad te scripsi ex Constantia decimo kalendarum Marcias: ut
opinor epistolam quandam: quam si recepisti profecto ad risum te debu-
it promouere. Erat enim longiuscula locis referta & salibus: dicebam mul-
ta de litteris hebraicis quibus operam dabam. Plura iocabar in docto-
rem ipsum ut captus eorum est qui ex iudeis christiani efficiuntur. Utque
leuem insulsum atque inconstantem. Litteras vero ad doctrinam ut ru-
dem incultam atque agrestem facieis quibusdam leniter perstringebam:
verum suspicor eam epistolam & item alteram quam Leonardo aretino
dabam vobis redditas non esse. Nam medijsfidijs que tua est diligen-
tia in officio litterarum: rescripsisses postmodum aliquid & vel saltem mecum
congratulus es hanc nouam noue doctrine disciplinam: ad quam per-
discendam me sepius es hortatus: qua etsi usus nullius esse conspicua ad sa-
pientie facultates: profert tamen aliquid ad nostra studia humanitatis: vel ex hoc
maxime quod morem Hieronymi in transferendo cognoui: has vero litte-
ras ex his balneis ad te conscripsi ad que cum me contulissim: incerta re-
manus curauim de causa rem dignam putauim ut eorum situm atque amenita-
tem simul & mores harum gentium tibi describerem & consuetudinem bal-
neandi. Multa quoque dicuntur ab antiquis rerum scriptoribus de balneis pu-
teolanis ad que vniversus populus romanus causa voluptatis perfluebat
Sed nequaquam arbitror illa ad huius iocunditatem accedere potuisse: aut cum
his nostris fuisse companda. Nam voluptatem puteolanam magis affere-
bat locorum amenitas & villarum magnificentia quam festiuitas hominum aut balne-

orum vsus: hec vero loca cū nullā vel admodum paruā prestent animi relaxationē: reliqua omnia imēsam tribuunt iocunditatem: vt persepe existimem & venerem ex cipro & quicquid est vbiq; deliciarum ad hec balnea cōmigrasse: ita diligēter illius instituta seruantur. Ad vnguem eius mores ac lasciuia representant vt q̄q; non legerint belio gabali contionem: tñ ipsa natura satis docti satis instituti esse videantur. Sed qm̄ balnea hec tibi sum descripturus: nolui p̄termittēre viā qua huc itur ex constantia: vt cōiecturare possis qua parte gallie sunt situata. Prima die nauicula per rhenū veniens ad oppidū schaffhusen milibus passuū quattuor & viginti. Cū deinde propter ingentē fluminis descensu per abruptos mōtes & cōfragola saxa iter cēt pedibus cōficiendū: super renū nomine keyserstul hoc est eorū lingua cesaris sedes hunc locū opinor ex eius nomine propter ipsius oportunitatē. Est em̄ colle excelso imminēs flumie: quidū parco ponte galliā cōiungit germanie: quondā romanorū castra fuisse: hoc in itinere rem vidim? casum ex alto mōte scopulis interruptū magno fragore ac sonitu & ipsemet casum suū queri ac lamentari possis existimare. Cū mibi venit in mentē illud eorū que ferunt de nili descēsu tam p̄cipiti: nec miror accolae circū vicinos propter admirabilē ipsius strepitū & fragorē surdos putari: cū huius fluminis terrores ex eo loco existimari possit instar nili. tribus vero stadiis rumor exauditur. Oppidum est deinde Baden satis opulentū: qd̄ est balneū alemanorū lingua situm in cōualle mōtibus circū imminētibus penes quoddā flumē ingens rapidissimi cursus: qd̄ in rhenū fluit lōge ab oppido milibus passuum sex. Prope oppidū stadiis quattuor est villa sup̄ flumen pulcherrima in vsū balnearū fabricata. Area pampila est media parte ville & circum hospicia magnifica. multarū receptacula gentium. Singule domus sua habēt balnea interius: in quibus abluunt bi soli qui ad eas diuertere: balnea enim publica tum priuata sunt numero. xxx. publica tñ duo existunt palā ab vtraq; parte aree. lauacra plebis & ignobilis vulgi ad que matres atq; viri pueri nupteq; puellae: & omniū circūfluentū sex descēdit. In bis vallis quidē intercuris vtpote inter pacificos cōstructa viros a feminis se iungit. Ridiculū est videre vetulas decrepitas simul & adolēcentes nudas in oculos omniū agras ingredi: verenda & nates oībus ostētantes hominibus. Risi sepius hoc t̄p̄redarū spectaculi genus. mentē reuocans ad florales ludos: & mecūmet istorū simplicitatē admiratus sum: qui neq; ad hoc oculos aduertunt: neq; quicq; suspiciant aut loquunt mali. At vero balnea que in domibus sunt priuatorū perpolita sunt: & ipsi viri feminisq; cōmunia: tabulata quedam eos secernūt: & in bis fenestrelle perplures demisse quibus & vna potare simul colloqui & vtriq; videre atq; tractare queant: vt eorū si equeus est consuetudo. Nec desup cingūt deambulatoria in quibus conspiciendī confabulandiq; causa homines consistunt. Nam cuiuslibet visendi colloquendi iocūdi ac laxandi animum.

gratia aliorum balnea adire & prestare, adeo vt cum exeant & ingrediun-
tur aquas femine maiori parte corporis nude conspiciantur nulle aditus
custodie seruant: nulla ostia prohibent. Nulla suspicio inhonesti plurib⁹
in locis idem qui viris & mulieribus quoq; ad balnea ingressus est vt se
pissime accedat & virū feminūde femine: & feminā viro nudo obuiam
ire. Masculi capstribus tantūmodo vtunt. At vero femine lintheis in-
duuntur vestibus crurū parte tenus ab altero latere scissis ita vt neq; col-
lum nec pectus nec brachia aut facertos tegāt: in ipsis aquis sepe de sim-
bolis edunt composita mensa desuper aquam natante: quibus viros as-
sistere consueuerūt. Nos quidem ea in domo quibus lauabamur semel
vocati sumus ad eam consuetudinem. Equidem symbolum cōtuli inter-
esse nolui: licet sepe rogatus non permotus pudore qui pro ignauia ba-
betur ac rusticitate: sed iustida sermonis fatuum quidem mihi videbatur
& hominem italicum adesse. Preter has multiplices iocunditates est & a-
lia non mediocris: pratum est ingens post villam secus flumen multis ar-
boribus contractū. Eo post cenam conueniunt vndiq; omnes tamuarii
ludum faciunt: quidam choreis gaudent: cantant quidā, plurima pila lu-
dunt: non quidem more nro: sed viri ac mulieres pilam tintinabulis ple-
nam: alter ad alteram dilectiorem proficiunt: tum concurritur vndiq;
ad illam excipiendam: qui illam accipit potior habet. Isq; eam iterū pro-
ficat ad personam sibi acceptiorem. Cum illam multi expedāt porrectis
manibus atq; ipse modo ad illam simulet se iacturum. Multi preter hos
ioci fiunt: quos longum esset recensere. Hos autē retuli vt ex paucis com-
prebendas quantum hec sit schola epycure factionis. At qui ego hunc
locum illum esse credo: in quo primū hominem creatum ferūt: quē gau-
dem bebrei vocāt: hoc est bortum voluptatis. Nam si voluptas vitā be-
aiam efficere possit: non video quid huic loco desit: ad perfectam & omī
parte consummatā voluptatē. Qz si que virtus aquarum sit queris: tum
varia est & multiplex: tum vero illa est admirabilis earum virtus & pene
diuina. Nego vlla etiam in orbe terrarum balnea ad secunditatem mulie-
rum magis accommodata. Itaq; cum plures sterilitatis cause accesserint mi-
ra illarum virtute experiuntur. Seruant enim diligenter precepta quib⁹
adhibentur remedia ad eas que concipere nequeunt. Inter cetera illud
est memoria dignū innumerabilis multitudo nobilium pariter & igno-
bilium ducenta mille passuum huc venientium, non tam valitudinis cau-
sa q̃ voluptatis. Omnes amatores: omnes proci: omnes quibus in deli-
ciis vita est posita: huc concurrunt vt fruantur rebus concupitis. Multe
corporum simulent egritudines: cum animo laborant: ita videbis innu-
meras forma prestantes sine viris sine cognatis duabus ancillis & seruo.
Aut aliqua affini anicula quam leuius sit fallere q̃ nutrire. Singule autē
quoad possunt vestibibus auro argento gemmisq; veniunt ornate: vt non
ad balnea sed ad celeberrimas nuptias eas diceres accessisse. Hic quoq;

virgines vestales: vel vt rectius loquar florales. Hic abbates: monachi:
 fratres: sacerdotes: maiorib; licentia ceteri veniunt: & simul quandoq; cum
 mulierib; lauantes & sertis quoq; comas ornantes omni religione abiecta:
 oibus vna mens e tristitia fugere: querere hilaritatem: nihil querere nisi
 quemadmodu leti viuunt: gaudiis fruunt. Nō de cōmuni diuidēdo agitur
 sed de cōmunicādo diuisa. Mirabili dictu ē in tanta multitudine. Est em̃
 vere hominū mille in tamuariis moribus: turba tamebria: nullā discordiā
 am oriri: nullam seditionē: nullū dissidiū: nullū murmur: nullū maledictū.
 Cernūt viri vxores tractari. Cernūt cū alienioribus loqui: & quidem so
 lam cū solo. Nihil bis pmouent: nihil admirant. Omnia bona ac dome
 stica mente fieri cogitant. Itaq; nomen zelotipi quod quasi omnes mari
 tos nostros oppressit: apud istos locum non habet. Incognitum est id
 verbū inauditū. Nesciūt hoc genus morbi. nomē quo hec passio appel
 letur nō habēt. nec minor eius rei nomē apud istos nō esse: cuius rei cau
 sa nō subsit. Neq; em̃ quisq; est in istis inuent⁹ qui zelotipus esset. O mo
 res dissimiles nostris qui semp omnia accipimus in deteriores ptes: qui
 vsq; adeo calumniis delectamur & obsecrationibus: vt si quid p vllam
 videmus coniecturam: statim pro manifesto crimine attestamur. In iudeo
 persepe istorū quieti & nostras exequor animi puerilitates: qui sp queri
 mus: semp appetimus: qui celū: terram: maria puerimus ad pecuniā eru
 endam: nullo cōtenti questu: nullo lucro faciati: dū futuras expauescim⁹
 calamitates: cōtinui calamitatib; anxietatibusq; iactamur. Et ne miseri fi
 amus nunq; miseri eē desistim⁹ semp inbiātes opibus: nūq; animo nun
 q; corpi indulgemus. At isti paruo contenti in diē viuūt quoslibet dies
 festos agunt nō appetētes diuitias: minime futuras opibus: gaudēt suis
 non pauent futuris. Siquid aduersi euenit bono animo ferūt. Ita hac so
 la dictante sententia vixit dum vixit bene: sed hec omittamus. Neq; em̃
 propositū est meū vel vos collaudare vel nos reprehēdere. Volo episto
 lam totam iocunditate plenā esse: vt eius voluptatis quam presens in bal
 neis percepi. Tu quoq; abunde & litteris meis porciunculam aliquam
 consequaris. Vale mi Leonarde iocundissime & earum litterarum Le
 onardo aretino (cum amicorum inter se communia omnia sint) partici
 pem facito: verbis meis omnes salutate.

De condemnatione Hieronymi heretici in cōcilio constantiē.

EPISTOLA CCCCXXVI

Ogus Salutem plurimam dicit Leonardo aretino. Cum pluri
 bus diebus ad balnea fuissem scripsi ad Nicolaum nostrū ex ipis
 balneis epistolā quam existimo te lecturum. Deinde cū constan
 tiam reuertissem paucis post diebus cepta ē causa Hieronymi quē here
 ticū ferūt quidē publice. Hanc vero tibi recensere institui: tum ppter rei
 grauitatē: tum maxime ppter eloquentiā boīs & doctrinā: fateor me
 nemine vidisse vnq; qui in causa dicendi preferatū capitali magis acce

deret ad facundiam priscorum quos tantopere admiramur. Mirum est vi-
 disse quibus verbis: qua facundia quibus argumentis: quo vultu: quo
 ore: qua fiducia responderit aduersariis. Ac demum causam porarit vt do-
 lendum sit tamnobile ingenium: tanq̃ excellens ad illa heresis diuertisse
 studia si tamē vera sunt q̃ sibi obiciunt: nō em mea interest tantam cau-
 sam diiudicare: acquiesco eorū sententiis qui sapientiores habent. Nec
 tamē exultimato me in oratoris more singulatim causam referre: longū
 id eēt & multorū dierū opus pertingam quosdā locos illustiores quib⁹
 viri doctrinam possis p̃spicere. Cum multa in hunc Hieronymum gesta
 eēt quibus argumēta hereticus atq; ea testibus firmata tandem placu-
 it: vt publice singulis que sibi obiciebantur responderet. Ita in contio-
 nem deductus: cum iuberetur ad illa respondere: diutius recusauerit: asse-
 rens se prius causam suam agere: q̃ responderet male dictis aduersariorū.
 Ita se prius pro se dicentē audiendū esse asseuerabat: tum ad emulorum
 suorum probra in eum congesta deueniendū: sed cum hec conditio sibi
 denegaretur: tum stans in medio contionis. Que nam est hec iniquitas
 inquit vt cum. cccxl. diebus quibus in durissimis carceribus fui: in sordi-
 bus: in squalore: in stercore: in compedibus: in rerū omnīū inopia aduer-
 sarios atq; obtrectatores meos semp̃ audieritis me vnā boram audire
 nolitis. Hinc est vt dum illis singulorum aures paterent atq; in tam lōgo
 tēpore vobis persuaferint me hereticū hostem fidei ecclesiasticorum per-
 secutorem: mibi autē me defendendi nulla detur facultas: vos me prius
 improbum hominem iudicaueritis in mentibus vestris q̃ qui forem po-
 tueritis cognoscere: atq; inquit homines non dii estis: non perpetui: sed
 mortales: labi: errare: falli: decipi: seduci potestis. Hic mūdi lumina: hic or-
 bis terrarū sapientiores eē dicuntur: maxime vos decet elaborare: ne qd
 temere: ne quid incōsultē neue qd preter iusticiam faciatis. Equidem ego
 homuncio sum: cui⁹ de capite agitur nec pro me hoc loquor: q̃ mortalis
 existo. Verū indignū mibi videt̃ sapientia aliquid tot viros aduersum
 me statuere p̃ter equitatē: non tam re q̃ exemplo nociturū. Hec & mul-
 ta preterea orate differens strepitu & murmure plurimorū: sermonem
 eius interpellante. Tandem decretū est vt primum ad errores qui in eus
 cōserebant rīderet. Deinde loquendi que vellet daretur facultas. Lege-
 bantur igitur ex pulpito lingula capitula accusationis. Deinde testimo-
 niis cōfirmabantur: tum rogabatur: an quid vellet obicere incredibile
 dictū q̃ callide responderat: quibus se tueretur argumētis nihil vnq̃ pro-
 culit indignū bono viro: vt si id in fide sentiebat: qd verbis profitebatur
 nulla in eum nedum mortis causa inueniri iusta possit. sed nec quidem le-
 uillime offensionis omnia esse falsa dicebat: omnia crimina conficta ab e-
 mulis suis. Inter cetera cum recitaretur illum sedis apostolice detractore
 oppugnatorem romanī pontificis. Cardinalium hostem: p̃secutore pre-
 latoꝝ: & clerī xp̃iane religiōis inimicū. Tū surgēs q̃rebunda voce: & ma-

nibus porrectis. Quo nunc me vertam inquit patres conscripti: Quorum
auxilium implorem: quos deprecor: quos obtestor: vos ne. At isti persecuto-
res mei vestras mentes a mea salute abalienauerunt. cum vniuersorum hostem me
esse dixerunt: eorum qui me sunt iudicaturi. Nempe arbitrati sunt si etiam que
in me finxerunt: leuia viderent tamen vos vestris sententiis oppressuros cõem-
oim hostem atque oppugnatorem: qualem me isti falsissime mentiti sunt ita si
eorum verbis fide dabitis: nihil est quo de mea salute sperandum sit. Mul-
tos salibus perstrinxit: multos ledoribus: multos persepe in re mesta ride-
re coegit iocando in illorum obiurgationes. Cum rogaret quid sentiret de
sacramento: inquit antea panem in consecratione & postea verum Christi cor-
pus: & reliqua secundum fidem. Tum quidam aiunt te dixisse post consecrationem
remanere panem. Tum ille. Apud pistorum inquit panis remanet: Alii qui-
dem ex ordine predicatorum acrius inuebunt. Tace inquit hypocrita. alteri
per conscientiam suam contra se iurati. Hec inquit tutissima est ad fallendum
via: quendam precipuum aduersarium nunquam nisi canem aut asinum appellauit. Cum
vero propter criminum multitudinem ac pondus: res ea die transigi nequi-
ret in diem tertium dilata est. Qua die cum singulorum criminum argumenta recita-
ta essent: ac subinde plurimis testibus affirmarentur. Tum surges ille qui inquit
aduersarios meos tam diligenter audistis: conueniens est: ut me quoque dicen-
tem equis animis audiat. Data tamen licet multis perstrepetibus facultas
dicendi. Hic primum adeo exorsus deprecatur est eam sibi mentem dari: eam si-
bi dicendi facultatem que in comodum ac salutem anime sue verteret. Deinde
scio inquit. R. d. plures fuisse excellentissimos viros: indigna suis virtuti-
bus perpeissos: falsis oppressos testibus iniquissimis iudiciis condemna-
tos. Incipiens autem a Socrate quem iniuste a suis condemnatum retulit: nec
cum posset euadere voluisse ut duorum que asperissima hominibus viderentur
metum demeret carceris. scilicet & mortis. Tum Platonis captiuitatem. Anaxa-
gorem fugam ac Zenonis tormenta: multorum preterea gentiliu iniquas do-
nationes Rupiliu exilium Boecii simul & aliorum quos ipse Boecius refert
indignam mortem commemorauit. Deinde ad bebreorum exempla transi-
it. Et primum moysen illum liberatorem populi: legulatorem sepiissime a suis
calumniatum esse dixit: tanquam seductor esset: aut contempitor populi. Ioseph
insuper a fratribus venditum ob inuidiam: post ob stupri suspensionem in vincula
coniectum recensuit. Preter hos Ysaïam Danielem & ferme prophetas
omnes tanquam contemptores dei tanquam sediciosos iniquis circumuentos sen-
tentis. Hinc etiam Susanne iudicium: multorum preterea qui cum viri san-
ctissimi exstitissent: iniustis tamen sententiis perierunt. Postea ad Iohannem
baptistam. Deinde ad saluatorem nostrum descendens: falsis testibus fal-
sis iudiciis condemnatos inquit omnibus constare. Deinde Stepha-
num a sacerdotum collegio interfectum. Apostolos atque omnes morti
damnatos: non tanquam bonos sed sediciosos populorum concitatores: con-
temptores deorum: & malorum operum effectores. Iniquum esse condemnatum

ut iniuste sacerdotem a sacerdote: & id factum fuisse docuit iniquissime a
sacerdotum collegio. Atq; id exemplo probauit. Iniquissimum vero a sa-
cerdotum concilio id etiam accidisse monstrauit. Hec discrete & magna
cum omniū expectatione differuit. Atq; cū omne pondus cause in testi-
bus sitū esset: multis rationib; docuit nullam his testibus fidē adhibendā:
prefertim cum non ex veritate sed ex odio ac maliuolentia & inuidia di-
xissent. Tum odii causas ita explicuit: vt baud procul fuerit a psuadendo
Ita em̄ verisimiles: vt excepta fidei causa: parua illis testimoniis fides ad-
bibita eēt. Comote erant omniū mentes: & ad misericordiam fledebantur:
addiderat em̄ se sponte ad concilium venisse ad se purganduz: vitam
suam & luctū exposuerat: officii plena ac virtutū. dixerat hunc morem
p̄sulis doctissimis viris ac sanctissimis fuisse: vt in rebus fidei intices sen-
tentis disceptaret: non ad p̄fundandā fidem: sed ad veritate; reperien-
dam. Ita Augustinū & Hieronymū dissensisse: nec solum diuersa sensisse
sed etiam cōtraria: nulla heresis suspitione. Expectabant autē oēs vt vel
se purgaret retractando obiecta: vel erratorū veniam postularet. At ille
nec se errasse asseuerans: nec se retractare aliorum falsa crimina velle osten-
dens. Tandē descendens in laudationē Iohannis bussi dudum ad ignem
damnati: virum illum bonū: iustum: sanctuz appellans: & illa morte indi-
gnū: se quoq; paratū q̄dvis supplicii adire forti animo ac constanti se-
cū inimicis cedere: & testibus illis impudenter mentientibus: qui tamen
aliquando coram deo: quē fallere nō poterant esse rationem eorum que
dixissent reddituri. Magnus erat circūstantius animi dolor. Cupiebant
em̄ virū tam egregium saluari: si bona mens affuisset. Ille autē in sententia
sua perseverans: vitro mortē appetere videbatur: laudans Iohannē bus-
si: ait em̄ nihil illū aduersus ecclesiam dei statum sensisse: sed aduersus ab-
usus clericorum aduersus superbiam: fastū ac pompam p̄latorum. Nam
cū ecclesiarum patrimonía primo deberentur pauperibus cum hospiti-
bus deinde ecclesiarū fabricis indignum illi bono viro videri disperdi il-
la meretricibus cōuiuuiis equorum ac canum sagine cultui vestimentorū
& aliis rebus indignis religioni Christi. Hic autē maximi ingenti fuit. cū
interrumperetur sepius oratio sua variis rumoribus lacescereturq; a nō
nullis eius sentētias carpentibus neminē eorū intactū reliquit: pariterq;
omnes vliscēs vel erubescere coegit vel tacere. Surgente murmure sile-
bat. turbam quādoq; increpans: postea orationē proseguat. Orans atq;
obtestans vt eū loqui paterent: cū non amplius se eēnt audituri. Nunq̄
ad hos rumores expauit mēte firma atq; intrepida. Illud vero admirabi-
le memorie argumētū. cccxl. diebus fuerat in fundo turris fetide atq; ob-
scure cuius asperitatē ipsemet questus est: asserens se vt bonū & fortem
virum decet: non propterea ingemiscere q̄ indigno perpeffus ē: sed mi-
rari aduersus se inhumanitatem: quo in loco nedum legēdi sed ne viden-
di quidē habuit facultates. Mitto anxietatem mētis: qua oportuit illum

quotidie agitari q̄ omnē memoriā excutere debuisset. Cum tot doctissi-
mos ac sapientissimos viros in testes suarū opinionū allegauerat tot do-
ctores ecclesiasticos in mediū ptulit in suam suā vt satis superq̄ satis suis-
set: si toto hoc tpe summo in ocio summa quiete sapientie studiis opam
dedisset. Vox eius suauis apta resonans erat. Quadā cū dignitate gest-
oratori? vel ad indignationē exprimendā vel ad comouendā comierati-
onē: quā tñ nec postulabat nec consequi cupiebat. Stabat impavidus: in-
trepidus: mortē nō contemnes solū sed appetens vt alterū Cathonē di-
xisses. O virū dignū memoria boim sempiterna non laudo si qd aduer-
sus instituta ecclesie sentiebat: doctrinā admiror plurimarū rerū scientiā:
eloquentiā dicēdi suauitatē & argutiua rñdendi. Sed vereor ne hec oia
in pestē suā sibi fuerint a natura concessa. Datū deinde spaciū penitēdi bi-
duo: multi ad illū accessere viri eruditissimi vt ipm a sua snia dimouerēt.
Inter quos cardinalis florētinus cum adiit vt illum flecteret ad viam re-
ctam. Sed cum pertinaciū in erroribus perseverabat per concilium be-
resi damnatus & igni combustus iocūda fronte & alacri vultu ad exitū
suū accessit non ignēm expauit: nō tormenti genus nō mortis nullus
vnq̄ stygorū fuit tam constanti animo: tam forti mortē perpeffus q̄ iste
appetisse videtur. Cum venisset ad locū mortis seipsum exiit vestimen-
tis. Cū procubens flexis genibus veneratus est palum: ad quē ligat⁹ fuit
primū funibus madentib⁹ cū catbena nudus ad palū constrictus fuit: li-
gna deinde circūposita pectus tenus non minuscule: sed grossa paleis in-
teriectis. Cū flāma adbibita canere cepit ymnū quendā quem fumus &
ignis vix interrupit. Hoc modo vir (preter fidē) egregius consumpt⁹
est. Vidi hunc exitū: singulos actus perpexi: siue pfidia: siue perinacia
hoc egerit: certe ex philozophiē scola interitū viri descripsisses. Longā
tibi cantilenam narraui ocū causa. Nihil em agēs aliquid agere volui &
res tibi narrare parū dissimiles bystoriis priscorū. Nam neq̄ mutius ille
tam fidēti aio passus est mēbrū vti q̄ iste vnūuersum corpus. neq̄ Socra-
tes tam sponte venenū bibit: q̄ iste ignē suscepit. Sed hec satis pce verbis
meis: si longior fui: res tñ maiorē narrationem poscebat sed nolui nimis
eē loquax. Vale mi iocūdissime Leonarde. Constan. iiii. kl. Iunii qua die
hic Hieronymus beresis penas luit. Vale meq̄ dilige.

De crudeli amoris exitu Guisgardi & Sigismūde Tancredi solernita-
norū principis filie.

EPISTOLA CCCCXXVII

Leonardus aretinus bindactio Ricassolano viro prestantissimo sa-
lutem. Cum sepius mecum egisses vt fabulam illam Boccacii de
Tancredo principe solernitano: eiusq̄ filia Sigismunda vulgari
sermone scriptam in latinum conuerterem: recepi me tandem esse factu-
rum: ea maxima suasiōe inductus q̄ Franciscum petrarcham virum cla-
rissimū aliam eiusdem libri fabulam marchionis videlicet montis ferra-
ti in latinum vertisse agnoueram. Recepta igitur ea re tempora quedam

occupatissima interuenerunt: per que differre que pmiseram configit. Itaque nunc tandem eam fabulam ut uoluisti latinum per me factum ad te mitto. Et ne mora hec dilatioque interposita sine uisuris transiret: aliam de meo adiunxi fabulam selaici & anthiocii filii contrario penitus exitu euentumque concludam eam vulgari sermone scripsi: ut unam de vulgo sumerem: aliamque per eo reddere non miuus amenam. Tu igitur eas leges ceterisque legendi copias facies si in eo digne videbimur que in manus exeant aliorum. Vale.

Tancredus fuit princeps solernitanus: vir mitis quidem ac benigni ingenii. si modo in senecta manus suas amantius sanguine non fedasset. Hic toto uite spacio sobolem non suscepit preter filiam unicam: longaque melius secum actus esset sine ipsam quocumque suscepisset. Filiam uero hanc ut unica erat sic unice dilexit eaque eximia charitate affectus. Et si multi puelle eius coniugium affectabant: tamenque egre diuelli a se patiebat ultra legitimos annos illam domi retinuit. Tandem uero filio campani ducis in matrimonio collocata: non multos post annos marito defuncto uidua est ad patrem reuersa. Erat hec formosissima corpe atque pulcherrima vultu plenaque nature venustatis. Ingenio autem & intelligentia maiore quam fortasse mulieri conueniret. Moram igitur trabens apud patrem: & utpote magna mulier multis delitiis affluens: quandoquidem animaduertebat: patrem propter eximiam sui dilectionem de altero sibi tradendo coniuge minime cogitantem: & contra pudorem erat hoc ab eo postulari. Secum ipsa statuit ut si fieri posset occulte amantem aliquem generosi animi sibiipsum conquirere. Erat paterna domus plena nobilium ignobiliumque: ut aule magnorum principum esse consueuerunt: quorum multorum pensatis moribus uitaeque & forma: demum ad inuicem quendam nomine Guisgardum humili natum genere: sed moribus egregium nobilem: super omnes alios mentem deflexit: eumque frequenter intuens: & indies magis ac magis illum probans: ardenter amare iuuenem cepit. Ipse quoque nequaquam ingenio tardus: deprebensa mulieris mente: ita illius amore incensus est: ut cunctis aliis prehabitis curis: de illa sola noctesque diesque cogitaret. Per hunc immodum sese mutuo amantibus cum nihil magis optaret mulier quam in unum conueniri nec cuiusque alteri mentem suam aperire de ea re vellet talem demum viam excogitauit. Iuueni scribit & quid facere illum velit per litteras monet. Eas uero illas vano arundinis baculo includit eamque arundinem quasi iocans iuueni dat iubens ut eam ancille suae tradat per commodum instrumentum ignis suscitandi. Guisgardus autem arundine suscepta: cogitans non ab re sibi traditam fuisse: domum abiit: arundinem quoque patefacte: litteras reperit: quibus lectis: & quid illa fieri vellet edoctus: incredibili leticia profusus est. Confestimque dare operam cepit. quo ad illam quemadmodum ipsa ostenderet proficisceretur: Erat iuxta principis edes antiquum antrum: desuper foramen. Etenim iam diu ipso antro nullus utebatur vepres arbutaque vestierant. Ex antro aditus erat secretus ad cubiculum: in quo tunc temporis mulier degebat licet magno

robore possis clausus & obseratus. Et quia penitus in desuetudinem venerat nemo eius aditus tenebat memoriam. Sed amor (cuius oculis nihil absconsum est) reduxerat hunc in mentem amantis mulieris: que sagaci consilio annexa affixa: ne quem consciū facti haberet ipsa (licet per se) longo conatu aperiendi ostii inuenerat facultatem. Inde ipsa sola antrum descendens ac foramen illud vnde lumen infundebatur speculabatur per eum locum: vt ad se veniret Guisgardus scripserat. Altitudinis etiam mensura litteris denotata quo ille parato instrumento descendere posset. Guisgardus igitur his omnibus p mulieris litteras cognitis q̄ causa exequeret: funem nodis capistrisq; impigre preparauerat: per que descendere & ascendere valeret: corioq; indutus: quo a vepribus tutior fieret: nullo penitus comitante vel cōscio nocte in sequenti ad foramen peruenit: ligatoq; funis altero capite: ad arbutum quoddam in ore foraminis natum: per funem sese dimisit in antro: vt optabat consistens mulierem prestolabatur. Mulier vero vbi dies alluxit: neq; prius ardescēdi factas aderat sinxerat se requietis somni indigere: ac eo pretextu comitibus ancillisq; dimissis. Ipsa intus sola ostium aperuit: repertumq; in antro iuuenem cupietissime in complexum recepit. Ingressisq; subinde mulieris cubiculum inenarrabiles dictu ceperunt voluptates: sumptaq; infecuturum tempus: quo amores eorum secretius foret ingeniosa forma Guisgardus in antrū reuersus est. Mulier autē obserato ostio ad ancillas iam suas comitesq; regreditur. Facta deinde nocte Guisgardus per funem ascendens foramen ipsum vnde descenderat egressus: nemine penitus sentiente domum suam repetiit. Cūq; id iter audicisset frequēter eo reuersus cum amante muliere: ipse non minus amans congregiebat. Sed fortune tam longe voluptatis inuidia tristissimuz tandem euentum duorum amantium in luctum amarissimum acerbissimumq; conuertit. Cōsueuerat enim Tancredus sine vllō comite in cubiculum filie descendere: ibiq; sermone aliquo instituto: cum ea aliquādo morari ac postmodum abire. Ex hac igitur consuetudine cum sorte die quadam per meridiem in cubiculum filie Tancredus descēdisset nemine ibi reperto. Propterea Sigismunda (sic enim filia vocabat̄) vt ancille in hortis erat notens eam ex suis delectationibus auocare cum fenestre cubiculi clausa: ac peristromata lecti dimissa essent: iuxta lectum ipm in postrema parte super puluino quodam sedit redinatoq; ad lectum capite ac pistrōmate an se tracto soporari cepit. Cum ita dormiret Sigismunda & in fausta p̄ eundem facta Guisgardū ad se venire fecerat: relictis in horto ancillis pedetentim in cubiculum se recepit. Clausoq; cubiculo (nec viso p̄re) ostium antri reserat. Guisgardoq; intromisso super lectum vt consueuerant: ludentes plaudentesq; consistere. His excitatus Tancredus: cum vigilat̄us esset: sensit & vidit omnia que fiebant. Sūmoq; dolore cōctus p̄rimū exclamare voluit: postea meli' illi visum ē silentio latere: quo cautius

at magis tecto de decore suo: vt iam ceperat animo supplicum sumere.
At duo amantes securi protinus: ac nullius in li die gnari cū satis diu vo-
luptatibus perfuncti eēnt: tandē surgentes. Guisgardus quidē in antru;
Sigismūda obserato postea ostio ad ancillas reuerſa est. Tancredus eadē
qua venerat solitudine: cubiculo filie egressus: incredibili dolore iustu-
sus in suū cubiculū abiit. Missiq; per noctē famulis qui foramen illud cu-
rodirent: per qd Guisgardus exiturus erat corio indutus quo compre-
benſo principi presentatus lachrymans Tancredus sic eū allocutus est.
Benignitas mea Guisgarde quam erga te habui: nequaq; hoc dedecus
& iniuriā in meis fieri rebus a te merebatur. vt ego sum bodie meis ocu-
lis conspicatus. Ad hec Guisgardus nil aliud respōdit q̃ bec. Princeps
inquit multo maior ē amoris potestas q̃ tua aut mea. Imperauit igitur
Tancredus vt secreto custodiret. sequētī mox die: signara omniū Sigis-
mūda: cū varia ac diuerſa Tancredus cogitasset in cubiculū filie quē ad-
modū cōluenerat post prandīū descendit. Remotisq; arbitris lachrymās
ita cū illa locut⁹ est. Cū viderē mibi ita Sigismūda & bonestate & virtutē
tuā satis perspectā habere & cognitā persuadere animo meo nullus po-
tuisſet vnq; iam modo cōsuasisse sed ne cogitaſſe quidē de pudicitia tua
alieno viro prostituēdo: nili hoc ipsum piopriis oculis prospexiſſem. Ita
q; breuiſſimū hoc vite ſpaciū qd ſenectuti ſupeſt mee in luctu ſemp ac me-
rore dego: refricantē memoria; animo flagiciū p te cōmiſſi. Atq; vtinam
poſtq; ad tantū ſcelus deſcenſura eras virum ſaltē delegiſſes talem qualis
nobilitati tue congruebat. Sed ex tanta multitudine eorū qui aulam fre-
quentant noſtrā Guisgardū tibi delegiſti humili ac ſordido genere pro-
creatū: & a nobis ob inopiā parentum ſuorum ab ipſa adoleſcētia (quaſi
quadā cōmiſeratioe) nutritū. Quāobrem. qua me verā neſcio. vt quid
cōſiliū ſumam. Nā de Guisgarde quidē. qui hac nocte meo iuſſu capt⁹:
apud me custodit. quid faciendum ſit ipſe mecū ſtatui. de te aut incertus
ſum cōſiliū nec ſtatuerē ad huc potui: quid agere debeam: cū ex altera par-
te dilectio quā ego maiorē q̃ vllus vnq; parens erga te habui me retra-
bat: altera vero ex parte iuſta indignatio tua culpa nagiūm q; impellat:
quorū alterū vt ignoſcam alterū vt ſoluā adhortatur. Sed priuſq; certū
aliquid ſuper te ſtatua: quid de hoc respondeas audire cupior. His dictis
vultum dimiſit inſtar pueri lachrymans vapulantis. Sigismūda vero
poſtq; Guisgardū captū & amores ſuos patefactos intellexit: incredibili
dolore percuſa vix a ſeminili prolatu ac vociferatione ſeſe potuit cōtine-
re. Magnitudine tñ animi femineā vincens fragilitate; Conſtanti vultu
fronteq; elata reſpondit: ſecum ipſa ſtatuens e vita decedere velle: quādo
quidē ei⁹ amans Guisgardus vel deceſſiſſet: vel certe deceſſurus eēt. Ita
nec veniā petere nec placare patris iram perrexit: ſed fortu inuiſtoq; ani-
mo vitā deſpiciēs ad hūc modū locuta eſt. Tancrede neq; negatiua equi-
demineq; deprecatura ſum: quoniā alterū mibi prodeſſe non poteſt: alte

rum nolo vt proficit. Præterea nulla penitus in re captare beniuolentiam :
aut indinare mansuetudinē tuā cōstitui: sed factū plane confitēdo: verbis
efficacibus verissimis rōnibus purgare famā meā primo: deinde pari ma-
gnitudine animi, facta verbis cōsentanea ostendere. Fateor igit̃ amasse
Guīsgardū & donec vita suppetet (qđ erit perbreue) nūq̃ amare illum
desistā quin etiā post morte sensus aliquid remanet: tūc quoq̃ illum ama-
bo: sed in eius amorem nō tam cupiditas muliebris me impulit: q̃ negli-
gentia tua. Cogitare profecto debuisti Tancrede: cum tu e carne sis: fili-
am quoq̃ tuam e carne genuisse. non aut̃ lapideā aut ferream meminisse
etiā debuisti. q̃uis in senecta tu nunc sis: quales & q̃uiolēti sint in iuuen-
ta nature feruores & impetus. Et licet melioribus annis magnā vite par-
tem in armis militiāq̃ profueris: considerare nihilominus debeas quan-
tum oīa deliciēq̃ non in iuuenibus modo: sed etiam in senibus possint
Sum igitur femina vtpote a te genita & etate iuuenis & vtrāq̃ de causa
concupiscibilis desiderii plena. Cui quidē cupiditati innumerabiles insu-
per flāmas addiderūt: ex parte quadam nupta dum eē in huiusmodi cu-
piditatis explende voluptates. His ego stimulis noctes diesq̃ vrenti-
ribus: cum resistere nequirem tandem succubui. Adhibita nihilominus
diligentiā quantū fieri humano consilio potuit: ne infamiā res ista ti-
bi mibiq̃ afferret. Cui nempe voto pius amor & fortuna benigne annu-
erat: occultamq̃ viam mibi ostēderat: per quam latenter & a carne nullo
alio consilio ad optatū desiderii peruenire. Hoc aut̃ vnde cūq̃ tibi indi-
catum sit: vel vnde cūq̃ cognoris equidē nō inficior verū esse. Guīsgar-
dū verū nō fato vt solent mulieres sed cogitate deliberatēq̃ quez amare
delegi: sagaciēq̃ consilio introduxi: & cōstanti p̃seuerantiā fructū amoris
mei longo tēpore summo cū gaudio suscepi. qđ a te mibi de ignobilita-
te illius obicitur q̃ minus peccatū a me foret: si nobilē aliquem delegis-
sem. In hoc falsam opinionē vulgī consecutus es nec vides te non Guīsg-
gardum: sed fortunam accusare: que frequenter indignos ad alta leuat:
dignosq̃ humi deprimit atq̃ pessundat. Verū vt omittam? hoc & prin-
cipia rerū contēplemur. Certū est nos omēs homines ab vno homine ori-
ginem habuisse: virtus sola equaliter nos natos distinguit: & quorum
opa extollunt: eos nobiles & claros reddit: & q̃uis vulgi opinio ignara
quidē atq̃ indocta aliter sentiat: veritas tamen suo demoueri loco baud
quoq̃ potest. Itaq̃ is est vere nobilis existimandus cuius opera virtuo-
sa conspiciuntur: & qui aliter eum appellant non illi detrabit quem ap-
pellat sed ipsum ignorantie stulticiēq̃ condemnat. Intueare igitur Tan-
crede nobiles tuos: vltamq̃ vniuscuiusq̃ mores examina. aliaq̃ ex parte
Guīsgardi mores vitamq̃ recēse. Certe si iudicare volueris non dubito
quin eū nobilissimū fatearis: contra q̃o nobiles istos tuos longe abest a
nobilitate. Egdē de Guīsgardi virtute atq̃ p̃stantia: nulli? vltiori? magis
q̃ tuis assentionib? & p̃dicationib? credidi: quis vnq̃ vsq̃ adeo laudatus

est a te velle in cunctis operibus qui ad exercitationes pertinet virtutis nec
sane immerito. Nam nisi mecum fallabatur iudicium nulla laus illi tributa est:
quam non mirificetius etiam quam a te dictum est adimpleret. Dices ergo me
tibi hominem ignobilem delegisse. Certe falsum dices. Atque si inopem di-
cis concedo eadem id cum dedecore tuo: quod virum prestantem familiarem tui mul-
tis afficere primis studuisti. Verum inopia generositate non tollit quod o-
pera impediat. Multi denique reges principesque fuerunt: nati sunt ab initio te-
nues atque inopes. Multi etiam nunc inopes atque propriis manibus opus fa-
cientes: vel pastoritiam exercetes. Iam ipsi & sui diuitiis abundarunt. Quod
autem extremo loco dixisti ambiguum tibi de me esse sciam: nec statuere ad-
huc potuisse quid sit agendum. Pone queso hanc ambiguitatem. Si in Guis-
gardum seuire constituisti: verte in me crudelitatem tuam: que delinquendi cau-
sa atque principium fuit: equidem nec penam de corpore nec formido: addo & il-
lud. In Guisgardum quicquid a te factum erit: etiam si in me idem non feceris:
mea tamen manus ipsa efficiet. Nunc muliebri more lacrymas sparge etiam
vno eodemque ictu illum & me (si ita meriti videmur) interfice. Sensit ma-
gnitudinem animi Tancredus in filia concitari: non tamen estimauit ad ex-
tremum ut verba significabant esse facturam: itaque ab illa digressus: cum secum ipe
latauisset nullo modo in filiam seuire alieno sanguine cogitauit amoris in-
cendium in illa restringere. Precepit ergo custodibus quod Guisgardum obser-
uabant: ut per silentium natus sine ulla tumultu iuuenem strangulant: corque
illis detractum ad se deferret. Id cum fecissent Tancredus patera aurea cor-
illud impositum deferri ad filiam iussit: cum his verbis. Pater tuus hoc tibi
dono mittit: ut consoletis te de ea re quam tu plurimum amas: quemadmodum
& tu cum ea re quam ipse plurimum amabat consolata es. At Sigismundam fir-
mo parendi proposito post patris a se digressum herbas radicesque vene-
nosas distillauerat: earum distillationem seruauerat ad mortis viam si quid (ut
formidabat) de Guisgarde contigisset. Ad quam postquam patera est delata &
verba desuper dicta inteto vultu recepto dono patera desuper apertam cor aspe-
xit: & verba secum ipsa reuoluit statim baud ambigua fuit: cor illud esse Guis-
gardi. Itaque ad famulum quod donum detulerat conuersa inquit. Non aliter profecto
sepulcrum quam aureum tali conueniebat cordi: & in hoc quod deceter factum est a
patre: his dictis ad motum cor ad labia osculata est: deinde subiunxit. Cunctis
rebus super usque ad hoc extremum vite mee: reperi erga me teneram admodum pa-
tris mei charitatem. Verum nunc multo magis quam vnquam aliis: iam ad extremam
gratias quas pro tanto munere sibi debeo pro mei parte illi referes: conuersa post
hec ad pateram quam strictis tenebat manibus cor ipsum intuens sic locuta est.
O iocundissimum ac suauissimum hospitium voluptatum mearum. Pereat illius cru-
delitas qui ut te oculis conspiciam facit. Nam satis erat mente & animo
intueri pependi cursum tuum & quem tibi fortuna dedit & factus es sine. Et
ab inimico tuo id sepulcrum habuisti: quod tua merebatur presentia. nec quicquam de
erat funeri tuo propter lacrymas eius: quam tu tamardencer (dum viueres)

dilexisti: quas vt assequere deus parati meo posuit in animo: vt te ad me mitteret & ego persoluam eas: licet siccis oculis statuisset mori. His vero solutis vt anima mea coniungat efficiar quo em comite mibi iocundius esse posset iter aut tutius: perluadeo em mibi animu tuu hic adesse & circūbee volitare: loca sue voluptatis cōtemplantē. Cūq; adhuc amore mei te neatur ne mibi prestolatur: ac sine me abire non vult. His dictis nō aliter q̃ si fons quidē in oculis affuisset: nullo clamore edito vt femine solēt: s; tacite in patera inclinata maximā vim lachrymarū pfudit. Innumerabilia simul oscula mortuo cordi infligēs. Que aderant ancille quid cordis id eēt: aut quid sibi vellēt verba illius ignorabant. Cōmiserationem tñ affēte lachrymabant omēs: causam ab ea sciscitantes tam vebementis doloris cōsolabantur certatim vt q̃q; maxime. Ipsa vero cum satis sibi deplorasse visa foret: sublato vultu ac siccatis oculis ait. O amantissimum mibi cor persolui equidem tibi officiū meū: nec aliud restat iā: nisi vt te comitem sequar. subindeq; acceptū poculū illud mortiferū impauida bausit. Cū vero potasset lectū superascēdit: paterā cū corde manibus tenēs: amātiq; cor cordi suo appropinquante; mortē iam tacite prestolabatur: sed que illā circūstabant mulieres atq; ancille q̃q; nescirēt quid poculi esset: qd biberat: tamē ex actu ipso lamentoq; suspicantes rem omnē propere ad Tancredū detulerant. Qui & ipse formidans: ne quid durū in seipsam filia moliret: cōfestim in cubiculū eius descēdit: sed tarde quidem & sero ferre auxiliū & consolari afflicta conatus intellecta mortis necessitate miserabiliter seipm ac filiā deplorabat. Cui Sigismūda loquēs. Cōserua inquit Tantrade lachrymas tuas: ad casus illos qui per te optati non sint. nec mibi eas impēde: quia nec desidero illas neq; volo: & quis vnq; pter te plorauit. id ipsum qā fieri corrupit: Sed tamē quicquid etiā nūc supeſt eius charitatis quā erga me habuisti extremū hoc munus oro. precorq; corpus vt meū cū Guisgardi corpore vno atq; eodē sepulcro collocetur vt postq; tacite ac abscondite cū eo me viuere noluisse: mortuā salte palam atq; apte: cū illo (vbicūq; eū proieceris) reponas. Magnitudo doloris atq; gemitus pcluserat Tancredi fauces nec rñdere poterat. Sigismūda vero sentiens finē vite supuenire stringēs ad se Guisgardi cor velatis oculis omēs valere iubēs expirant. Hūc accerbū habuere Guisgardi & Sigismūde amores. Tancredus vero post multos ac miserabiles gemitus ductus sera penitētia publico & doloroso salernitinorū funere in eodem sepulcro ambos sepeliri fecit.

Vindicta illate violencie quā de se extorsit Lucretia romana speculū pudicitie.

CCCCXXVIII

Lucretia spuria lucretii filia & collatini latini vxor a sexto tarquinio regis tarquini filio per vim cognita ipa cōfēntiente: solum infamia metuit: ne tarquinus sicut minabatur ibi occise iugulatū seruū ei sociaret. Vocatis ad se patre & viro cis rem narrat: vltione promitti fa

ait & demum Te vult occidere vetant pater & coniunx eiusmodi verbis.
Noli te afflictere lucretia satis magnū argumentū dedisti te adultero
non consensisse: tibiq; vim illatam quam penam eius expectas que vltro
quod celare poteras accusas. Hoc adiuuat vita precedēs tua: q̄ non solū
in hominū oculis: sed etiam in secretis domus penetrabilibus & fugali-
tatem pudicitiam coluisti: an recolis mea lucretia. cum paucis ante dieb⁹
vnacū improbo illo adultero: prima facie buc aduenim⁹ tu inter seruas
lanificio es reperta. interea improuisa. incauta. nec virū nec hospite tunc
expectans. ea dies illa deprehensio castitatis tibi victoriam dedit. Regis
nurus & filias cōmessationibus occupatas inuenimus: tu illis plara es: ti-
bi incorruptibilis gloria pudicitie parata ē. Nos iniuriā vltime mur: que
mesta violentos comp̄ssos improbi iuuenis ptulisti: dū ille mala gaudia
ex inuita capiebat: videbis leta meritū regia de ple suppliciu. Cur coacta
prebuiſti sibi de libidine nebanda solaciū. tua morte. tuoq; cruore vis te
rorem animū eius satiare. An tibi non satis non crudelitas patris imani-
tas filiorū: iste corruptor tui corporis quot cedes expleuit in gabios. quot
ibi interierunt innocentes. si ipsum odis. si sibi ex aio suppliciu exoptas
fac viuas. fac vt te videat in suis penis exultare. fac q̄ cum se viderit in vi-
sum & infamem pariturū: te cuius corpus attigit videat integro fame lu-
mine supeſse. Noli lucretia viduare cōiugem. orbare parente. & filiis ma-
trem auferre. Opta vitam. vt aspicias aliquādo vindictam nō habes vn-
de mori velle debeas. pollutum est corpus: sed integer animus: nulla sine
consensu culpa cōtrahit. Quis nescit te non potuisse resistere. nudā dor-
mientē. incautā. & nihil tale verentē: armato iuueni ad homicidiū ppara-
to. potuit ille etate florida. & auctoritate regia. quālibet aliam pmulcere.
& secum in illecebras trahere. rigidum vō pectus tuū mollire non potuit
Solut ille cum duo tm̄ cētis violentiā tulit: & in corpus tuum adulteriū
patrauit atq; p̄fecit. Tu qd muliebris fragilitatis est: iniuriā ptulisti: men-
tem intra cōcubitus violentiā pudicissimā cōseruasti: si gloriā queris: ni-
hil hīc glorie potes adicere: q̄ iuueni amanti & auide libidinē suā explēti
te nō mulierē carnē: sed statuam marmoream p̄buiſti. Adde chara lucre-
cia q̄ tu nō mortē vllō violento cōsensu: sed infamiā effugere voluisti.
Tunc em̄ demū patientiā p̄buiſti tyranno: cum se tibi iugulade seruū nu-
dum occisurum iuxta corpus tuum minatus est: te pater te vir culpa ab-
soluunt: noli sola teip̄am illa quam vocas culpa damnare: infamiā morte
fugemus: tu famā corruptis tristitiā vite nobis morte illata finimus. Tu
vindictę gaudia mortē p̄pans: nō expectas deniq; scelus aliqd: dū man⁹
nobis inuicim⁹ expiamus: tu innocentia occupata: morte corruptura es:
Vir pater brutus & alū cōiuncti qui te culpa absoluit: ne te occidas ve-
rant. Cur te occidēdo iudiciū ipor̄ dānes: si te occidis culpā tibi qua ca-
res: quāue fugis incurris. Nunq̄ imputabit innocēs: q̄ se nocētē suppli-
cio afficit. Rñsio lucretie anq̄ se ense pfodiat. Nolite me p̄ scitissime tu

quoque luce quondam mihi charior coniux: morti prohibere nisi me occidero
namque fides erit me potius infamiam quam mortem vitare maluisse: quod vnum credat
quod ille me suicidio terruerit: meque magis consociandi serui ignominiam suspi-
ciosam timuisse quam mortem: nisi moriendi fortitudine audaciaque probaui.
Restabit me miseram turpissima labe infamie lucrecia potius adultera volu-
isse viuere: quam pudicam mori: nonne videtis: quod me non vite vultis: sed infamie
conseruare: consulitis quod promissistis iniurie. Sanctitate matrimoniales choros
facite quod ultro tanti flagicii securos reddat aliarum somnos: si negligentius
hoc egeritis vagabit effrenis libido: & nedum viris absentibus: sed etiam
in maritos complexibus? romane mulieres proteruas iniuria iuuenum comprimere
tur. Etenim quam mulier erit tuta: violata lucrecia: tu autem charissime coniux.
quo poteris ire in meos amplexus: qui te non tenere uxorem tuam: sed scortum
tarquinii recorderis: & tu pater sanctissime: quo me tuam filiam appellabis: que
pudicitiam quam sub optima tua disciplina ab infantia didici: tam infeliciter amisi
tamque iniuriose corrupti: me miseram videbo ne natos intueri quam ventrem adul-
ter oppressit: quod si semen infelix infaustum visceribus inbebat meis: an expe-
ctabo donec ex adulterio mater fiam. Noli mihi splendorem exacte vite ante
oculos ponere: quod si quicquam sine te tot annis immaculatam suavi infelicissima
vna nocte dum accipio non hospitem: sed hostem amisi: non est ulterius mea vita
iocunda: sentio quod pudicitie studium oportunam me fecit iniurie: non formam sed
castitatem meam expugnare voluit nequidius adulter: si hunc fructum continentie
tulit: quod pollutum stuprum & adulterium manet: nisi quod non meretrix lupanaribus
inducatur: sed passim ubique diuolans sedam pstitutor. Heu mihi poterit ne iste
animus insons & sine culpa flagicii ulterius cum isto corpore corrupto permanere.
Non putatis ullam esse corporis corrupti voluptatem: fatebor occultum ne-
phas: parce pares: peccet maritus: & vos dii castitatem mentium indulgete. Non
potui fateor tantam animo concipere tristitiam: nec ab illo complexu mentem adeo
reuocare: quin suberit male obedientium membrorum illecebre: quin agnoue-
rim vestigia maritalis flame: illa tristis & ingrata: licet qualiscumque cum vo-
luptas ferro vlciscenda est. vestrum autem erit: si quid in vobis romani spiritus &
scelus istud vlcisci: extinguat quicquam huiusmodi aliquid voluptatibus. Nimis sunt vi-
res veneris: nolo quod vnum tantum facinoris imago ante oculos vite mentis agat
nihil muliere mobilius egritudine animique motus nedum mollit: sed nedum
extinguit tempus si distulero. forsitan incipient flagiciose placere. Dimitte
ferro transfigam hoc pectus quod ille violentus amauit: in quo primum excitamentum
libidinis infixis mamillis digitis correctauerit suis. Nolite me ad mei mi-
sericordiam excitare: si vite parco: iam adultere parcam: si parcam adultere: iam par-
cam adulterio: si parcam adulterio iam placebit adulterium: namque placebit adulter
inceptum est in me flagicium si vite morte prohibeam ne aliquando viuet inceptum ex-
plere: nunquam scelus remanebit ubi incepit. Credant omnes mei infamiam timu-
isse non mortem: quod testibus probare non possum. languie meo ratum efficiam. I mi-
anie incorrupte imaculate testibus innocentie mee. apud minoyes & abaroth

tis tribunal: ibique plenam regiam violatæ pudicitie & polluti corporis accusabis
Tuque terrestris corpus: quia tibi càm adulterii pepisti: effunde aiam effunde
cruorem: hoc omen ut breuiter incipiat superbi regis & ifauste plis excidium. Tuque
vir quondam charissime: tuque perfectissime quæ conspectu pudore & infelicitate
libenter mea effugio vosque amici valete: nulli romane mulieri detur in exem-
plum Lucretia ut sibi persuadeant impudicis licitam fore vitam.

Comendat fratres beati Francisci de obseruatia. **EPI. CCCCXXIX**

Neas epus senensis. Dominico car. firmano. S. p. d. Quis scribente
celare ad negocia fratrum beati Francisci de obseruatia commendate
modestius fuerit me silere: quia tamē ob memoriam diui Bernardi
ni cōterranei mei huic familie singulariter afficior: nequeo me cōprime-
re: cogor assistere sancte familie: neque mea patrocinia his negare possum:
que non me solum sed omnes christi fideles suis oronibus ac pijs operibus ad-
iutant: utinam esset in me auxilii copia & aliquid posset patrocinium meum:
perfecto nihil his de seruis denegarem. Nam etsi sum ipse peccator & ini-
quitate circumdatus: diligo tamen eos quorum vitam castam mundamque video:
quia quanto minus est in me virtutis: tanto eos iuuare attentius debeo:
quorum probitas in aperto est. Ut si nequeā meis actibus deo placere bonum:
saltem commendationibus reddar acceptus: sicut enim pauidi ac pusillani
mes in prelio seculari milites fortium virorum virtute saluantur: ita & in bea-
ti Petri nauicula prudentes & animosi naute: vecordes atque ignauos ser-
uiant remiges: facit hoc religio beati Francisci que apud obseruantes ha-
betur. Hec enim veluti letissimum militum manus undique christianorum lu-
strat exercitum: nunc istam nunc illam parem tuetur: arcet insidias: impe-
tum frangit hostium: semper armata: semper in vigilia: semper in negotio:
nobis ut otium pariat. Scimus quantum sub Bernardino senensi iam sup-
er hierusalem curie hec religio ecclesie catholice profuerit: quantum modo
sub fratre Iohanne capistrano utilitatis attulerit: & quid hec religio aliud
agit: quod que iubere nouimus euangelium fentes ac tribulos ex agro do-
minico diuellit: semen bonum seminat: zizaniā & lolium sarculo veri-
tatis præcidit: exterminat auariciā: pellit libidines: fulminat illecebras
voluptates: strangulat ambitiones & odia fugat: ignauit ac secordie sti-
mulum adigit: & aperiens in ecclesia diebus singulis os suum penitentiam
suadet: & viam domini in veritate docet. Hec sunt opera fratrum qui de
obseruantia nuncupant. Nescio cui hec non placeant. Credo que non sunt
omnino præcisa ab ecclesia membra: omnibus horum gratam esse cōuer-
sationem: nec me dubium habet quin sancta sedes apostolica his christi mili-
tibus afficiat. Nam & romani prefules quæ plurima huic familie priuilegia
contulerunt: quibus ab infestationibus hostium perseueraret illa. Sed audio
nouissimis diebus non nihil suggestum beatissimo patri nostro Nicolao con-
tra aduersus huiusmodi sanctam sacram congregationem. Fertur enim sanctita-
tem suam litteras Eugenii predecessoris sui: que in fauorem horum de

Ayuntamiento de Madrid

premit altum corde dolorem: quis scio constantiā eius immobilē neq̄ ti-
mendum ēē que semp aplīce sedis dignitatē ac eminentiā pdicauit retro
cedere linguam. Decet tñ summi potēstatis pudentiā bis bñfacere: eosq̄
cōsolari qui de romana ecclīa sunt benemeriti: qualem bunc Iohannē
cum suis tratrib⁹ nemo qui sapiat inficias ibit. Hec bona venia dixisse vo-
luerim: tua dignatio que libera voce dico in partē recipiat meliorē: meq̄
suo more cōmendatū habeat. Ex nouaciuitate die. xi. Ianuarii.

Rephēdit scribentē insolito latino. **EPISTOLA CCCCXXX**

Neas eps seneñ. Ambrosio spānochie. S. p. d. Cincurellus pape
c tabellarius tuas lras ad me detulit: quas rectius dixerim lituras.

Nescio grece an hebraice scripsisti. Latine quidē minime: non in-
tellexi vnicū verbum: nec penes me quisq̄ fuit qui tuos caracteres co-
gnosceret: p inde est igit̄ ac si nihil ad me scripsisses: reseruo penes me scri-
pturam tuam: vt cum rome veniā: tibi reddam & a te petam expositionē
Interim nō est qd possim rñdere nisi mibi glosulas miseris. Vale & scias
me deinceps latinās lras non vnūcinos mercatorios didicisse. Ex ratispo-
na die. iiii. Anno dñi. M. lliii.

Tractatulus de educatione liberorū p Eneam siluium editus. ad La-
dislaum nobilissimū hungarie & bobemie regem.

Erenissimo principi dño **EPISTOLA CCCCXXXI**

s Ladislao pānaniorū ac bobemie regi & potētis austrie duci. dño

suo. Eneas eps tergestinus. Si quem virtuti opam dare: totumq̄
se bonis prebere actibus oportet: bunc esse te Ladislac rex indite nemo
qui sapiat inficias ibit. Maximis nanq̄ regnīs & amplissimis principati-
bus postq̄ tutele finieris annos expectaris impaturus: quibus nisi con-
summate prudētie fueris diu dñari nō poteris. Regna virtuti parēt & re-
sistunt vicis. Sicut olim impatoris ignauiam roma nō tulit: sic bodie re-
gis desidiā hungaria detestat. Nulli magis q̄ regnanti opus est sapia
quo pacto recte gubernauerit alios. Et quem pprius subuertit error rex
inspiens se pdit & pplm. Sapiēti in melius omia cedunt. Per me inquit
sapiētia reges regnāt & legum cōditoris iusta decernūt. Tu ḡ dum pue-
rum agis: & cum natu grādīs fueris: optimis te pceptis imbui sines. Ad
quas res puocare te q̄ maiorū tuorū exēpla debebūt: qui romano impio
cū maxima laude puerūt paterni atq̄ mīni pgenitores. Et qui te genuit
diue atq̄ indelende mēorie pāter Albertus: quibus dedignare fedissimū
fuerit. Maiorū qui regna suscipit: & virtutes q̄ suscipiat consentaneū est.
Succedis in nobilitate: cura vt morū simili modo successor fias. Nobili-
tas sanctis vestita moribus laudi dat. Nihil ē nobile qd viciōsum. Quis
em̄ generosum dixerit bunc quo indignus genere est: & preclaro nomie
tantum insignis. Sane & animalia muta quis laudatis orta pentibus ne-
mo generosa optat nisi fortia. Sic hoies appellari nobiles iure nequeunt
nisi virtute ppria cōmendati. Miserū ē vt Iuuenalis ait: aliene incubere fa-

me: ne collapsa ruant subductis lecta columnis. Ad virtutem autē cape-
scendam huiusmodi studia plurimū adiuventi prebent. Nec cuiq; magna q̃
regi doctrina congruit. Quod intelligens romanus impator francoꝝ re-
gi cui tunc amicitia iunctus erat: p̃ epistolam magnopere studebat liberos
vti suos literis erudiri curaret. Illiteratumq; regem nil aliud q̃ coronatū
asinum esse dicebat. Nec ego romanorum principes dum respublica flo-
ruit illiteratos esse compen: sed domi atq; militie & in senatu & in exerci-
tu dominatam esse doctrinam: manifestumq; omnibus est postq; exclusē
sunt littere omnes elanguisse virtutes. Nam & armate quoq; militie in-
firmata est manus: & ipsius principatus quasi p̃cisa radix. Socrates qui-
dem (vt est a boetio relatum) fortunatas esse respublicas opinabat: si re-
ctiores earum studere sapientie contigisset. Soli nanq; p̃fecti sunt homines
qui ciuiles cum p̃bia partes querunt immiscere: sibiq; gemina vendicāt
bona. Nam & eorū vitam qui cōmuni seruit vtilitati: & summa cum tran-
quillitate nullis obiecta fluctibus: p̃ sapientie studia versat. Principibus
ig̃r & qui regnaturi sunt expiundū est totis viribus: vt & publica confi-
ciant negotia & p̃bia vendicet: quēadmodum pro temporibus attinere
videbit. Sic em̃ p̃cieles ciuilia tractauit officia: sic archita tarentinus: sic
dyon syracusanus: sic rabanus epamunidas: quoꝝ duos (teste plutarco)
platonēs cōstat fuisse discipulos. Pretereo ntos scipiones fabios. Catho-
nes. marcellos cesares: quibus summa laus summa eruditio fuit. Ad bo-
rum ergo te modū: cum tēpus adierit cupimꝰ regnaturū: vt fatigata ma-
gnis calamitatibus hungaria: ac seuis erroribus concultata bohemia: te
duce respirent: splendoriq; pristino restituant. Quod p̃culdubio conse-
quemur: si spem quam de te prebes secuta res fuerit. Odorē nanq; bonū
de te hausimus sicut odor agri pleni cui dñs bñdixit. Magnū est future
p̃bitatis indicium: quia nec videre nec audire turpia potes. Nemo tibi nō
modestus sodalis placet. Morales bystorias totis hauris auribꝰ: indiesq;
fieri melior p̃ceptoris tui monitu niteris. Sic mihi qui te instruit teq; ob-
seruat & amat maxime: vir tum doctus tum p̃bus de te locutꝰ est calpar.
cuius hortatu libellum hunc de te scribere sumus aggressi. Precatus em̃
summo studio nos fuit: vt aliquid scriberemus ad eruditionē institutio-
nemq; tuam: aptum & compendiosum. Optauissēmus hoc oneris alteri
fuisse mādātū: qui & pulciora & meliora q̃ nos tradere potuisset. Neq;
em̃ tu es quem mediocria deceant: neq; nos sumus qui sublimia prestare
valeamus. Sed neq; obsequiū tibi neq; preceptoris tuo voluntatē negare
debuimus ne vel maiestati tue vel dilectioni sue videremur aduersi: nūc
presertim quādo saluatoris nostri natalitia celebramus: in quibus mos ē
fidelibus xpianis inuicem munera misicere: donādū; quidē tibi aliquid
hoc tpe fuerit. Sed quid est quod elargiri tibi nostra paup̃tas queat. Nō
possumus cum piscatore dicere: surge & ambula: quia nec huiꝰ meriti su-
mus: nec tū deo fauente hoc indiges auxilio. Sed aurū & argentū nō est

mibi expiri licet & dicere. Quid igitur tibi donare aliud possumus quam tui quod magistri precibus flagitamus: prestant auro atque argento virtutum precepta quibus si quis equos vestimenta lapillosque pretulerit: is equo aut lapidi quam sapienti viro similior est. Ex his igitur succinctum opusculum tue seruituti deuoueram quod tibi nascente domino iuxta representationem ecclesie totannis institutum dono daremus. Nescio quo pacto in manibus creuit opus: obscuritatem dum fugimus, breues esse desinimus. Est tamen operi modus: nec fastidienti plixitati nec tenebrose obnoxio breuitati. Tu parum munus ex paupe domo benignus suscipe bonique consule: paruusque precio non utilitate perlabis. Hoc enim libello quem in partes quatuor diuisimus: quod regis pueri: quod iuuenis: quod viri quodque senis esse studia dicant: ut ex claris auctoribus accepimus tue sublimitati monstramus. Speramus enim has omnes etates non ingressurum te modo: verum etiam egressurum: ad quas beate beneque dirigendas. quod defuerit scriptis nostris (non quippe id paucum erit) ex aliis fontibus hauries. Vale.

De puerorum ingenio naturali. Et quomodo natura ipsa ceca est sine disciplina Rubrica prima.

